

# BAVERI
# Consilia Medica

1489.



REVERENDISSIMO IN xpo patri Domino. D. Ra. tituli sancti Georgii Diacano Cardinali Marcus Antonius Iuriscōs. et Ludouicus Bauerii Bonōiēses se humillime cōmēdāt.

b Aueria pater qui ut Reuerendissima D. T. et uniuersa Italia compertū habuit: plurimum in medicine arte ualuerat: posteritati etiam consulens scripsit propria manu consilia quedam hominibus saluberrima. Sed quoniam ut est apud parentem aeloquii: nemo est adeo senex: qui se annum non uicturum putet: prius e uita discessit: q̄ ea in lucem prodiderit. nos uero et in paterno luctu et duobus nobilissimis fratribus immatura morte ereptis in summo merore uersati nō prius ea colligere et scriptis edere q̄ a domestico dolore parumper reuocati potuimus. Nunc igitur fidelissime transcripta illa mortalibus maxime prodesse et cupimus et speramus. Nam et si omnes morti debemur: et pallida mors equo pulsat pede pauperum tabernas regumq̧ turres: et nemini parce parcunt: plurimum tamen uite nostre doctissimorum medicorum adiumenta proficiunt: et id breue tempus quod a natura nobis concessum est minus aliquanto molestum minusq̧ aduersa ualitudine impeditum efficiunt. ex quo ortum est ut gentiles beneficiorum non immemores medicis diuinos adhibuerint honores: et nos qui in uero lumine ambulamus medicine professores nunquam iure contempsimus. Quod si quis ob eam artem decus et opes est adeptus: noster clarissimus genitor locum inferiorem minime ottinet. Quippe a pontificibus romanis a potentissimis principibus a nobilissimis senatibus summis honoribus et non mediocribus opibus donatus princeps medicorum etatis sue habebatur: sed quamquam in uita maxime sit laudatus: ex his tamen consiliis quantum in ea arte ualuerit facillime apparet. Sed cum cogitaremus cui ex principibus italicis hoc opus esset dedicādum: statim in mentem subiit: ut hec paterna cōsilia Reueren. D. T. tanq̄ fidei et amoris nostri ualidissima testimonia redderentur. Et eo libentius fecimus: q̧ amantissimus genitor tibi non fuit incognitus: et cum in hac alma ciuitate liberalibus artibus incumberes ille te unice dilexit: et mutuo abs te colebatur. Preterea id nobis maxime curandum fuit: ut tam utilissima consilia doctissimi principis auctoritate niterentᷣ. Quod nō solum mediocria curarunt ingenia: sed eloquentissimus ille Cicero grauiora opera ad grauissimos et eruditissimos uiros mandanda esse indicauit. Non igitur immerito Reueren. D. T. hoc paternum munus suscipiet: cui profecto nihil deesse uidetur: quod hominem ualeat beatum efficere. Nam siue perypateticos audiuerimus: siue seuerissimis stoycis fides adhibebitur: te omni ex parte beatissimum esse profitebimur. et. n. peripatetici qui ut Reueren. D. T. ab ineunte etate pene didicit: ab Aristotile orti sunt. tria bonorum genera esse putant. Fortune uidelicet corporis atq̧ animi. Hec omnia in Reueren. D. T. accumulatissime sita existunt. Nam aspectus tuus mortalibus est gratissimus: et facies tua decora: corpus ualidissimum: lingua expeditissima: ingenue uires: etas integerrima. Externa quoq̧ nobilissimo corpori respondent. quippe summis opibus abundas amiciciis clarissimorum principum ac precipue Ponti. Maxi. gratia polles. Ea uero tibi dignitas a sapientissimo Sixto Ponti. nostro Maxi. comprobātibus patribus est elargita: que soli pontificio suo cedebat. Sed ueluti animus per infinitum a corpore mortali distat: sic tertia peripateticorum et sola stoicorū bona superiora que breuiter cōmemorauimus infinito quodam interuallo superant. Quod uirtutis genus excogitari potest: in quo reuerendissima. D. T. non dicam carere sed non copiosissime abundare prediceturᷣ in te summa prudentia est: ac pene sapientia diuina: ex qua in summis negociis grauissima consilia emanarunt. Iustitia uero et grauitas Reueren. D. T. effecerunt: ut probatissimorū uirorum iudicio amplissima dignitate tua dignissimus habearis. Animi uero et corporis robur efecit: ut magna et non ignauis committēda tibi sepissime ab apostolico solio mandarentur. Quid de continentia dixerimᷣ Siquidem cū auaritia bonas animi dotes sepissime euertat: in te summa liberalitas perpetuo extitit: et nulla ūq̄ tibi libido est dominata. sed egregias uirtutes tuas admirabilis bonarum artium doctrina q̄felicissime exornat. Solent pleriq̧ mortales nobilitate opibus et externis bonis pollentes bonarum artium studia negligere: et eo magis si summis dignitatibus se ornatos esse prospiciunt. Reue. uero. D. T. ea que breuiter superius narrauimus non parum ornamenti ex doctrina suscepturā iudicabit. Hoc idem Alexander ille macedo et ex nostris. C. Cesar assequi studuerunt: ut uidelicet cum eorum amplissima felicitate litterarum splendor iungeretur. non iniuria igitur eruditissimi uiri monumēta ad eum principem peruenire nitimur: qui et ipse doctissimus existit atq̧ habetur. quāobrem oramus suplices Reueren. D. T. ut hec paterna consilia hylari fronte suscipiat: et cum legendi copia dabitur grauissimum suum adhibeat iudicium si aliis quoq̧ legenda sint.



nō enim ueremur si ipse clarissimus pater reuiuisceret alium suarum lugubrationum censorem minime delegisse: quippe fuerat expertus in Reuerem. D. T. et optimum i bonis artibus iudiciū et summum in se amorem existere. Bononie Calendis Nouembris Anno gratie. M.CCCC.LXXXIX. sub pontificio Innocentii Octaui.

## ¶ Epistola Philippi Beroaldi in Consilia Bauerie medicorum Clarissimi.

m Edicinam: que donum dei est: qua nulla artium Vtilior mortalibus reperitur illustrarunt excolueruntque Complusculi antiquorum: et in primis Hippocrates Cous. Asclepiades Herophilus atque Erasistratus. quos longo temporum internallo subsequuti sunt Gallienus et Auicena aliique non pauci: quorum nomina celebratiora sunt q̄ ut alienae commemorationis indigeant. Ista uero tempestate inter ceteros medicos excelluit uir Clarissimus et medendi scientia prestantissimus Baueria: nunq̄ a me sine honoris prefatione nominandus: qui tanq̄ Esculapius colebatur consulebaturque in medicine disciplina: Cuius decreta oraculis ueriora existimabantur: de cuius laudibus cum multa dixerimus plura tamen dicenda supererunt: Hic cum multos deploratos ad uitam reuocasset cum multa ex Secretariis medicine arcana deprompsisset Scripta reliquit medice discipline Consilia: que in hoc uolumine impressa leguntur: ut quemadmodum uiuus uiuentibus profuisset: ita defunctus posteris mederetur. Quantum in his doctrine quantum utilitatis quātum medelarū contineatur: statī Curiosus lector agnoscet. Quo circa omnis quotquot medicine studiosi sunt hortor ac moneo ut ista Doctissimi bauerie consilia subinde Consulant et in manibus iugiter habeāt. Ita ipsi Doctiores efficientur: et defuncti bauerie Manes si ullus defunctis sensus est Letabuntur operam atque opus non periisse.

## REGISTRVM.

.a.
predarissimi
uel alicuius
splen
laribus

.b.
medicamen
die semel
fructus

.c.
gie yringi
communi
frigidorum

.d.
brodium
rum immo
fumantur

.e.
ter itaque
co ieiuno
non ingrediatur

.f.
sus aquarum
rate magis
distere

.g.
minum
lactuca
cura

.h.
rum.m.
tis.z.
iura carnii

.i.
bum uinum
esset
pro lectione

.k.
et recipiatur
dam membrorum
anna

.l.
quomodo
tibi
suis

.m.
trulli
d.unde
tili nam

.n.
primo
bibere
et non

.o.
parte ciborum
lo meliora
lis rosati

.p.
plenione
curialis
trinsecis

.q.
dapes
bonis
ci zedoarie

.r.
tertias
te sunt
presenti

.s.
tiam
et si aliquid
per quam

.t.
lini
postea
mā ad

.u.
ex saturitate
dispositio
grossum

.x.
rem seruando
tam sed
gendus

.y.
fluit
bus patri
octo. q

.z.
illud que
florum
beatur

.et.
linarum
ne immediate
peratus

.ɔ.
ma pp
et conditi
stomaco

.rū.
ra' optime
sternutatorie
Re. buius
tussit

¶ Tabula omnium consiliorum: que continentur in hoc uolumine.

FINIS.

¶ Preclarissimi artiū et medicine doctoris ac etate sua primarii magistri Baverii de Baveriis consilia feliciter incipiūt.

Illustrissima Domina Margarita de Gonzaga afficitur principaliter duabꝰ malis dispositionibus : quas ua/ na consequuntur accidētia. Prima harum est mala cōplexio frigida et humida cerebri materialis cronica: que etsi aliquando uideatur grauitati capitis coniuncta aliquando leuitati nihilominus ut declarabitur est mala complexio frigida et humida cū materia. Accidentia hanc dispositionē consequentia sunt aliqualis stupor cutis capitis et debilitas ptis capitis posterioris. Tertiū accidens est auriū tinnitus. Quartū ē catarrus sapiens salsuginē cuius ps fluit in pectus sicut in pulmonē et reddit ipsum aliqualiter angustū et nonnunq̄ sibi uidetur ꝙ ad intra pectus excoriationē patiatur. Quintum est cordis aliqualis debilitas. Sextū est uisus debilitas: nā quando obiectū intuetur uidetur ꝙ obiectū sit panno uelatū uel ipsa ante oculos pannū habeat. Secūda dispositio principalis que morbus cōmuniter dici potest pprie tamen dicitur accidēs est debilitas uirtutis digestiue stomaci et ex hac sequitur multiplicatio egestionis flegmatis ultra uti exitu apparet postq̄ emiserit feces. Secūdo sequitur multa fecalis materie quātitas. Accidēs aliud ē calor quidā per omnia mēbra expāsus ad quē sequitur imediate post cibū sudor p uniuersum corpus. Quod si qs quesiuerit nunquid mala dispositio capitis causa sit male stomaci dispositionis aut ecōtra respōdeo ꝙ una fouet alterā unde cerebrū mittēs reuma ad stomacū est causa cōseruatiua stomaci male dispositionis ecōtra stomacus male digerēs cōmittens cerebro fumos qui cerebri frigiditate ingrossati et in humiditatē cōuersi est causa humiditatis cerebri unde Auicena secunda primi doctrina prima. c. octauo. Et est cū societas prouenit ad casum quemadmodū cerebrū cū egrotat associatur ei stomacus et debilitatur eni tunc eius digestio et mandat cerebro uapores malos et nutrimentū indigestū et auget ipsius cerebri egritudinem et sic ex hac egritudine proueniente ad durabilitatem et circuitionē. Nō puto tamē dispositionem unius istorū membrorū esse totaliter independentiā a dispōe alterius imo quelibet istorum in se habet sue malicie cām sicut statim declarabitur ꝙ cerebri cōplexio sit humida ab excunte. s. sputo facile cōprehēditur et cōprehendi pōt ꝙ sit frigida declaratur ex Auicē. prima tertii tractatu. 4. c. de emigranea ubi dixit. Egritudo cuius tēpus elongatū est est frigida secundū omnē dispōem. Significationes ad hoc ostendendū sumutur prima tertii tractatu. 1. quas omisi. Cū hoc mihi certissimū uideatur ꝙ sit materialis cōplexio ostēditur ex fluxu superfluitatū a capite descēdentium unde prima tertii tractatu primo. c. xvii. Et Gal. quidem uisum est ꝙ significatio ad ostendendum ꝙ cōplexio est dominans siue materia ē priuatio fluxus superfluitatū cum significatione malicie cōplexionis. Significatio uero ꝙ dominetur cū materia ē fluxus superfluitatū. Et subdit Auicē. Et nos pseruamur et dicamus si nō fuit opilationes et debilitas uirtutis expulsiue causa cōiuncta est humiditatis stans in cerebri porositatibus ex sanguine flegmatico quo cerebrum nutritur debet a debilitate digestiue genita sue multiplicata. Ad hāc coadiuuat multa a stomaco euaporatio ad caput nā uapores illi cerebri frigiditate cōdensata ad aque naturā cōuertūtur et postea fractus cerebri dispargitur et fouet ipsam malā cōplexionem frigidam et humidā causa antecedēs est humor flegmaticus aptus pelli aut trahi ad caput et cōuerti i causam coniunctā et similiter ois materia in uaporē cōuertibilis que caput peteret et ois mēbri dispositio per quā membrū materiam faceret euaporare ad caput. Sed causa primitia est indebitū regimē sex rerū nō naturalium. Cause assignate sunt male cōplexionis pter naturalis cerebri sed cōplexionalis naturalis cerebri eiusdē illustrissime domine est et frigida et humida ut faciliter ex signis ab Auicē. positis prima tertii tractatu. 1. facile cōprehendi pōt et huius cause sunt principia naturalia et ex his facile cōprehendi pōt quare hec dispositio est aliquando grauedini coniuncta et aliquādo leuitati nā cū materia in cerebro multiplicatur et neq̄ resoluitur neq̄ sensibiliter euacuatur aut p sputū uel p nasū neq̄ ad aliū locū trāsmittitur aut si qd euacuatur uel transmittitur id paucū ē tūc capitis grauitas sentitur. Si autē materia notabiliter resoluitur uel quomodolibet aliter euacuatur aut alio transmittitur aut regimē sit melius tūc caput leue iudicatur. Quod posterior capitis ps sit debilis nota est cū ex dictis: nā eadē mala cōplexio frigida et humida cū posteriorem cere

bri ptem debilitat. Et ex hoc fundamēto faciliter cōprehenditur que sit stuporis cā. Nam materia descendēs p partē cerebri posteriorem opilat neruos nō integre qui oriuntur a secūda spōdili colli a quibus cutis capitis habet sensum ut apparet ex secūda tertii. quare spiritibus sensitiuis nō potētibus debite qūtatis penetrare reddit cutis capitis stupida. Tertii accidētis causa ē debilitas caloris naturalis cerebri agēs in nutrimētū aut in materiā in cerebro contentā et facit ipsum euaporare et nō potest ipsos uapores resoluere. unde attingētes ad timpanū auditus faciunt representare sonū ac si esset exterius cum tamē talis sonus extra nō fit. unde Auic. quarta tertii. hec dispō est uacuā hō incessanter audit exterius. i. ac si esset exterius puto tamen hanc dispōem posse augmentari propter stomaci euaporationē ad caput sed nō credo ab hac solū pendere. nā si solū a stomaco penderet susciperet uarietatē secundū meliore aut deteriorē stomaci dispositionē. Quarti accidentis causa est humiditas in cerebro multiplicata cui aliquid colere admiscetur per cuius admixtionē redditur saporis salsi. nā hec materia a cerebro ueniēs per cannam pulmonis descendens cōmunicatur pulmoni et sua uiscositate prohibet bonā pulmonis dilatationē ex hoc apparet anhelitū astringi et cum fiat conatus ad huius materie expulsionem cū screatū accidit ex uiolentia ptem circa gutur uel canam alterari uel forsan excoriari. unde sentitur ac si esset excoriatio et idem potest in pectore accidere ob conatū et pectoris impetuosum motū. Quinti cā est mala complexio frigida et humida cordi cōicata. unde secūda tertii cap. de signis egritudinū cordis inter signa eius numerat timiditatē et audaciā et superfluitatē in pietate et misericordia. preterea caliditas cordis reddit hominē audacē secunda tegni et fortē. oppositū eius. s. frigiditas facit timidū et debilē. Ad hoc accidens causandū et cōseruandū imo augmētandū cōcurrit timor in quē ex quacūq; leui cā hec illustrissima domina incurrit. Neq; dubito hāc esse unā ex pricipalib; causis. Sexti accidētis cā est eadē capitis mala cōplexio frigida et humida ingrossans spūs et cū eis pmiscendo uapores reddit ipsos turbulētos. concurrit ad hoc debilitas oculi quā ipsa ē cōsecuta ex frequēti fletu unde natura suefacta trāsmittit ad oculos supfluitatē alias humiditatē quasi roridā que diffusa p oculū impedit bonitatē uisiōis. Secūde dispōis pricipalis cā est mala complexio frigida et humida stomaci huius uero cā est materia flegmatica imbibita in substātia stomaci aut in cōcauitate eius contēta uel parietibus eiusdē aderes causa remotior est materia a capite fluens ad stomacū aut ad ipsum ab aliis mēbris expulsa. Causa primitiua ē indebitū regimē sex rerū nō naturaliū. Primi accidētis cā est mala stomaci digestio. unde ex cibo nō generat bonū chilū sed ipsum in flegma uitreū corrūpit. Causa secundi accidentis est multa cibi quātitas non absolute sed respectu talis indiuidui: nā q egestiones multe fiant sintq; mediocriter dure omni die emisse et cū leui enemate educantur multe et mediocriter cōpacte non pōt dici q hoc pueniat ex opilationibus miseraicarū quia chilus nō est potens ad epar trāsire neq; pter defectū attractiue epatis quoniā in his casibus essent egestiones liquide chilose quare nō uidetur esse alia causa q̄ assignata cū multe superfluitates prime digestiōis cuius modi sunt feces non resecant a pauco cibo. Vltimi accidētis est debilitas contētiue mēbrorū: nā cibo assumpto fit caloris naturalis ad stomacū attractio a mēbris exterioribus. Vnde mēbra illa magis debilitantur ex sua retētione et ab eodē calore fit euaporatio quedā. unde uapores illi ad exteriora mēbra trāsmissi et calefaciēdo humiditates circa ptes cutaneas existētes et subtiliātes cōcurrente debilitate uirtutis contētiue mēbrorū est causa sudoris post cibum accedentis.

## Cura dispositionum

principaliū et suorū accidentiū in duos diuidā tractatus: in primo ponā debitū regimen sex rerū nō naturaliū in secūdo scribā cōuenientē modū administratiōis rerū medicinalium. Tractatus primus sex cōtinebit capitula iuxta numerū sex rerū nō naturaliū ab aere principiū faciā.

## De aere.

Cauere debet hec illustrissima domina ab aere frigido et humido nebuloso uētoso et propie flante austro aut borrea et ab ei aere mali odoris eligere sibi debet aerē clarū bene euētatū qui tum declinantē ad caliditatē et ad siccitatē magis tamē ad siccitatem q̄ ad caliditatē q si aer uniuersalis talis haberi nō pōt fiat arte aer particularis sue habitatiōis faciēdo ignē in camera cum lignis siccis boni odoris cuius modi sunt abies pinus iuniperus sauina rosmarinus aut suffumiget locus cū thure sandaraca storace sicca laudano aut granis iunipi pōt ex singulo istorū aut ex ipsorū cōmixtiōe fieri suffumigium supponendo puluerē eorum

uel alicuius ipsorũ prunis calidis sed stãte fu mo camerã aut aulã nõ ingrediat̃ priusq̃ ces sauerit licet doctores nostri de aere solũ face re uideant̃ mentionẽ tanq̃ de eo quod nobis incessanter semp occurrit uel minus cum eo uoluerũt intelligere reliqua elemẽta.s.ignẽ terram et aquam.

**De igne.** Non appropinquet mul/tũ igni faciẽ ita ut multũ calefiat ne sua caliditate subtiliãdo humores esset causa fluxus neq; ignẽ intuet̃ quoniam eius aspectus uisui nocet.

**De terra.** Caueat a statione humi/da et frigida et a loco pro pinquo uallibus palludibus et cloacis et a lo cis montuosis multũ eleuatis terram sibi eli/gat calidam et siccam.

**De aqua et de re pro** portionali aque. Aque turbide et cenose gros se cauẽde sunt inter ceteras aquas melior est aqua sisterne collecta ex aqua pluuiali aut flu uiali habẽte lutũ mundũ lapideũ aut arenosũ in qua aqua sit calibs aut uirga ferrea quinq es extincta. Nã aque ferree cõferũt stomaco et spleni.scd'a primi.c.scd'o.et scd'o car o.c. de aqua ferrea cõfert uiscenbus et ita place/ ret q' sola talis aqua i suo uẽiret usu. Quod est aque ꝓportionale ẽ lixiuiũ quo sibi lauat caput q' sic fieri debet. Recipe cinerũ turso/ rũ cauliũ q̃ si non habeat̃ loco eius sumat̃ ci nis fermẽtorũ lib.i.sulfuris uiui.ℨ.ii.alumi nis .ℨ.i.sem.pistent̃ et simul misceantur ex stẽdatur sup petiã rarã sub qua sint paꝉee ex istẽtes sup uase recipiẽte et p huiusmõi pulue rẽ colet̃ decoctio q̃ sic fit. Recipe foliorũ lau ri assari sticados arabici maiorane origani ana.m.i.sem.costi acori ana.ℨ.i.fene.ℨ.ii. contũdant̃ contundẽda et incidant̃ incidẽda mõ grosso et buliat in urceis sex aque fontis aut fluuii donec redeat ad urceos quatuor. et colet̃ sup cinerẽ ut dictũ est et colatura 'reser uet̃ cũ caput lauare uoluerit fricet̃ primo cũ duobus rubeis ouorũ et accipiat̃ de lixiuio facto q̃tũ sufficit ꝓ capitis lotione et cũ ad ig/ nẽ calefit ponat̃ in ea puluis infrascriptus i petia lini rara ligatus et sepe manibus expri mat̃. Recipe laudani.ʒ.ii.nucis mus.garioffi lorũ macis ana.ʒ.i. pistent̃ et fiat puluis et liguet̃ ut dictũ ẽ cũq; caput fuerit lotũ exsic cet̃ cũ panniculis calidis cũ mediocri fricati one et nõ exponat̃ caput igni deinde coopia/ tur capũt ne frigus sentiat neq; nimis multũ calidũ teneat̃ ꝓducitur nimia caliditas capitis ad raritatẽ sesture unde ledit̃ postea a rebus calidis et frigidis ut apparet.v.affor.a Gal. in cõmento.xvi.illius affor.calidũ nocet fre quẽter utẽtibus et huius capitis locio fiat sto maco ieiuno bis aut semel i ebdomada ꝑmis sa purgatione aut embrocatiõe de qua infra.

**De accidẽtibus animi**

Sũmo studio debet hec illustrissima domina cauere ab accidẽtibus ai tristiciã inducẽtibus nihil i casu suo ẽ deterius neq; deteriora faci ens nocumẽta quã tristitia sollicitudo timor ira desperatio de sua salute.unde Gal.iii.te/ gni textu cõmẽto.xxxii.abstinere uero ma/ nifestũ ẽ ab intemꝑantia oportet oim harum rerũ aie passionũ ira tristitia furoris timoris iuidie et sollicitudinis exterminãt.i.extra ter minos ponũt.n.et mutãt corpa ab ea que se cundũ naturã cõsistentia. Et ypoc.vi.affor. Si timor et pusillanimitas multũ tẽpus habẽt pfecte melẽconicũ pficit huiusmõi. Et idẽ p Gal.in cõmento.xxiii.eiusdẽ affor. ꝑticula. vi.qua ꝑpter ab his oibus cauendũ aliquali/ ter dubitarẽ ne incideret egritudinẽ melẽco/ nicã et lõge istis deteriorẽ. Debet illustrissi/ ma domina sua letari gaudere bene cõfidere et sperare de salute et sanitate sua de qua non dubito q' eã cõsequetur si fecerit q̃tũ sibi or/ dinat̃. Verset̃ cũ personis sibi amicis et dile ctis audiat sermones gratos et si incidit i tri stes aut timorosas cogitatiões diuertat ab eis aiam et ideo bonũ est q' habeat secũ semp so ciã cũ qua loq; possit et nõ sit sollitaria.

**De motu et quiete.**

Nocet oẽ superfluũ exercitiũ et ꝑcipue ime/ diate post cibũ factũ et oẽ exercitiũ in quo ca put exter inclinatũ neq; minus nocet nimia quies exercitiũ faciat uniuersale ꝑgrediẽdo aut equitãdo p loca amena iocũditatẽ inferẽ tia pulsis primo supfluitatibus prime et scd'e digestionis et hmõi exercitiũ fiat ante pran/ diũ et ante cenã iã prandio digesto quod tem pus ẽ per sex aut septẽ horas a fine precedẽ tis prandii. Particulare exercitiũ sit capitis pectinatio de mane cũ aliquali fricatione lege re aut officiũ dicere uoce alta ẽ pectoris et pul monis exercitiũ cõueniunt loco uniuersalis exercitii fricatio a ꝑtibus supioribus incipiẽ tes ab humeris trahẽdo cum pãno calido aut manibus uersus cubitos et manus deinde re tro ad spatulas descendendo ad uentrẽ et tan dẽ ad coxas et tibias reliquũ tẽpus sit qetis.

**De somno et uigilia.**

Sõnus diurnus factus ẽ malus.unde Auic.

tertia primi cap. de regimine somni. Dormi
re nãq; in die malũ. Nocet omis somnus su
perfluus et q imediate post cibũ est factus et
dormire sup dorsum aut capite depresso et in
loco uento exposito aut radiis lune precipue
p fenestrã ingredientibus. Sit somnus de no/
cte nisi aliquid acciderit pp̃ter quod impedire
tur aut pp̃ter longã consuetudinẽ uel lassitu/
dinem cõsequentẽ exercitiũ aut euacuationẽ
in qbus casibus de die cõceditur aliter nõ ne
q; prius in nocte dormire incipiat quã transi
uerint hore due a fine cene. Sit somnus pri/
mo sup latus dextrũ deinde uoluat̃ super si/
nistrũ cõuenit etiã sup uentrem sed nullo pa
cto super dorsum. unde Auic. ca. viii. allega/
to. Resuppine autem dormire etc. Sitq; som/
nus septẽ aut octo horarũ non minor sex nec
amplius octo. Sitq; capite bene eleuato et cor
pore pãnis cõuenienter tecto. dormiat in lec/
to habente culcidrã ex plumis oloris aut an/
seris nõ minus etiã nocerent supflue uigilie
ut apparet ex Auic. cap. supra dicto et prima
tertii capi. de epilensia supflue uigilie caput
replent uaporibus.

## De cibo et potu

Non con
ueit panis
agimus indebite coctus in substãtia multum
cõpactus et qui est durus eligatur panis ex fa
rina frumẽti mundi precipue a lolio sit bene
elaboratus debite coctus cõuenienter fermen
tatus in substãtia nõ cõpactus in cuius cõfe/
ctione aliquid salis ponatur ut prohibeat̃ no
cumentũ opilationis q farina facit q si in ei
us cõfectione adderetur aliquid pulueris ci/
mini et masticis optime cõueniret pp stoma
cũ et uẽtositates si sibi nõ displicet gustui po
natur nõ sit eius panis pluris tẽporis triũ die
rum neq; minoris unius diei et cũ prandere
uult ab eo cruste excutiant̃. Euitentur carnes
omnes difficiles digestionis grossi et uiscosi
nutrimẽti et multarũ superfluitatũ ut sũt car
nes bouine uaccine porcie caprine ircine cer
uine et auiũ in paludibus aut stagnis degen
tiũ ut ansares anates folege et similes et oẽs
animaliũ ptes uiscositatem habẽtes ut capita
collũ cutes et similes eligãtur ex uolantibus
siluestribus caro sturneq; ceteris in leuitate p̃
ponitur. Tertio almãsoris caro coturnicis tur
turis pdicis fasiani et aliarũ paruarũ auium
degentiũ in nemoribus ut ficedule turdi me/
rule filomene etc. Ab aliis abstineat ortige/
num sine calcarũ usus non cõuenit quoniam
nauseã facit et stomacũ grauat ex domesticis
auibus eligãtur caro gallinarũ que est omni
carne melior. ut. xxiiii. cõtinentis caponũ iu

uenũ quẽ ceteris mesue prepõnit pullorũ nõ
ualde paruorũ et pipionũ colũbarie uolare in
cipientiũ licet dicatur. xiii. tertii q sunt diffi
cilis digestionis et trahunt longã moram in
stomaco arbitrandũ est quod intellexit de his
qui in domo nutriunt̃ quos appellamus cas/
singos cũ dicat Rasis. xxiiii. cõtinentis. Pul
li colũborũ dant̃ in cibo illius cuius corpus
est euacuatũ sanguine et infrigidatũ ex lõgo
morbo q nõ dixisset ubi esset difficilis dige
stionis. De quadrupedibus siluestribus con
ueniũt caro caprioli que inter ceteras carnes
siluestres melior habetur et sanguis ab ea ge
nitus paucas efficit superfluitates quoniã sic
cus melenconie accinet. tertio almãsoris ca/
ro leporis iuuenis nõ sit tamẽ in frequẽti usu
pp̃ter eius melanconicitatẽ conceditur inter
dum caro apri. Ex domesticis uero laudatur
caro edulini que in se est tempata nullam ha
bens maliciã. tertio almãsoris sed nõ sit edus
a natiuitate distans p amplius q̃ quadraginta
dierũ. caro uituli nõ magis q̃ p quinquagint
ta dies a natiuitate propinqui neq; distãs ma
gis q̃ per quatuor aut p quinq; mẽses caro ca
strati et agni annualis a reliquis abstineat.
De ptibus animaliũ eligant̃ potius ptes an/
teriores q̃ posteriores quoniã laudabiliores
sunt ut patet p ysaac de dietis uniuersalibus
cap. xiiii. De ptibus animaliũ carũ sicut ce/
rebrũ stomaco nocet et generat grossum et ui
scosum nutrimentũ ideo nõ sit in usu excep/
to cerebro leporis q mirabiliter neruos con
fortat uide de eo a Galie. li. iii. alimẽtorũ ca.
vii. oculi ad digerendũ difficiles et nutrimen
tum prebẽt uiscosum nõ nisi aromatibus co/
medant̃ ysaac de dietis pticularibus. Lingua
prebet nutrimentũ mediũ inter durũ et mol/
le comedi debet cũ aceto pipe et zenze. ysaac
ut supra. Medulla uniuersaliter uitupat̃ quo/
niã stomacũ cõturbat et mollificat et appetitũ
tollit in sua unctuositate difficulter digeritur.
Venter frigidus et siccus tarde digerit̃ et fleg
maticũ generat nutrimentũ tertio almãsoris.
Si tamẽ aliquãdo sumit̃ speciebus condiat̃.
Pulmo pauci ẽ nutrimẽti licet faciliter dige/
ratur et pertinet humori flegmatico ysaac de
dietis pticularibus cor calide et sicce est com
plexionis tarde digeritur et nutrimentũ gros
sum prebet. sed si bene digerat̃ multũ nutrit
ysaac ut supra licet. iii. almãsoris dicat̃ q nõ
multũ nutrit. Epar calide ẽ et humide cõplexi
onis tarde digeritur et nutrimentũ grossum
prebet et tarde in mẽbris penetrat ideo nõ cõ
uenit inter cetera tamẽ melius est quod est ex
gallina pingui et anati accipit̃ sc̃do canone.

Splen frigide est et sicce cóplexionis diffici/
lis est digestionis nutrimentú prebet melen/
conicú ió eius usus nó placet. Sed splen por
cinus ceteris minus malus ysaac de dietis p/
ticularibus. Renes parú calidi sed magis sic
ci grossum et paruú prebent nutrimentú. iii.
almásoris ideo nó placent. Intestina frigide
et sicce cóplexióis sunt prebét paucú et gros
sum nutrimentú si comedant speciebus con
diantur cauda calida est que stomaco nocet et
fastidiú facit ac coleram generat rubeá tertio
almásoris. Cutis frigidi et sicci nutrimenti
difficilis est digestióis et nutrimentú prebet
uiscosum ad opillandú aptú quare dimittatur
pedes animaliú nó uitupantur sed nutrimen
tum exhibét paucú et tamé laudabile quáquá
sit parú uiscosum eis uti pót cú aceto passula
to oim partiú animaliú ale propter exercitiú
et spiritú debitú influxú a corde et sanguiné
ab epate laudabiliores inter ceteras ptes ex/
istunt. Caro musculosa rubea cú non fuerit
multe pinguedini cómixta neq ab eo ex toto
denudata bona existit caro multú pinguis nu
trimentú exhibet humidú et multarú supflui
tarú et stomacú relaxat ideo dimittat. caro os
sibus adherés nutriméntú prebet sapidú gros
sum tamé et uiscosum. unctuositas et pingue
do parú nutriút et illaudabile prestát nutri/
mentú. unde nó ad cibú sed ad códimentum
sunt danda unúquodq eorú primú est stoma
ci inflatiuú saturat cito et corrúpens et super
natat cibis quos repit in stomaco admixta il/
lis ingrossat et uiscat eos etc. habet ab ysaac
de dietis uniuersalibus quare ab eis cauédú.
De mó prepationis carniú intelligendú pri/
mo q animaliú habentiú corpa grossa et ma
cra carnes elisse meliores sunt quá aliter pre
parate. Secúdo uolatiliú pinguiú carnes assa
te sunt meliores q elisse et macrorú uero ecó
tra ista colligunt ab ysaac i suo de dietis uni
uersalibus. Carnes in aqua elisate et sale con
dite faciliter digerunt ab aqua fiút tenere et
digestioni prepantur. Que sunt macre nó ali
ter preparí debét. Carnes assate nutrimentú
grossius et siccius prebét et ad digerendú dif
ficiliores sunt ubi tamé stomacus bene eas di
gerat côuenientes sunt et que sunt pingues
taliter preparí debét caro cú pinguedine i sar
tagine frixa fastidiú generat stomacú grauat
capiti nocet remollit neruos quare dimitéda
Carnes sup prunas assate si bene digerátur
multú nutriút putatur tamé adeo difficilis di
gestionis ut ex toto nunq digeratur ideo secu
rius est eas dimittere. Carnes in forno aut i
testis prepate dure sunt digestionis sed pre/
bent solidú nutrimentú nó uaporosum ideo
si bene digerant côueniunt hec regule colle/
gi possunt ab ysaac in suo de dietis uniuersali
bus et in eodé de dietis pticularibus etc. Ex
animalibus accipiuntur oua et lac caseus et
butirú de quibus nunc est agendú. Oua gali
nacea et perdicum fasianorum tempatiora et
laudabiliora sunt ceteris precipue si masculú
habuerint et oua iuniorum meliora sunt quá
ueterum et grassarum quá macrarum et recé
tia q antiqua. Gal. iii. alimentorú. Cómento
de ouis. Non parua quidem in ipsis est excel
lentia et recentium ad antiquiora. optima qui
dem est que recentissima. Pessima quidé que
uetustissima que autem inter medium istorú
proportio distantia qua distát ab extremis bo
nitate et malicia habent adinuicem. oua p de
coctioné indurata et frixa et super carbones
decocta donec dura sint difficilis sunt digesti
onis et ex stomaco tarde egrediútur et uenas
tarde penetrant. iii. alimentorú. Cocta. s. du
ra. difficulter digestibilia tarde pertransitio/
nis alimentum grossum distribuunt corpori
bus ad hec magis sunt tarde penetrationis et
grossioris. Chimi que secundú calidum cine
rem assata que autem infrixuris ingrossata et
uocantur propter frixam pessimú alimentum
habent ad omnia etc. quare dimittantur oua
uero sorbilia aut tremula que per decoctioné
parum inspissantur ceteris sunt meliora. ná
oua in triplici sunt differentia in prepatione
ut apparet. iii. alimentorú quedam dicuntur
cocta. i. dura quedam mediocriter cocta non
nulla solú calefacta mediocriter cocta appel/
lantur tremula calefacta sorbilia. unde Gal.
lib. allegato. Optima quidem ipsorum alimé
torum corporisq tremula sorbilia quidé mi/
nus nutriunt facilius autem subeunt et eas q
inuocata arteria asperitates leniunt. uerú si
magna decoquantur meliora sunt quam in ci
neribus preparata calor cineris desiccat eorú
humiditatem naturalem q si in aqua prepará
tur aque humiditas eorum humiditatis disso/
lutionem prohibet uerum illa que fracta in a
qua elixantur meliora sunt eis que cú testis
decoquuntur quia grossities corticis fumosi/
tates exterius exire prohibet utrisq tamé uti
potest dúmodo albumé ab eis eiciatur preci/
pue si coagulatum fuerit est enim indigesti/
bile. xi. terapentice et. iii. almansoris. Lactis
usus incôueniens est cum ad frigiditatem de
clinet et humiditatem. unde. iii. almansoris.
Colicis queq ac quibus frigide ex consue/
tudine accidút egritudines nulli est lac tribu
endú. unde Auic. ii. cano. simplici. xxxviii.

Nocet lac flegmaticis quoniam caliditas eo/rum non conuertit ipsum ad sanguinē sicut oportet et corpus utitur ipso ante conuersio/nem eius propterea quia est ppinquum ei et nocet habentibus tinitum aurium siue sibil/lum ledit renes et lapidem generat et in epate opillationem efficit Gal.iii. alimentorū cap. xviii. Ledit enim renes quoscūqȝ ꝙ ydoneam habent ad lapidem generationē opillationem autem sed epar efficit etc. Caseus recens fri gidus est natura frigidis nocet.iii.almāsoris et ysaac de dietis uniuersalibus substantia uero casea frigida est et grossa ad digerendū dura tarde descendit a stomaco magis attinēs siccitati quam solu ioni.uetus caseus calidus est et siccus prebens grossum et uiscosum nutrimentum faciens opilationē ideo non cōuenit eius usus: qui autem inter recentē et anti/quum existit utriusqȝ participat proprietates Butirum non conuenit propter eius humiditatem et quia stomacū debilitat: et qui in cōe/stione eo utitur flegmaticas patietur egritudines.iii.almansoris. Piscium usus non cōuenit frigidi enim sunt et humidi et omnes ut i/quit Rasis.iii.almansoris ad digerendū sunt duri et in stomaco longā faciunt morā sitim creant et sanguis ex recentibus genitus flegmaticus est hi autem pisces corpus humectāt etc. Et idē de dietis uniuersalibus. si tamē aliquando sumit sint potius marini q̄ ex aquis dulcibus quoniā minus sunt humidi sintqȝ non uiscosi neqȝ malum odorem habentes. Ex aquis dulcibus eligantur qui sunt in aqs bonis currentibus degentes sint parui squa/mosi teneram carnē habentes non uiscosi et condiantur cū aromatibus petrosillo et origano inter partes piscium deteriores sunt par/tes umbilicales et capitis quia stomacū supernatāt propter uiscositatem et suam unctuosi/tatem quare difficulter digeruntur in fundo stomaci descendentes suos remolliunt uiios: quare generant lienteriam. Meliores uero p/tes caude et que circūdant ossa dorsi a capite ad caudam: nam est tenerior et ad digerendū uelocior et nutrimento melior ex modo sui motus et ossium fricatione. et similiter dicendum est de partibus alarum hec omnia plane habentur ex ysaac in suo de dietis particularibus. Pisces saliti fugiendi sunt. unde Rasis. iii.almansoris saliti autem pisces nullo mo/do sunt comedendi nisi in die in qua quis se medicari uoluerit. id est cum uomere uolue/rit si tamē eos aliquis appetit parua ex eis sumatur quantitas. De leguminibus modo se/quitur premittendum ꝙ per legumina hic intelligendum ea grana ex quibus panis nō cō ficitur ut apparet ex Galie. primo alimento/rum cap. xi. auctoritatē demecriorū premittē do secūdo ꝙ omnia legumina uentosa sūt et inflatiua cuius modi sunt fabe que frigide et sicce ponuntur. s. faba sicca. Virides uero frigide et humide eorum nutrimentum frigidū est et inflatiuum faciens uentositatem in superiori uentre propterea stomaco multum nocent et sanguinem non laudabilem generant ideo non conueniunt. Rubilie siue pisellí frigide et sicce in primo gradu nō faciunt sicut fabe inflationem aut uentositatem nutrimen/tum tamen prebent grossum rarus sit earum usus. Cicer album pluris est nutrimenti quā fabe calidum est in primo gradu et humidum in medio ad digerendum durum uentositatē faciens et inflationem et coitum incitat nō cōuenit. nigrum et rubeum albo est calidius humidum minus plus albo ualet ad aperiendum epatis et splenis opillationem interdum uti potest. Fasioli calidi in medio secūdi gradus et humidi in fine humorem gignūt grossum et inflatiuam uentositatem implent quā plurimum caput fumo somnia pessima et terribilia faciunt dimittantur. milium frigidum in primo siccum in secundo gradu parū nu/trit sanguinem minimum generat et ipsum ꝯ laudabilem sua tamen siccitate confortatiuū est stomaci et aliorum mēbrorum et ideo uentrem constipat rarus sit eius usus. Panicum milio similis est nature minus tamen eo nu/trit uentrem uero constipat magis melius ta/men est panico milium risum dure est digesti onis uentrem frigit et illaudabilem generat sanguinem omnia hec colliguntur ex ysaacī suo de dietis particularibus. Et a Galieno in primo alimentorum. pro parte bonum est ab eis abstinere. Vti tamen interdum potest brodio cicerum rubeorum. precipue cum fuerit decoctum rore marino et saluia et petrosillo. Milio interdum et aliquando panico nō gra/tia utilitatis sed ut appetitui satisfaciat et quia ceteris dictis minus nocent. Nunc ad olera transeundum premittendum primo ꝙ olera frigida et humida illustrissime dominationi uestre non conueniunt que uero calida et sic/ca concedūtur. Basilicon habens lata folia calidum est in primo siccum in primo come/stum uisui nocet et eius tenebrositatem possidere facit difficilis est digestionis et facilis putrefactionis et nocens stomaco confortat cor et exsiccat pulmonem dimittatur. Catlis ca/lidus in primo siccus in secundo secundum Auic. licet secundum ysaac de dietis particu/

laribus frigidus fit et siccus in primo gene/ rat sanguinem turbidum et melenconicū ob tenebrat uisum et stomaco nocet et eorum de coctio bibita uentrem soluit et sine decoctio/ ne comestus uentrem stringit non conuenit. Eruca calida in secundo sicca in primo et hoc de siluestri domestica est calida in secundo et humida sola comesta capitis dolorem gene/ rat uentositatem facit et inflationem caueat. Lingua bouis .i. buglossa ē in calore fere tē/ perata et humida in fine primi linitiua et cor dis confortatiua uidelicet melenconie ex solli citudine et tremore nimio cordis et dispositi/ onibus melenconicis conuenit. Lactuca fri/ gida est et humida in secundo gradu ceteris he bis meliorem sanguinem generat . unde Galie. primo alimentorū cap. xxxviii. No/ sce autem oportet omnibus oleribus paucissi mum et cachocissimum sanguinem generari ex lactuca quidem non multum neq; cachoci mum non tamen euchimum. Et si nō lauetur aque melior ē aque enim sue humiditati et fri gidītati augmentū prebet lactuca cito digeri/ tur descendit cito de stomaco urinam prouo/ cat et colere mordicationē extinguit ebulitio nem sanguinis reprimit et somnum facit co/ cta plus q̄ cruda fit esui conueniens et minus somnū inducit quia lac eius calore ignis mi/ nuitur per quod somnū inducebatur que cū lac non habet fit stomaco melior cum uero in duratur et lactis habuerit copiam fit saporis amari ex ea tunc pessimus sanguis generat id circo affluentibus fit nociua et tenebrosita tem facit oculorū corrumpit sperma et morti ficat sensus unde uirtus uisibilis extinguit uti potest aliquando mixta cum menta petro/ silus calidus et siccus i fine tertii gradus uri/ nam prouocat et menstrua uentositatem dis/ soluit et inflationem uias apperit et humores extenuat cōuenit: feniculus duplex est dome sticus et siluestris . Domesticus in medio se/ cundi gradus calidus et siccus in medio pri/ mi aperit opilationes acuit uisum et proprie guma eius tarde est digestionis et mali nutri menti prouocat menstrua et urinam siluestris est calidior domestico et magis menstruorum prouocatiuus et frangit lapidem et strāgurio sis conuenit ra us sit usus . Menta calida est et sicca in secundo gradu confortat stomacū appetitum irritat iuuat ad digerendum prohi bet uomitum flegmaticum et sanguineū lau/ datur . Borrago calida est et humida in prio gradu letitiam affert et confortat cor ualet. Portulaca frigida est in tertio gradu et humi da in secundo debilitat appetitum et in ea ni/ hil est boni q̄ nostro p̄posito pertineat. Spi/ natia frigida sunt et humida i fine primi gra dus uentrem humectant et conferunt dolori gutturi prouenienti a colera aut sanguine. di mittātur blita calida et sicca in primo gradu illaudabile stomaco prestat nutrimentum et paucum et stomaco nocet et illa que sui uiridi tate intensa uidetur quasi nigra est uentris cō strictiua non placet. Maiorana calida est et sic ca in tertio gradu est subtiliatiua resolutiua et aperitiua aperit opillationes cerebri et con fert dolori emigraneo a flegmate pendenti et a uentositate conceditur. Basilicum gariofila tum calidum et siccum in secundo gradu con uenit capiti et cordi ideo eius usus conuenit. non sit tamen in frequenti usu quoniam ui/ sui nocet ut Auic. tertia tertii cap. de nocenti bus uisui. Ruta duplex est. s. domestica que calida est et sicca in tertio gradu siluestris in quarto domestica est ad digerendū melior uir tutē habet incidēdi et subtiliādi humores gros sos dissoluit uentositatem inflationem conce ditur. Anetum calidum in fine secundi gra/ dus siccum in medio uentositatem et inflatio nem dissoluit somnum prestat uisui lautē no/ cet rarus sit eius usus . Rosmarinus calidus est et siccus in tertio capiti cordi pectori cōue nit laudatur. Spargus calidus et humidus ī primo gradu et est domesticus et siluestris. Domesticus omnibus herbis tempatior ex/ istit secundum ysaac de dietis particularibus et omnibus herbis nutribilior stomaco cōue nit urinam prouocat siluestris calidior et sic cior ideo plus epatis opilationē aperit et uri/ nam prouocat uentrem humectat contra dolo rem dorsi ab humida uentositate ualet conue nit. De radicibus herbarum que cōmuniter sunt in usu dicendum. Rapa calida in secūdo humida in primo multum nutrit sed dure est digestiōis que si in aqua decoquitur et illa de iecta in alia decoquatur sua duritia tempera/ tur et mediocriter inter bonum et malum nu trit q̄ si non bene fuerit cocta uentositatem generat et in uenis et poris facit opillationē uisui confert uti potest. Radix que communi ter comeditur calida est in tertio gradu sicca ī secundo minus quā rapa nutrit et eius nutri mentum est grossum et stomaco nocet et incō ueniens oculis dentibus gule et omnibus uul ue doloribus si ante alios cibos sumatur pro hibet ne descendat cibus ad locum decoctio/ nis et cibum ad partem stomaci superiorē ex pellit quare facit ad uomitum precipue in eo qui in stomaco habet uentositatem si post ci/ bum sumitur minorem uentositatem operat

et sua grauitate facit cibū descēdere ad locum digōnis qa fit eā cōfortādi digōem nō laudo sumat Pastinacha calida i medio scd̄i gradus hūida i medio primi q̄ duobus modis diuidit̄ s.in dōesticā et siluestrē nutrimētū pbet gros sum et minus quam rapa nutrit et illaudabi/ lem generat sanguinem grossum et durū ge nerat nutrimentum dimittatur. Carota speci es est pastinace et meliores chimi q̄ pastinaci ut apparet secundo alimentorum ca.iii. Aleū est calefactiuum in tertio usq3 in quarto gra/ du. resoluit inflationē eius comestio facit ca/ pitis dolorem et uisum debilitat non cōuenit Cepe calidum est in primo et in ipsa humidi tas superflua est rasiuum subtiliatiuum aperi tiuum et inflatiuum facit capitis dolorē et su be: et intellectui nocet ppterea quia generat humorem malum et saliuam multiplicat non conuenit. Porrum calidum est in tertio siccū in secundo eius usus uisui nocet et in stoma/ co malum facit uituperatur. Enula calida est et sicca in secūdo gradu facit sodam letificat et confortat cor sit rarus usus. fungi frigidi sunt in fine tertii humidi in secundo in prin/ cipio eius generant humores grossos et ma/ los generant stuporem et aploplesiā sunt dif/ ficilis digestionis. Et ex eis accidit colica pas sio faciunt difficultatem urine et prefocatio/ nem et istud totum intelligitur de his qui nō sunt mortiferi cauendum. Paululū dicamus de fructibus herbarum. Capares calidi et sic ci in secundo gradu sunt incisiui mundifica/ tiui et resolutiui aperitiui opilationum epatis et splenis prouocant urinam et menstrua san guis ex eo genitus est malus melenconicus et ideo plus ualet caparis ad medicinam q̄ ad cibum aliquando uti potest. Melones frigidi et humidi in secūdo gradu mutantur in qua/ litatem humorum quos in stomaco repeniunt siue colerici siue flegmatici id circo stomaco nocent q2 si in stomaco cibum inuenerint mi sceatur cum eo et ipsum descendere facit a sto maco prius quam digeratur in intestinis ro/ gitum et uentositatem faciunt nonunq̄ uo/ mitum et abominationem ideo comedi debēt ante cibū stomaco ab humoribus inanito nec alius accipiat̄ cibus donec sit digestus dimit/ tatur. Cucumeres frigidi sunt in secūdo gra du et humidi duri sunt ad digerendum et tar/ de de stomaco descendunt stomaco sunt noci/ ui neruositatem eius percutiunt inuenientes interdum cibum in stomaco illum crudū ser uant neq3 permittunt eum a stomaco descen/ dere tamen minus q̄ melones stomaco nocēt nam cucumeres inobedientes uirtuti digesti ue laborem stomaco faciunt melones stoma/ ci substantiam emoliunt et conuertuntur in uenenosos humores quibus stomacus pcut/ titur. uerum tamē si digesti bene fuerint me liores quam cucumeres generāt humores nō placent. Citrulli sunt frigidi grossiores tamē cucumeribus neruis stomaci nocent dimitti debent cucurbita frigida est et humida in se/ cundo gradu humorem generat flegmaticum nocet corporibus frigidis conuenit magis co lericis q̄ sanguineis quod si flegmaticis detur elixetur in aqua que eiecta postea condiatur cum menta pipere apio ut ex eorum calidita/ te eius frigiditas temperetur rarus sit usus. Nunc de fructibus premittēdum q2 fructus ut plurimum sunt uaporosi uentosi et humi/ di et faciles Corruptibiles cōuenientius ē eos dimitti quā eis uti ex fructibus humidi deteri ores sunt quam sicci et qui post cibum sumū tur meliores sunt cocti quam crudi Ceresa q̄ to dulciora tanto nutribiliora sua tamē nimia humiditate stomaco nocent non ualēt. Acria ceresa que amarilia appellamus incisiua sunt et aliqualiter aperitiua stomaco aliqualiter cō ueniunt sed tamen uentrem stringunt nō cō ueniūt sicut nec prima crisomala siue monia ca frigida et humida in secūdo gradu flegma grossum generat et uiscosum in concauitate epatis et splenis quare earum usus causa est diuturne febris ideo dimittēda est persica fri gida et humida in secundo gradu similia cri/ somalis sunt tamen magis sapida et propter hoc minus stomaco sunt nociua similant̄ ta men crisomalis quia flegma crudum generāt comedenda sunt stomaco ieiuno et post uinū uetus parum potādum aut prius in uino quā comedantur infūdenda. Poma quanto sunt magis matura dulciora et magis redolētia et in substantia compacta sunt ad caliditatē ma/ gis declinantia que uero pontica acria aut sti tica frigida sunt neruis nocent quare sunt di mittenda unum circa poma considerandum ē q2 quecūq3 poma stiticum habēt saporem fri/ gidum habent et terrestrem chimum quecun q3 uero acetosa uidentur frigidum quidem et subtilium partium chimum habent complexi onis autem medie que sunt dulcia ad calidita tem declinantia sicut que sunt insipida hoc ē sine sapore sunt aquosa declinantia ad frigidi tatem utimur austeris pomis quando discra/ sia est calida aut humiditate multa sine frigo re. Acetosus uero quando fuerit humor gros sus nō ualde frigidus quādo est cū frigidita/ te uti debet subtiliatiuis cū caliditate que dri/ gmea appellant̄ et ex hoc apparet quod stiti/

ca q̃tum ē ex se secessus stringūt acetose hūo
rem grossum quē in uētre inueniūt diuidunt
et subducūt stercus et ꝑpter hoc egestiōes hu
mectāt cauere debet. Poma antequā in arbo/
re sint matura indigestibilia eni sunt frigida
et tardi secessus et mali chimi cū hoc ꝙ insali
biliter frigidū et grossum chimū habet quecū
ꝙ bene maturata ad hiemē seruant᷑ et ad uer
ꝓficuissima sunt i egritudinibus hec Gal. se
cūdo alimētorū.ii.c. Pira diuersarū natura/
rū sunt que iā sunt corticis subtilis boni odo
ris rotūde figure q̃ cū sunt matura ab arbore
cadūt destruhunt᷑ talia paucā habent frigidi/
tatē quedā uero sunt acida nōnulla pōtica et
ista sunt frigida manifeste sed oia in hoc con
ueniūt quoniā sunt stitica et pirorū humor ē
laudabilior humore malorū uentrē stringūt
si ante cibū comeste fuerint si uero post cōe/
duntur stercus expellūt et uentrē stiticum di
mittūt et ꝓprie que sunt sicca et eorū usus fa
cit colicam inuenire nō sit i usu. Citoniū fri
gidū est in fine primi siccū in fine secūdi an/
te alios cibos sumptū uentrē stringit post ue/
ro comestū soluit facit accidere dolorē colicū
et dolorē uētris pūgitiuū et frequēs eius usus
facit uenire dolorē neruorū cauere debet ma
lagranata aut sūt dulcia murza siue media sa
poris aut acetosa dulcia sunt frigida i primo
et humida in eodē. acetosa sunt frigida et sic
ca in secūdo murza inter hec media. Dulcia
sunt parui nutrimēti et lenitiua nō cōueniūt
stōaco calido et humido. Acetosa uero et mur
za stomaco cōueniūt et intestinis. egestionē
colericā auferūt et ponturas intestinorū post
cibū a superioribus stomaci ad inferiora depo
nunt escham et fumū superius ad caput ascen
dentem et uomitū colericū prohibent conue/
nit usus eorū. Prunorum quedā sunt alba et
quedam nigra. alba dure digestiōis et stoma
co nociua et parum solutiua quoniā substan/
tie grosse sunt neqꝫ comedi debent nisi optie
sint matura nigrorū quedam sunt domestica
quedam siluestria domesticorū que sunt per/
fecte matura et dulcia sunt minus frigida et
magis humida frigiditas est in primo gradu
humiditas in fine stomacum humectant uen/
trem dissoluunt et coleram rubeam euacuant
eorum tamen usus frequens stomaco nocet q̃
uero pontica sunt nocēt stomaco ipsumqꝫ fa
ticat minime nutrit sunt nimis humida et ma
gis frigida. Agrestia stitica sunt nimis ualēt
ad diariam et disinteriā. Nespula frigida sunt
et sicca in primo gradu parū nutriūt et gros/
sum faciunt chimū stomacū confortāt et co/
lericā egestionē et uomitū auferunt et ante ci
bum sumpta sunt ad hoc meliora q̃ post quia
stomaci sunt confortatiua et non nocent sue
neruositati. Castanee calide sunt in primo
gradu sicce in secundo cerebro dant inflatio/
nem et capitis faciunt dolorē propter fumos
qui hora digestionis ad caput eleuātur dimit
tantur. Pomum citrinum corticem habet qui
calidus in primo est siccus in secundo si pro
cibo accipiatur difficulter et tarde digerit᷑ ꝙ
si propter odoris suauitatem exigua pars su/
matur stomacū cōfortat et digestiuum bonū
ꝙ oris odorem facit confortat pregnantium
appetitū. caro frigida et humida i primo gra/
du et tamen frigiditas ē maior humiditate sto
omacum infrigidat nō obedit digestiue non
accipiatur in medio prandii neqꝫ post quoniā
est causa generationis malorum humorum.
Sed si necessitas ad accipiendum cogit sit an
te cibum medulla uero est que acetosa est fri
gida in secundo gradu uirtutem habet incidē
di extenuandi et infrigidandi id circo est calo
ris epatis confortatiua et stomacum uirtutem
ꝙ excitat appetitiuā sicientibus subuenit.
Nux calida est in tertio sicca in principio se
cundi gradus facit sodam nocet lingue faciēs
in ea pustulas difficilis est digestionis et ma/
la stomacho corporibusqꝫ nocet colericis di/
mitti debet. Amigdala dulcis in caliditate est
causam. Certa eius cura consistat per cause remotionem ut uoluit Gal. iii. tegni et in terapentica ad glauconē canonice uero causa abscindi non potest nisi prius fuerit cognita. oportet igitur prius inquirere que sint morbi principalis cause demum aliarum dispositionum. s. que sunt secū coniuncte postea ponere signa per que deducimur in cognitiōem illarum causarum et tandem ipsarum curam ponere. Lapis et si in plerisq; locis corporis possit generari ut in pulmone ut Gal. testat̃ et sub lingua ut dixit zoar. et in iuncturis ut plurimum tamē fit in renibus et uesica et hec duo membra cōmunicant in causis lapidē generantibus et arenulas eo q lapis et cuiuslibet alterius rei generatio non completur nisi ex materia paciente et uirtute agente que due sunt cause cōmunes membris supradictis. Materia enim arenularum est grossa non uiscosa sed lapidis est materia grossa et uiscosa ut plurimum flegmatica ut uoluit Auicē aut est sanies aut sanguis agregatus in apostemate renum aut uesice et hoc est rarius materia non uiscosa non potest coagulari in quantitate habente magnitudinem notabilem sed ipsa exsiccata et incinerata expellitur secundū omnes suas partes discontinua. sed contingit aliquando ut materia nō omnino immunis a uiscositate sit imo habet aliqualem tenacitatem non equaliter materiam obtinentem propter quā causam secundū quod in ptibus suis copulabitur ratione sue uiscositatis q̄ participat tunc expelletur ac si esset lapis comminutus in frustra quidem maiora uel minora secundū quod plus uel minus uiscositate participabit. Si uero uiscositatem sufficientem materia ipsa habuerit cōuertetur in lapidem qui unitus expelletur. uirtus agens lapidem et arenulas ut uoluit Auic. ut in pluribus est caliditas ab equalitate egressa uersus intensionem que cōsumendo humidum subtile materie. conuertit eius grossum i lapidem uel arenulas sicut caliditas intensa fornacis i terram agens cōsumendo terre humiditatem residuum illius si fuerit uiscosa in laterem conuertit. Si aūt non fuerit uiscosa i arenas. calor igitur agēs in materiam ipsius humidum resoluit et extrahit et relinquit eam siccam ex tunc humiditate consumpta calor ab ea non amplius habens pabulum exalat quare succedit frigiditas et hec porros a calore rarificatos constringit et siccitas cum ista constrictione coagulādo illam indurat in tantum ut postea diss. lui nequeat calor enim cum coagulauerit et exsiccauerit non potest ipsam dissoluere frigiditas uero et siccitas dissoluere et discoagulare nō possunt cum sint principia opposita effectus. s. coagulationis non igitur arena aut lapis discoagulata potest ꝑpter firmam comixtionē in eis factam. s. humidi ipsorum cum suo sicco subintrantibus altero in alterum usq; ad minima et precipue in lapidem propter uiscositatem sue materie. Materia lapidis uel arenarum alia est imediata siue cōiuncta. alia uero mediata siue antecedēs que est causa imediate cause. Causa immediata ē humor grossus solum ut humor melāconicus humor colericus uitellinus sanguis grossus non retentus in apostemate sed qui cum aquositate puenit ad renes nutriendos qui non potuit cōuerti in nutrimentum propter multitudinem aut maliciam sui uel alia inordinatiōe cōmissa aut sanguis apostemans renes uel uesicam aut sanies in dictis membris retenta in ipsorum exituris uel ulceribus generata: aut ex ulceribus aliorum membrorū ad ipsa transmissa que non potuit ab eis expurgari sed retenta fuit. aut humor flegmaticus grossus et uiscosus in dictis membris retentus. Causa uero mediata que est causa imediate cause est duplex. una que est materia illius cause imediate ex qua lapis generatur. et alia est causa q materia imediata renibus aut uesica retineatur. et materia imediate cause est duplex una antecedens alia primitiua. Materie coniuncte et imediate causa antecedens est humor grossus uiscosus coadunatus in membris uicinis renibus aut uesice uel quocūq; alio membro ipsis cōmunicāte a quo possit ad renes uel uesicam transmitti et sanies in aliquo membro supra renes uel uesicam genita apta ad ipsa transire. Causa primitiua sunt cibi grossi ut caseus et proprie uiscosus carnes grosse carnes auium paludestiū caro uaccina yrcina pisces grossi. i. magnorum corporum et uiscosi ut anguille. et cibi de patellis siue sint carnes aut pisces panis agimus et panis nō bene coctus. et precipue cortex durus combustus et quecūq; cibaria fiunt de pasta et omne granum precipue faba et alia ligumina fructus acetosi ut mala imatura piros et similes

fructus. Ex potibus aque turbide uina grossa et nigra malicia ordinis ciborum et exercitii super repletione. Materia ergo cause primitiue est substantia grossa assumptorum uiscosa difficilis digestionis et dure digestionis grossum generans humorem et uiscosum et indigestum et maxime quando eorum bona digestio impeditur aut ratione quātitatis seu qualitatis assumptorum aut ratione ordinis assumptionis eorum indebiti aut ex inordinatione aliarum sex rerum non naturalium.

Causa mediata que est causa retentionis materie immediate lapidis in renibus uel uesica potest esse primitiua et antecedēs. Causa primitiua est uel potest esse frigiditas aeris balneum aque frigide uel stitice aut aluminose. applicatio rerum frigidarum stiticarum in unguentis et emplastris renibus et uesice assumptio medicinarum frigidarum stiticarum Causa uero antecedens est debilitas expulsiue in renibus et uesica proueniens ꝑpter malam complexionem aut propter apostema calidum in eis debilitata enim uirtute expulsiua non expellit superfluitates existentes in ipsis et ad ipsa descendentes. aut causa eius sūt ulcera in renibus aut uehementia caliditatis ī renibus uel uesica que supfluitates attrahunt et retinent. aut apostema calidum frigidū uel durum opilans: aut ex dictis causis est fortitudo expulsiue membrorum cōmunicantium cum eis que expellunt ad ipsa suas superfluitates maxime quando est debilitas in renibus aut uesica non repellens illas sed suscipiens. et de causis est amplitudo meatuum uenientiū ad renes et uesicam. et de causis est constrictio uiarū urine coartatoria facta in porris uritidibus aut collo uesice ab hūo: e grosso. aut apostēate. aut a sanie. aut a carne orta aut cōstrictio atenuatoria facta a membri uicini cōpressione ut intestinorum epatis et splenis.

## Egritudo est calculus

que ab hypo. quarto amphor. lithiasis uocatur ubi dixit quarto amphor. quibuscunq; in urinis arenosa substāt sedim a his renes aut uesica lithiasmi habent. Et a quibusdā petra. Est calculus et arena morbus officialis quoniam est morbus in numero immediate sensibiliter ledens operationes debitas uel solitas membra. in quo est sicut lapis fundi uesice ledit debitam constrictionem uesice requisitam ad urine expulsionem. Est morbus ut dictū est. et aliquando causa morbi scilicet solutionis continuitatis uel opilationis sicut lapis stans in foramine uirge prohibens exitū urine uel faciens excoriationem. Est morbus ꝑ yodicus a specie tota nisi imperitia uel negligentia medicorum aut infirmi diffidentia uel famulantium inobedientia a curatione impediatur. Cōmunicant renes et uesica in causis generantibus lapidem et arenulas eo quia lapidis et cuiuslibet alterius effectus generatio non completur nisi ex materia patiente et uirtute agente que due cause sunt communes supra dictis morbis materia enim arenularum est grossa non uiscosa et ideo arenule carent uiscositate. Sed lapidis est materia grossa et uiscosa. flegmatica sed plurimum: aut est sanies aut sanguis aggregatus in apostemate renum aut uesice et hec duo sunt ut rarius: et hinc est ꝙ uolentes facere lapides non habētes terram uiscosam et tenacem permiscēt terram mundam cum oleo et exsiccant ad solem et hoc modo nonnulli dicunt posse fieri cotē ad acuendum gladios: materia enim non existens uiscosa non potest coagulari in quantitate magna habente notabilem magnitudinē sed exsiccata et incinerata expellitur disconti nua secundū omnes suas partes. Accidit aliquando ut materia nō omnino munda sit sed aliqualem habeat uiscositatem et tenacitatē propter quā secundū quod in ptibus suis copulabitur et tūc expelletur ac si esset lapis cominutus in frustra quodā maiora uel minora secundū quod plus uel minus uiscositatē participet. Si autem sufficientem uiscositatē habebit ipsa materia conuerteretur in lapidē qui unitus expelletur. Virtus agens lapidem uel arenulas dixit Auic. est caliditas egressa ab equalitate uersus intensionem que consumendo humidum subtilius illius materie. cōuertitur grossum eius in lapidem uel arenulas. si est fornacis intensa caliditas agens in terram consumendo terre humiditatem cōuertit residuū illius in laterem si terra fuerit uiscosa. Si autem nō uiscosa in arenulis. Calor agens in materiam dictā ipsius humidum dissoluit et ipsum extrahit relinquit eam siccatam et tunc humiditate cōsumpta calor ab ea non amplius habens pabulum exalat quare succedit ei frigiditas et hic porros a calore rarificatos constringit et siccitas cum illa constrictione coagulando illā indurat intantū ut postea dissolui nequeat. Calor enī cū coagulauerit et exsiccauerit ipsam nō pōt dissoluere ipsam. Frigiditas et siccitas cū coagulauerint et exsiccauerint dissoluere et coagulare non ualent cum sint principia effectus oppositi. s. coagulationis. Cāe predicte colligunt' ex Auic. xix. tertii et a Rasi. x. continentis et

a Serapione in suo breuiario ab Alberto ma/gno in suo de mineralibus. Causa coniuncta et immediata lapidis uel arenularũ est uel esse potest humor grossus solũ ut humor melanconicus uel colericus uitellinus sanguis grossus non retentus in apostemate. Sed qui cum aquositate peruenit ad renes nutriendos q non potuit cõuerti in nutrimentũ ipsorũ propter multitudinẽ. aut maliciam sui uel alia in ordinatione cõmissa. aut sanguis apostemãs renes uel uesicam. aut sanies in dictis locis retenta in ipsorum exituris uel ulceribus generata aut ex ulceribus aliorum membrorũ ad ipsa transmissa defluxa que non potuit ab eis expurgari sed retenta fuit aut est humor flegmaticus et uiscosus in dictis mẽbris retẽtus. Causa uero mediata que est causa huius cause imediate est duplex. una que est mate/ria illius cause imediate ex qua lapis generatur et alia est causa ꝙ materia imediata in re/nibus uel uesica retineatur. Materia quidem materie imediate est duplex. una ẽ antecedẽs alia primitiua et primitiua ut dixit Auic. sũt cibi grossi ex generibus lactis et ꝑprie spissi idest coagulati uel spissi casei substãtia. Carnes grosse auium paludiũ caro uaccina yrci/na et que de carnibus siluestribus ingrossãt pisces magni corporis anguille tince et simi/les. Et cibi de patellis siue sint carnes siue pisces subfrixe siue pisces siue oua. et panis uiscosus ut qui fit ex siligine et panis agimus et non bene coctus et precipue cortex durus et cõbustus et quecũq; de pasta cibaria fiũt. Sorbitiones .i. pultes que fiunt ut ex rizo et ex omni grano et precipue ex faba fracta et alia legumina. et fructus acetosi difficilis di/gestiõis ut mala imatura caro citri et caro pi/rorum et cõfectiones de melle uiscose. Ex potibus aque turbide et aque grosse et uina ni/gra grossa et exercitiũ super repletione. Ma/teria igitur primitiua generationis lapidis ẽ substantia assumptorũ grossa uiscosa diffici/lis et dure digestionis grossum generans humorem uiscosum et indigestum. et maxime quando eorũ bona digestio impeditur aut ratione quantitatis seu qualitatis assumptorum aut ratione ordinis indebiti assumptorũ aut ex inordinatione aliarũ sex rerum non naturalium. materia antecedẽs materie cõiuncte et imediate lapidis est humor grossus uisco/sus in mẽbris uesice uel renibus uicinis adunatus uel quomodocũq; aliter illis cõmuni/cans a quo possit ad renes uel uesicã deriua/re et sanies in aliquo mẽbro supra renes uel uesicam generata apta ad ipsã transmitti. causa mediata que est causa retentionis imediatẽ materie lapidis in renibus uel uesice potest esse primitiua et antecedens. Primatiua est uel potest esse frigiditas balnei aque frigide uel aque frigide aluminose multiplicatio rerum frigidarum stiticarum assumptio medicinarũ frigidarum stiticarũ. Sed causa antecedens ẽ debilitas expulsiue in renibus et uesica pue/niens propter cõplexionis maliciam aut propter apostema calidũ in eis et hec est magna et potissima causa. Debilitata enim uirtus expulsiua non expellit superfluitates ad ipsam descendentes. Aut cause eius sunt ulcera i renibus quare retinentur in eis superfluitates omnes aquositatis .i. que descendunt ad ea cũ aquositate hoc est que imbibuntur et includũtur in orifitiis ulcerũ et ibidẽ inclusa in lapi/dem conuertunt aut causa eius est uehemen/tia caliditatis in renibus et uesica que superflui tates attrahit et retinet et in lapidem anteq̃ expellantur conuertit. Aut est causa eius apostema calidum uel frigidũ. aut causa eius est cõmunitas membrorũ uicinantiũ sicut intesti/norum et aliorũ uiscerum a quibus quãdo cõprimuntur renes et uesica accidit in eis opil/latio que materiã in eis retinet donec in lapi/dem conuertantur. De predictis causis ẽ fortitudo uirtutis expulsiue membrorũ cõmunicantium expellentium suas superfluitates ad illa loca precipue quando est debilitas renum et uesice cũ non repellant illas superfluitates et de illis est amplitudo meatuũ uenientiũ ad renes et uesicam. et de hoc dixit Rasis .x. conti. quando dilatantur meatus aquositas sang/uinis transportat ad renes aliquod grossum admixtum cum ea ꝙ quando succedit in uentriculis renum et decoquitur per caliditatem coagulatur et quando una uice coagulatᷣ possibile est ꝙ subsequatur semper subsidendo donec ingrossetur inde lapis. Et amplitudo meatuũ superiorum et strictura inferiorum que forsan est naturalis aut accidentalis pro/pter egritudinem quod est quia humor gros/sus crudus qui generatur aut nimietate cibi. aut ex gulositate uel debilitate uirtutis dige/stiue. ut fit in decrepitis descendit ad renes uel uesicam cũ urina. et caliditas in istis mẽ/bris est ignea. siue sit propter maliciam complexionis siue propter illud quod currit de fle/gmate ad ea et opilat ea et conculcatur et calefit uel ex apostemate quod est flegmon in eis tũc si uirtus expulsiua renum et uesice ẽ fortis. et uie in quibus euacuatur urina ut porri uritides et collum uesice et uirga sunt ample tunc urina que euacuatur est grossa. Si uero

nie sunt stricte et uirtus debilis tunc necessa-rio tardatur tempore aliquo et euacuatur pau-latim clara et quod est subtile. et remanet qd' est grossum et fex quapropter hoc residuum exsiccatur et aduritur ex uehementia calidita-tis que est in istis locis et tandem in lapidem conuertitur. et propter hoc inuenimus in eo qp euacuatur in principio aduentus lapidis i urina grana arenosa quare damus infirmo aliquid ex medicinis frangētibus lapidem et prouocantibus urinam. aut cum natura mo-uetur cum acuitate et expellit humorem agre gatum in his locis. Et hec grana arenosa quā do manent spacio aliquo et uniuntur ad inui cem et adherent aggregatur grossum totū et fex que est in urina cum eo qp pcessit et quo coagulatum est. et fit lapis cui est quantitas magnitudinis. Hoc enim modo arena est cā generationis lapidis sicut etiam ex lapide qui dissoluitur et prouenit arena. Generatur la-pis renum utplurimum in uentre siue conca-uitate renum et quandoqз generatur in ipso corpore renum siue in porris ipsorum. uesi-ce semper generatur in concauitate et fundo. et licet hi lapides renum et uesice conueniāt i causis ut dictum est eo quod quecūqз inueni untur cause unius possunt inueniri cause al-terius uel minus differunt in aliquibus. Vn-de Auic. lapis qui est ex renibus est leuior pa rumper et minus durus et hoc secundū pluri mum. Aliquando tamen dixit Auic. in uesi-ca lapis generatur qui minutim frangitur. s. a rebus cōuenientibus ipsum quod erit. aut quando ppter impotentiam agentis aut indi spositionem materie non fuerit eius facta in-tegra exsiccatio et coagulatio eius. Et est mi-nor in quantitate quoniam ren non est capax tante quantitatis superfluitatis ut uesica. e. la pis renum est magis ad rubedinem declinās quia ren est substantie rubee lap. s uesice est magis declinans ad albedinem sicut et uesi-ce substantia eius alba. differunt etiā ex alio quoniam lapis renū q generatur in substan-tia ipsorum facit dolorem quando incipit ge-nerari qui uero in concauitate renum in sua generatione non causat dolorem sed quando mouetur et dolor tunc sentitur circa regionē renum sed qui fit in uesica non facit dolorem tempore sue generationis nisi quando cōmo-uetur et tunc facit dolorem circa collum uesi ce. In senibus et decrepitis raro generatur la pis in uesica ut uoluit Rasis. x. continentis quāuis habundent hūoribus uiscosis et gros sis propter defectum caloris in uesica eorum et membris uicinis uesice. Sed in ipsis lapis in renibus magis fit cum operationes natu-rales in eis fuerit debilitate et diminute. un-de aquositas in eis in ultima debilitate et indi gestione currit et currit in eis aliqua grossiti-es ex qua lapis alligatur in uentriculis renū eorum defectu enim caliditatis naturalis i eis multiplicātur humores grossi et crudi et quia meatus qui sunt a renibus ad uesicam sunt stricti facti propter frigiditatem complexiōis eorum superfluitates retinētur in renibus et non transit ex eis ad uesicam nisi subtile qua re in eis actione caloris conuertuntur in lapi dem idem serapio et Auic. Auic. lapis in re-nibus habet poxismos et spacium prodicatio nis. habet in tempore diuersitatem que utplu rimum est intra mensem usque ad annum et ideo dicitur utplurimum quia aliquando est plus et aliquando minus. et hec causa sumit ex membri dispositione mandantis et ex di-spositione renis suscipientis materiam ut in tanto tempore congregetur in eo materia et conuertatur in lapidem. Et est lapis renum et uesice ex eis que hereditantur et transit ad fi-lios maxie q continuatus et hituatus eo qp debili tan ppter illud renes et uesica qbus debilitatis semē qū ad hec mēbra debilitatū emittit. A.

## Signa utriusqз lapi

dis sunt sedimen arenosum subsidens in uri na. i. descendens et ab urina separatur. unde hypo. iiii. amphor. quibus in urinis arenosa subsistant his uesica aut renes lithiasim. i. la-pidem habent per ipsorū ad fundū descēsum distinguitur a quibusdam corporibus areno sis que egrediuntur cum urina uehemēter ip si permixta et in partibus superioribus stan-tia aut parietibus urinalis adherentia. que p cedunt ab adustione humorum et proprie in fine febrium. Inspicere itaqз debes urinā cō sueā exire grossam uel turbidā. et si uideris attenuari et clarificari suspicari poteris de la pidis generatiōe et si post hoc senseris dolo-rē in loco renū et ilicorū uel pectinis adde in suspitiōe. et si uideris arenā consuetā expelli retineri tūc iā certificabis generatiōe lapi-dis hoc signū ut in pluribus uerificat nō ta-men semp ut. s. urina grossa precedat lapidis generatiōe cū possit precedere tenuis et lapi dē cū ea gnāri. unde cū materia q ē i renibus uel uesica eēt multū grossa et p grossicie sua nō ualēs penetrare neqз descēdere cū uria re tineretur aut retinetur licet nō multum gros sa aut uirtutis expulsiue debilitate aut me-atuum constrictione in istis casibus uri-na esset tenuis. et tamen lapis iste generatur

ex materia retenta. potest etiam urina tenuis uenire post grossam propter alias causas quã propter retentionem materie grosse et tamen non significat nec lapidis generationẽ ut propter opillationẽ meatuũ urine fiat urina tenuis postq̃ non generabitur lapis ut in retentione menstruorũ propter opillationem sic etiã in egritudinibus splenis et in aliis consimilibus sed cum urina sequitur tenuis post grossam propter retentionẽ grossi et non propter alias causas sequitur lapis. Vrina alba spissa cum arenulis si quotidie attenuatur lapidem confirmari significat. et si postea fiat alba sine ullis arenulis lapidẽ iam significat confirmatum. Signa distinguentia inter lapidẽ renum et uesice sunt arenule uenientes cũ urina et in fundo residentes ad citrinitatẽ uel rubedinẽ tendentes significãt lapidẽ renũ. Vrina nigra sine dolore et sine egritudine significat lapidem renum generãdum et maxime si fuerit in sene rufus. Signa lapidis iam facti est dolor in renibus fixus et inseparabilis. Signa distinguentia quando generatur i substantia renum et quando in uacuitate ipsorũ Gal. vi. epidimiarum tempore generationis lapidis in substantia renum accidit dolor crudelior quã quando generatur in uacuitate et pariter quando lapis mouetur ut descẽdat ad uesicam accidit dolor fortior q̃ quando quiescit. Similiter dolor in partibus uritidum et pectinis significat q lapis ẽ in renibus et maxime quando dolor augetur. quãdo stomacus et intestina sunt repleta in aliis autẽ temporibus inuenitur ac si esset aliquod ponderosum positum in loco renum dolor testiculi et anche illius partis ubi est ren dolens paulus. Vrina tenuis alba cum arenulis rubeis precedente lactea significat lapidem renum. et si adest dolor et grauitas renum et punctura anche et dolore testiculi lateris dolentis et dormitatione pedis et cũ paulatino descensu urine et ardore uirge et sedimine arenoso tendẽte ad citrinitatem et rubedinem. Signa distinguentia inter lapidem renum pendente a caliditate ab eo qui est a frigiditate sunt calor pũgitiuus et acutus. unde sequitur stranguria et urina intensa ruffa uel subruffa aliquãdo cũ guttis sanguinis et arenis rubeis uel subrubeis uel nigris et utplurimum adest fe. effimera et sũt ad uenerem pmptiores. Patiẽtes cum frigiditate renum sentiunt in loco collectionis lapidis frigus et pondus et aggrauationem et urina quandoq̃ est tenuis et quãdoq̃ pinguis turbida et arene sunt subalbide liuide uel cineritie. Signa motus lapidis uersus inferiora sũt grauitas doloris et uehemẽtia et descẽsio doloris ex alcharin usq̃ ad uirgam et ad emunctoria et tunc iam peruenit ad meatum quo ingreditur uesicam et non peruenerit in uesica usq̃ sedatur dolor. Signa lapidis uesice sũt urina alba subtilis arenosa cũ ipsam precesserit urina grossa turbida cuius sedimẽ quod in ea subsistat est album uel tendens ad albedinem et hoc ut in pluribus ẽ uerum eo quod aliquando urina est grosse ypostasis et mucilaginose quando ipsum mucilaginosum non conuertitur in augmentũ lapidis et non erit opillatio in collo uesice uerũ tamen ut plurimum est subtilis et hoc ideo q ut plurimum collum in his patientibus ẽ opilatum ab ipsa materia uel ab eo quod iam factum est ab ipso lapide. unde urina quasi distillando egreditur et proprie in principio quando retinetur materia feculenta que in lapidẽ conuertitur aut quando lapis est paruus quoniam magis opillat quã quando est magnus ut dicit Auic. Nam magisq̃ ingreditur collum uesice et magis in eo figitur magnus ab eo remouetur uelociter. Secundum signum est postq̃ miserint appetunt mingere quia uesica excitatur ad expellendum lapidem in ea contentum quasi laborando transmittere cũ urina multa et forsan post mictum miget iterum et accidit aliqualiter urine difficultas aut propterea q lapis non ex toto opillat meatum uesice aut quia uesica nimis urina plena ad hoc ut ipsam expellat indiget compressione et ideo dixit Rasis quandoq̃ est retentio urine et aliquando difficultas. et aliquando uenit cũ a renositate exeunte a uesica hypo. habens partes furfureas que exeunt a uesica propter abrasionẽ in ea factam a lapide abstergẽte et abradente et ob id contingit aliquando ut incurrat sanguinẽ quando lapis fuerit lõgus et ramosus aut magnus asper ex paruo autẽ et applanato non mingit sanguinẽ. Dolor in lapide uesice est maior q̃ in lapide renũ. quoniã lapis uesice tenetur in spacio magno respectu lapidis renũ ideo nõ excitat dolorẽ nisi quando retinet̃ urina quoniã ingredit̃ meatũ uirge et ipsa urina sua quãtitate extendẽdo uesicã soluit cõtinuũ. et quãdo mouet̃ patiẽs dolor auget̃ quãdo qescit minorat̃. Et pruritus et uer dolor i uirga et i radice eius et i pectine cõitate uirge ad uesicã. Exitus urine post eius difficultatẽ p intromissionẽ siringe i uirga est signũ efficax. Patiẽtes lapidem uesice quãdo mingũt cogũt̃ assellare cum dolore pp colligãtiã et cõpassionẽ colli uesice cũ itestino recto. sciẽdũ ẽ q multotiẽs gnãt̃ lapis i uesica sed

descendit a renibus ad uesicam . et non ex/pulsus ab ea neque missus remanet ibi deinde magnificatur cuius signū est quod precessit dolor in renibus et inflamatio postea sedatus est. et postea sequuntur signa lapidis uesice q prius non erant . Signum cōfirmans lapidē esse in uesica est inuentio lapidis per sensum tactus: nam quando lapis continetur in collo uesice quandoque reperitur per tactum factum externus in loco colli uesice. s. inter anum et bursam testiculorum cum aliquali compressi one . Et similiter reperitur qui est in canna uirge inquirendo eum cum compressione fa cta super eam sed quando fuerit i cōcauitate uesice oportet ut inquiratur digito intromis/so in anum infirmi et modus ē ut iaceat infir mus resupinus deinde inungatur digitus in dex si fuerit puer uel paruus aut digitus me/dius si fuerit iuuenis uel magnus oleo uel bu tiro uel aliquo ceroto siue mucilagine et intro mittatur in anum infirmi et impellat intesti num uersus uesicā. et tūc diligenter inquirat de lapide et an sit unus uel plures et si sic iue nerit eū expellat cū digito intestinū uersus collū uesice donec eminētia in loco illo exte/rius appareat et tūc tangat cū manu alia emi/nentiā illā ut mediante tactu digiti interioris et manus exterioris certificet de lapide an sit aut non hāc inquisitionē debet precedere cli/stere lenitiuū ut totā egestionē expellat.

# Regimen huius egri

tudinis est duplex quoddam preseruatiuū ne lapis generet aliud curatiuū quod debet cū iam lapis est genitus. Volēs igit se preserua re cauere debet ab his que hic describentur et cū hoc uti his que utilia ponent.

# Caueat igitur ab aere

calido et a mora ad ignē et equitare uel ambu lare uel stare sub sole sic quod radiis solis uel ig nis post tergū renibus pectini aut anchis ue/niat debet insup cauere calefacere ea loca pel libus uitet etiā aerē multe frigiditatis et exer citium per loca uehemēter frigida . Sed pro posse inhabitet aerē tēpatū in actiuis et pas siuis aut ad frigiditatē aliqualiter declinantē Nocet autē irasci furore tristari confert leta/ri bene sperare et fidere . Multa quies nocet sed magis motus multus et exercitiū laborio sum. et proprie quādo in tali motu et exerci/tio fatigant renes alchatin et pectē et circum stātia membra. Vitet insup exercitiū in quo incurruent renes sicut accidit i scribēdo quā/do aliqs multū inclinat aut studēdo nocet et lōgo tēpore stare saltare uehi in curru et equi re licet motus cōueniat in cura lapidis renum quoniam iuuat ad descensum eius ad inferio ra nocet etiam in preseruatione faciendo de/scendere materias ad partem renum et uesice caueat preterea a corrigia lata quando cū ea uehementer stringitur . Conuenit exercitiū temperatum stomaco ieiuno et fricationes tē/perate ut dixit Auicē. ipsarum extremitatum et postea facte in dorso et renibus deinde mo derationes fiant in pectore et toto mirach. Abstineat a somno super dorso et precipue i culcidra de plumis nocet somnus nimis pro lixus sed non minus uigilie nimie conuenit somnus septē aut octo horarum non amplius octo. neque minus sex. sit de nocte et nō de die nisi adsit ex longa consuetudine sitque sup al/tero laterum uel supra uentrē corpore conue nienter pānis tecto et capite debite eleuato. Ex cibis et potibus phibeatur panis azimus non debite coctus et caueatur a cibis ex lacte factis et a caseo recenti uitande sunt lentes fa be rizum frumentū et omnia grana legumi/num et panis siliginis et omnis caro grossa uiscosa difficilis digestionis sicut caro bouis yrci caprarum agnorum nōdum animalium porcorū aprorū leporū quis caro leporis cō/ueniat in frangendo lapidem. Et caro auium longorum collorum precipue in aquis degen tium et uitari debet comestio omnium interi/orum membrorū animalium sicut sunt. cere brum lingua pulmo cor uenter epar splen in testina renes testiculi. exceptis epatibus pul/lorum et gallinarum pinguium et testiculis gallorum coire incipientium. Dimittant oua cocta dura et frixa et deteriora sunt si habent casei permixtionē et ouorum albumē malū. Abstinendū est a piscibus grossis uiscosis du re carnis laconalibus et in malis aquis uiuē/tibus sicut anguille tenche gambari cancri te studines aquatice et conchilia. et fructus diffi cilis digestionis sicut mala persica immatura caro citri et omnis fructus grossi chimi et sti tici mali sunt ut castanee citonia pira nespila sorba et similes. Expedit omnia a crumina ui tare sicut cepe alea. et reliqua uitanda sūt ole/ra intense caliditatis et radices multe prouo/cationis sicut que sunt apii sparagi et petrosi li uitentur insuper fungi. et cibaria omnia pa/rata in gelatina uel cum mirto uel uerbena et omnes sapores qui fiunt cum stiticis sicut a/gresta uini granatorum et cum zenze. et pi/pere. et similibus spēbus calidis expedit uita re uina grossa tbida musta noua et uina mul te nigredinis et potentia . Et omnes aquas

turbidas limosas et feculētas. Cōuenit panis ex farina a qua furfur non sit ex toto excussus: nā hic melior est q̄ ex simula.i. ex flore farine fit bene formentatus debite coctus et a cortice mundus. habētibus complexionem calidā concedi potest panis ex farina ex spelte conceduntur caro fasianorū perdicum conturnicum pullorū et pullarū caponum et gallinarum et columborū uolare incipientiū turdorum illaudarū yrundinum caude tremule et aliarum auicularū paruarum caro edorū lactantium et lactantis uitule agnorum animalium castratorum iuuenum et caro caprioli et precipue lactantis uitelli ouorum sorbiles et pisces recētes parui scamosi ex aquis bonis currentibus. Ex fructibus conceduntur amigdale dulces et amare fistici pinee lote passule et nucleate capares cōdite in aceto oliue i aqua dulcorate in principio mense conceduntur cerasa dulcia aliqua mora. pruna bene matura uue albe bene mature ficus recentes persica matura nuclei persicorū et crisomalorū et cerasorum medule uel his qui habent complexionem calidā conceduntur citrulli cucumeres cocurbite melones. et precipue medulla seminū ipsorū. Ex oleribus conueniunt blita spinacia atriplex borrago feniculus lactuca cicorea teneritas lupullorū et sparagorū et conceduntur baucia pastinaca rapa radix feniculi. et similia his interdū quia semel aut bis i mēse cōceduntur radix apii petrosilii et sparagi et brodium cicerum nigrorū. Cōcedi etiam possunt salsamentū ex foliis petrosili cū aceto parue acetositatis addito modico cimino et succus granatorum dulcium uel muzorū cū modico cinamomi cum cibariis suis cōceduntur huiusmodi species. Recipe cinamomi electi. ʒ.sem. macis galange croci cardemomi. anna. ʒ.i.sem. feniculi. ʒ.ii. Et predicti cibi conceduntur assi et ellisi uinum bibat album clarum debile permixtum cū aqua bona clarissima fontiū uel cisternorū et meliorē sublimata uel decocta conceduntur aliquando ut puta ter aut bis in mēse uina alba subtilia clara potentia ut uinum maltaticum et ribola. Confert tenere uentrem leuem ut humores grossi ad latus fecis declinent et descendant. ita ut non retineantur et coartent uias renum q̄ si natura non esset obediēs fiat clistere ex decoctione feniculi blite apii peritarie de qua sumantur. ʒ.xvi. quibus addantur cassie. ʒ.i. benedicte. ʒ.sem. olei camomellini. ʒ.iii. salis. ʒ.ii. et stomaco ieiuno imponatur. Surgat a mensa semper famelicus cibum diligenter masticet et omni die curet ut digestio bona fiat. Coitus est uitandus et precipue supra cibum et maxime frequenter.

## Preseruatio a lapide.

Per prohibitionē generationis materie lapidis fit per obseruationem dicti regiminis supra scripti q̄ si per deriuationem ab ipso regimine uel propter aliam causam materia in corpore generaretur tunc insurgit preseruatio per ipsam potionem in qua due sunt generales intentiones quarū una respicit causam materialē mundificando eam et deriuando a loco renū et uesice ad alias partes. Secūda respicit causam agentem et coadiuuantē uel cōseruantem remittendo et equando ipsam. et mundificatio aut respicit causam antecedentem in corpore toto existentem aut contentā in renibus uel uesica prohibendo ne in ipsis retineatur quoniam quando non retinet non potest agens eam in lapidem mutare. Mundificatio fit aut per flobotomiā aut medicinā uētris solutiuam. Si igitur medico presenti apparuerit q̄ in uenis.d.v. sit sanguis grossus multus fiat flobotomia de saphena per quam extrahantur. ʒ.iiii. sanguis. unde Rasis.x. continentis. qui habuerit in uenis suis sanguinem grossum et multum minue eum de uena interiori genu et saphenam. Euacuationē per farmacum debet precedere digestio materie cum re subtiliante non intense caliditatis in dispositione calida cuiusmodi est.d.v. conuenit iste syrupus. Recipe quatuor seminum cōium frigidorum. ʒ.iiii. se. malue. ʒ.ii. se. alchachengi. ʒ.i. capillorum ueneris retentium lupulorum anna.m. sem. cicoree indiuie scariole apii feni. anna.m.i. liquiricie. ʒ.iii. Radicum petrosilii et asparagi anna. ʒ.i. decoquantur omnia in lib.iii. aque usq̄ ad consumptionē medietatis. Postea coletur et cum lib.i. zucari albi fiat syru. et acetosetur cum. ʒ.ii. aceti uini albi et aromatizetur cum spica dosis. ʒ.ii. cum. ʒ.ii. aque sem. cōium et. ʒ.i. aque endiuie. Digesta materia fiat euacuatio cum farmaco non habente caliditatem fortem ut dixit serapio. et de leuibus est cassia fistula si est preparata. Recipe cassiefis. nouiter extracte. ʒ.x. dissoluatur cum aqua decoctionis liquiricie et capillorum ueneris et totum calidum per horam ante diem exhibeat et super ipsam non dormiat et stet ieiuna quinq̄ horas post ipsius assumptionē in fine quarū cōcedat et nō sumat aliq̄d lauatiuū ad idem ualet cassia dissoluta. cū sero caprino et eodē mō sumpta q̄ si medicina uellet fortiore sumat hāc. Recipe cassiefist. nouiter extracte. ʒ.vi.

reubarbari. ʒ.i.sem. spice. ℈.i. reubarbarū i fundatur in aqua endiuie per sex horas et cassia dissoluatur cum sero caprino aut cū aqua decoctionis liquiricie et capillorum ueneris et inde addatur expressio reubarbari et totum calidum accipiatur ut dictum ē de medicamine imediate suprascripto. Si cum colera flegma esset mixtum fiat medicina talis. Recipe cassie nouiter extracte. ʒ.vi. reubarbari agarici anna. ʒ.i. reubarbarum infundatur in aqua endiuie cum. ℈.i. spicis agaricus infundatur in oximelle simplici et stet in fusione p sex horas cassia dissoluatur cum aqua decoctionis liquiritie semis malue et capillorum ueneris postea eidē addantur reubarbari et agarici expressiones et fiat potus. hunc potū duobus prioribus efficatiorē sumat modo et ordine qui dictus est de cassia. Diuertatur materia uomitu nam ipsa est thesaurus in preseruatione fiat igitur uomitus post cibū aut ante cibum cum rebus faciliter uomitū prouocantibus sicut cum decoctione semis atripli cis aut raphani cum semine suo et similibus. et hic uomitus fiat semel in ebdomada ad minus et ad amplius bis. Diuertuntur etiā materia ad uiam intestinorum sicut cum clistere et similibus. Mundificantia autem renes et uesicam a materia in eis contentā et a prohibitione retentionis eius in ēis ut non habeat agens tempus in ipsam sufficiēs ad hoc ut ipsam conuertatur in lapidem fiāt cū diureticis materiā ipsam educentibus horum diureticorum quedā sunt debilia et quedam fortia usus debilibus potest esse usus quotidie sed fortium non nisi bis aut semel in ebdomada et hoc quando debilia nō sufficerint ꝙ cognoscitur quando materia multiplicatur quā urina ostendit. De debilibus diureticis sunt semina melonum cum zucaro dosis seminū ē eodem medium et cū. ʒ.i. zucari. Et in tempore calido renibus calidis multum existentibus infundantur semina per triduū in aqua calida et postea exsiccentur in umbra. Et fortius est semen citrulli. consimili modo sumpti stomaco ieiuno et inde differat cibum per. iii. horas. et efficatius est medicamen istud. Recipe semis alchachengi. ʒ.i. sem. malue. ʒ.iii. buliāt in. ℥.x. aque usqꝫ ad cōsumptionē medietatis postea colet' decolatura accipiātur. ℥.iiii. cuibus addant' zucari albi. ʒ.ii. et calidū stomaco ieiuno accipiat' hoc medicamē prioribus fortius sufficit sumere bis aut ter in mēse. Valet ad extra fricare ungēdo locum uesice et regionē renū cū oleo uiolato. Nā talis untio caliditatē illorū membrorum remittit. unde prohibetur caliditas agens ad lapidis generationem.

## Cura per potionem.

Lapidis tribus perficitur instrumētis. s. dieta potione et cirurgia. De cirurgia nihil ad p̄sens dicet'. Dieta consistit in euitatione aeris frigidi et omīs actualis rei frigide siue intus administret' siue ad extra assistat semp actualis caliditas uel artificialis oēs cibi et potus et medicine calide porrigant'. Gaudere bene cōfidere multū ualet sicut nocet tristari irasci diffidere cōfert ante cibū exercitiū si fieri potest et loco ipsius fiāt fricationes extremitatū et postea dorsi et uētris post exercitiū aut fricatiōes intrēt balneū tempati caloris i quo infrascripte herbe buliāt. Recipe florū camomille mellilott malue samsuci altee capillorū ueneris apii feniculi oīm anna. m. ii. sem. lini fenugreci anna lib. ii. incidant' minutim herbe et reliqua pistent' et buliāt insufficienti q̄titate aq̄ usqꝫ ad. iii. ptis cōsumptionē p p̄dicto balneo. Cū egressus fuerit a balneo exhibeat' semē melonū cucurbite citrulorū mūdatorū anna. ʒ.i. sem. feniculi ptem se. terre diligentissime cū syrupo acetoso et exhibeatur ungant' loca renū uel alterius loci cum oleo anetino aut de lilio fricet' alchatin fricatione ad posteriora decēdente et equitet uel nō suauiter descēdat sicut p scalas ad hoc ut lapis a locō suo moueat' et uersus inferiora descendat si ipm in renibus senserit. Sint eius cibi multi nutrimēti ut nō deficiat uirtus et pauce q̄titatis ut nō grauēt et cōprimāt renes et cū ipsis amisceamus aliqd de abstergentibus et urinā puocātibus sicut seni endiuia teneritas spagorū capita cardi et similes. carnes cōuenientes sūt sicut de auibus i domibus degentibus ut pulli gallinarū caponū quādo dissoluunt' in sua decoctiōe et cōturnicis et auium mōtanarū q̄ nō sunt multe pinguedinis quoniā nō sunt multe caliditatis et penetrāt et nō indurāt quoniā nō calefaciūt ut dixit serapio apꝓprietate conueniūt carnes leporis quoniā frāgit lapidē et caro yrūdinis Rasis. x. cōninētis et caro ericii uinū sit albū clarū qd' tpe infestationis doloris infert' cū aqua decoctiōis diureticorū ut cū aqua emulsionis seminū cōmuniū frigidorū aut' cū emulsiōe nucleorū pisicorū uel ceresorū uel aqua capillorū ueneris et tūc cōueniūt capares cōditi oliue prepare.. Dicūt quidā sicut dolor incipit et urine difficultas et uētris cōstipatio fiat clistere linitiuū et doloris mitigatiuū ex musciigilantibus fenu greci semis lini altee cū decoctione malue

bis malue mercurialis blitis brãca ursina et similium et cum oleo camomillino et aneino et pinguedinis anatis anseris et galline. Eiecto clisteri concã ingrediatur aque dulcis decoctionis camomille pentarie mellilon apii petrosili fenu greci seminis lini altee foliorum lauri sit caliditatis temperate ut in eo cum delectatione possit moram trahere. In exitu a balneo sumat de diureticis temperatis precipue de uino albo decoctionis gũme ceresorũ et fiat inunctio circa dolentia loca. cum oleo de scorpionibus camomillino liliaco et aneino cum pinguidinibus multocies consueuit cum his lenibus ungere cum non curaẽ trãseundum est ad alia que nunc dicuntur simplicia et composita.

# Alius modus curatio

nis. Per potionem tam lapidis renum q̃ uesice tribus complectur intẽtionibus quarũ una conuertitur ad causam materialem et antecedentem in toto corpore et in membris uicinis renibus et uesice. Et ad causam conseruantẽ aut efficientem et hoc complectur ut dictum ẽ in cura preseruationis a generatione lapidis Secunda uertitur ad ipsum lapidem. Tertia uertit̃ ad egritudines lapidis complicatas. Intentio que est ad lapidem ipsum duplex ẽ quarum una est ad lapidem eradica dum de loco suo et deponendo ipsum ad extra corpus ad quam intentionem due alie adiuuant. s. uiarũ et ductuũ apertio et linificatio superficiei ipsorum ductuũ et ipsius lapidis ut faciliter descendat et educatur. Secunda est ad comminuendum lapidẽ et ipsum in frustra frangendum et in arenas deducendum ipsum ut facilius eradicetur de loco suo et eradicatus facilius transeat per meatus eductionis ipsius. Intentio sola erradicationis quãdoq̧ sola sufficit in lapide paruo uel molli non ramoso. et secunda est necessaria quando non ualet. Prima. s. lapidis comminutio et precipue cum lapis fuerit magnus ramosus uel durus. Et tertia intentio diuersificatur secundum egritudines que cum lapide coniunguntur et secũdũ diuersitatem accidentium. Medicinarum quibus adimpletur intentio secunda que operãtur in lapidem. Quedam operantur cum qualitate ipsarum et quedam cum proprietate earum nõnulle utroq̧ modo. Et harum medicinarum quedam sunt debiles quedam fortes et quedam mediocris. Et fortium quedam uehementis uirtutis ad lapidem renum. Sed debiles ad lapidem uesice et quedam operantur in utroq̧ sed uehementer in lapidem renum et debiliter in lapidem uesice quedam que uẽhementer in utroq̧ operãtur. exemplum primi ut lapis iudaicus. Exemplum secundi ut Exemplum tertii ut auis q̃ dicitur cauda tremula et cinis scorpionum. Ex q̃bus patet q̧ omnis medicina que frangit lapidem uesice frangit lapidem renum sed non econtra. de his omnibus sermo infra erit. Et stante igitur dolore incipiendum est a clisterio per quod impletur pars prime intentiõis que secundũ secũde intentioni que ẽ ad lapidem. nam tale clistere dolorem sedat laxat uẽtrem uiscera mollificando ad emittendum lapidem ualde iuuat sed non debet esse quantitatis magne ne sua quantitate magna comprimat renes et dolorem augeat fiat hoc modo. Recipe radicum altee maluarum uiolarũ furfuris ana. m. i. sebesten numero. xii. fenu greci. ʒ. ii. fiat decoctio in libras quatuor aq̃ quousq̧ redeat ad lib. i. sem. postea coletur et colature addantur cassie. ʒ. i. sem. pinguedis recentis galline. ʒ. sem. olei cõis. ʒ. iii. salis triti. ℥. ii. et calidum stomaco ieiuno suppoñatur. Et quia tales diuerse sũt place ex multis aliquas eligere. Ex herbis sũt capillus ueneris absinthium camepitheos pulegiũ abrotanum apiũ siluestre pentaria pentafilon asparagi scolopendrie berbena bretonica creta marini folia rafani camomilla carduus. ex quacunq̧ ipsarum herbarum potest fieri decoctõ in uino albo ubi nõ adsit febris neq̧ renum et epatis caliditas uehemens aut in aqua ubi hoc afforent dosis decoctionis ẽ ab. ʒ. i. usq̧ ad. iiii. uel possunt sublimari et ipsorũ aque consimili dosi accepi aut ex eis exsiccatis in umbra puluis fiat cuius dosis a. ℥. i. usq̧ ad. ii. cum uino albo uel extrahas succum a quacũq̧ harum uolueris et administrabis ab uncia una usq̧ ad duas. Ex his omnibus potiores sunt succus foliorum rafani et cardi comestibilis et sparagi leuiter cocti manducantur ex radicibus laudantur infrascripta. Radix pentafilonis rubi thimi citrulli costi capari yringi corticis radicis lauri radix saxifragie ciperi apii graminis feniculi precipue siluestris asparagi rafani teneri altee acori storde on squilla cardi. De qua uis harum potest in uino uel aqua decoctione fieri possunt etiam sublimari precipue radix cardi que inter ceteras multum laudatur. et dosis tam decoctiõis q̃ aqua est ab. ʒ. ii. usq̧ ad quatuor ualet. etiã ipsarum succus datus in potu cum uino subtili aut fiat puluis qui cum uino subtili detur. Et inter ceteres pulueres laudatur puluis corticis radicis lauri radicis costi radicis saxifra

gie yringi acori dosis est.m.sem.usq ad unã ex feminibus laudantur super omnia cicera nigra ex quibus fit decoctio et exhibetur. itẽ pulu is seminis cardi conuenit ac seminis mal/ue carui dauci nigelle semẽ porri nigella mi lium solis semẽ aspagi ciperi anisi rafani car demomi alchachengi feniculi citrulli cucume ris melonis cocurbite ex pulueribus istorum fit decoctio cuius dosis est ab. ʒ.ii.usq ad. iiii. potest tamen ex aliquibus fieri puluis ut de semine malue cardemomi anisi feniculo ci peri milii solis aspagi et talis puluis exhibea tur cum decoctione cicerum rubeorum seu a qua mellis dosis sit a. ℥.sem.usq ad.℥.i.se. ex fructibus conueniũt medulle ossium cere sorum silusstrium. Ex quibus subtilissime cõ tritis fiat lac cuius dantur.iiii.ʒ. stomaco ie/iuno conueniunt oliue cum aqua et sale con/dite melones fistici ac pinee et amigdale ama re cum rob subtilissime terãtur et ieiuno sto/maco potui dantur dosis.ʒ.iii. puluis baca/rum lauri ficus comeste nuclei persicorũ de quibus abiecto cortice exteriori sumant.vi. aut octo per duas horas ante cibum uel confi ciantur cum zucaro et eodem modo sumunt ex foliis et lignis seu corticibus arborum ua lent folia amigdolarum amararum quocũq modo dederis siue in decoctione siue in pul/uere. Decoctio quoq foliorum rubri multũ confert profu it cassia lignea ligni aloes lig/num balsami lachrima uitis que guttatim ca dit quando abscinditur uitis de mense Mar/tii.ex gũmis ualet gũmi uitis gumi cerasorũ prunorum amigdolarũ pini serapinum bdel lium iste gume debe it cum uino dissolui aut in puluerem redigi et stomaco ieiuno debent potui dari ex oleis conuenit balsamus cuius dosis est gutte.iiii.cum uino subtili olium in super de sauina de pipibus amigdolarũ ama rarũ oleum benedictum oleum de scorpioni/bus oleum de granis citri cerasorum conue/nit ex quibus ab extra fiat inunctio aut cũ ali quo istorum per siringam iniectio. Ex mine/ralibus cõueni nt lapis lincis lapis iudaicus lapis renum seu qui ab humana uesica per in cisionem extrahitur uitrum lapis spongie la pis ematithes corali lapis inuentus in epate apri lapis inuentus in capite limacie. et q re periuntur in uentribus gallorum hi lapides debent subtilissime terri aliqui remoliunt ip sos super cote fricando et exhibentur cũ bro dio cicerum rubeorũ uel cum uino albo sub tili: aut cum aqua mellis dosis ipsorũ uariat nam lapidis lincis spongie et iudaici dosis a. ℈.i.usq ad.ii.aliorum uero a.℥.sem. usq ad unam.ex animalibus que infrascripta sũt laudantur plurimũ a ueteribus nostris cinis seu puluis uesice apri cum sua urina desicca te cinis testarum cocleè ac etiam totus coclee puluis yecoris yrci sanguis yrci puluis pelli cule uentris galli. et stercoris columborũ et gallorum et turturis hec stercora debent sub tilissime pulnerizari et cum aqua mellis exhi beri. Conueniunt etiam infrascriptorũ om nium cinerũ ut cicade pullorum yrundinum laudatur quoq cinis scarabeorum cinis scor pionum criti cum suis spinis lumbricorum terrestriũ teste oui a quo pullus egressus est. aincule parue que apud nos dicitur canda tre mula horum nãq quodcũq uolueris in olla noua pane extracto de furno ad exsiccãdum pone i quo tamdiu stare debet quod possit cõ mode puluerizari: sed cauẽdum est ne tantũ exsiccetur q fiat carbo passaris comesti atq turturis decoctio iuuant potus urine capre at q apri conuenit et hec dari debent cum uino albo non dulci multa plura sunt que huic pas sioni ualent que postposui cum ista habunde sufficiant.cum inter simplicia supe ius no ta quedam sint a ueteribus modo miro ce.e/brata quorum unum est sanguis yrci qui pro pter sui excellentiam manus dei a nonnullis appellatur ipse sic preparari debet. Accipieda est olla noua diligenter uitreata que tamen lauanda est q odorem terrestatis amittat deinde de tẽpore quo colorari incipit uua yrcus quat tuor annorum uel circa per mensem unũ nu/tritus herba feniculi saxifragie pentafilonis hedere foliis rubi et similium et potatus ui/no albo iuguletur cuius primus et ultimus san guis abiiciatur medius uero in dicta olla re/ponẽdus est in qua tamdiu maneat q coagu letur deinde per frusta ad castanee quantita/tem diuidendus est postea super panno lineo frusta reponantur et alio cooperiantur subti lissimo panno ne puluis sanguinem attingat sub diuo suspendatur ita tamen ne ros ad ipi sum perueniat a lateribus tamen discopertus sit super ipso pulurizetur aliquid folii indi et amomi et tamdiu permaneat q possit pul/uerizari demum in piside optime clausa recõ datur Dosis est pulueris eius a.℈.i. usq ad ℥.i.cum uino dulci subtili aut aqua apii mon tani. Aliud simplex q ueteres singularissi/me reputant est uitrum q sic preparari debet. Accipe uitrum cristallinum et quantum pot subtilissime teratur deinde i cocleari ferreo po/ne et super carbones igneos mitte et cum ru/beum fuerit proiice ipsum in aqua fabarũ et calcinatum accipiendũ est non calcinatũ ite/

rum ad ignem ponatur et ut prius fiat et toti/ens reiteratur quousq ad athomorū similitu/dinem teri possit huius pulueris cum aqua mellis aut alio diuretico dabis a. ʒ. sem. usq ad unam. Leporis puluis mirabiliter cōmen datur qui sic fit iugiletur lepus et sanguinem eius in pelle sua recunde et pellem ipsam cū suo sanguine tamdiu exsiccari in furno pmit te ꝙ puluis fieri possit dosis est cū aqua mel/lis aut apii montani uel cū uino subtili a. ʒ. sem. usq. i. sem. laudat Auic. aquam leporis pro qua aliqui intelligunt aquā sublimatiōis leporis alii aquā ipsius in duplici uase factā ꝙ si pe misceretur quando decoquitur puluis milii solis et saxifragie esset nobilioris uirtu tis. Est insuper iniunctura poplitis posterio/rum pedū leporis ossiculū quoddā cuius pul uis cū optio uino potatus calculū frāgit pul/uis pullorū arundinis qui habet mirabilis ī frangendo lapidē hoc mō fit. Accipe pullos yrundinis uolare incipientes et cum suis plu mis in olla munda ponant in furno pane ex/tracto stet ibi tamdiu donec desiccetur ut pul uerizari possit sed nō adurentur ut in cinerē conuertant istius pulueris dosis ē a. ʒ. sem. usq ad unā cū aqua capillorū ueneris aut a/pii uel sparagorū uel cū aliquo simili diureti co. Columborū stercus sic prepatur. Recipe stercoris palumborū qui sint nutriti per ali/quos dies semine lini uel cū pane cōfecto cū semine lini quantitatē quā uolueris et p diem cū nocte sua infundatur in aceto et deinde ex sicc tur ut puluis fiat de quo cum cinamomo equis ptibus dabis. ʒ. ii. cū syrupo de duabꝰ radicibus. s. apii et feniculi. Est preterea auis quā cauda tremula uocāt cuius ppriet as mi/rabilis est ad lapidē tam uesice q̄ renū p om/nem modū administratiōis eius tamen meli/or usus est in puluere ꝙ sic fit accipiat auis ī tegra et ponatur in furno calido in olla mun da et tamdiu ibi maneat ꝙ possit puluerizari et caue ne incineretur de hoc puluere sumat. ʒ. i. cum medio. ℈. piperis et tantundē folii indi cū aliquo diuretico. Valet multū puluis testarum ouorū a quibus pulli sint extracti. Accipiantur testa ouorū et ponant sup lami neam ferreā donec optime exsiccent. deinde pistentur subtilissime dosis est a. ʒ. sem. usq ad. i. sem. cū aliquo diuretico. multa preterea alia sunt que ad hanc egritudinē proprietatē habent. sed subscripta inter cetera sunt melio ra.

## Ex compositis medi

cinis plures sunt quarū precipue sūt mitrida tum triaca de quouis corū sumit. ʒ. i. et iusti num adrianū filantropos litrontopon de his detur. a. ʒ. i. usq a. ʒ. i. sem. cū aliquo diure tico. electuariū preseruans a generatione lapi dum et generatū frangēs. Recipe milii solis saxifragie semis spagi liquiricie cassie ligne anna. ʒ. sem. cinamomi xilobalsami seis ani si et feniculi macedonici anna. ℈. i. cōficit cū zucaro et fiat electuariū dosis. ℥. sem. cū ℥. iiii. aque semis cōmuniū frigidarū aliud me dicamē quod a theodosio ponitur. Recipe se mis melonis mundi. ʒ. i. ciceris impatoris al chachengi granorū pini bdelii arabici amig/dolarū amarū semis maluiuisci anna. ʒ. sem. distempentur cū aqua capillorū ueneris det Syr. cōueniēs ad lapidē. Recipe succi radicū raffani succi saxifragie anna. ℥. viii. depuren tur per residentiā. deinde ponant ad ignē cū quantitate sufficienti zucari albi et decoquat usq ad complementū dosis est. ℥. ii. sem. cum tantūdem aque sublimationis uerbene ualet hec precipue in lapide renū. Sirupus ualens ad lapidē renū et uesice. Recipe uiolarū capil lorum ueneris scolopēdrie uerbene bretoni/ce peritarie florū camomille seis malue et a/lthee anna. m. i. milii solis amomi semis citri semis sparagi et brusci et apii et petrosilini se niculi anisi ameos dauci sileris montani saxi fragie ozimi anna. ℥. i. fenule acori radicum quinq cōium anna. ℥. i. polipodii. ℥. ii. assa/ri squinanti corticū caparū radicū costi genti ane folii spice celtice anna. ʒ. ii. ciperi. ℥. se. piperis zenze. cinamomi spice anna. ʒ. i. tri turentur modo grosso que trituranda sunt et radices incidantur et infundant in aquis sub limationis camedreos saxifragie uerbene et peritarie anna lib. ii. et dimittant per diem et noctē suam postea igne lento decoquant do/nec medietas cōsumetur et tunc ab igne depo natur et cū infrigidari inceperit in ipsa deco ctione manibus fricentur et colentur. et cum lib. iii. zucari albi et. ℥. sit. aceti squilitici fiat syrupus clarificatus in quo circa finem deco ctionis ponantur. ʒ. vi. pulueris cantaridarū remotis capitibus alis et pedibus et. ʒ. vi. pul ueris cicadarum eodem modo preparatū li/gati in petia rara que sepius exprimatur do/sis. ℥. ii. cum aque uerbene camedreos saxi/fragie anna. ℥. i. Morbo inuadente sic pceda tur pro ipsius cura premittantur primo cliste ria linitiua que feces educunt nihil enim do/lorem renum ex lapide magis auget quā intesti norum repletio precipue ex fecibus. Si uero nauseauerit ad uomendū prorsus iuuetur. ē enim utilis uomitus in casu isto quē cū aqua

cõmuni et aceto uel aqua decoctionis rafani
et florum aneti cum pauco aceto uel cum oxi
melle simplici et aqua ꝓuocabis et precipue
si ad uomendum facilis erit nec aliud habeat
quod uomitum prohibeat clistere sit tale Reci
pe foliorum uiolarum altee anna.m.i. ficuũ
pinguium numero octo sebesten numero.x.
furfuris.m.i.fiat decoctio de qua colatꝰa acci
piatur.℥.x.quibus addãtur cassie.℥.i. sem.
pinguedinis galline recentis.℥.sem.olei cõ-
munis.℥.iiii.salis triti.ʒ.ii.calidum suppo-
natur huiusmodi clisteria dolorem sedãt uen
trem laxant et uiscera mollificando ad emitẽ
dum lapidem iuuant.et in hoc adimpletur ꝑs
prime intentionis que seruit intentioni secũ-
de que est ad lapidem. Iussit etiam Auice. Si
comode fieri potest cũ suppositorio feces edu
ci.nec ut quidam ignari agendũ qui ad egros
uocati quãprimum electuarium indũ uel si-
mile aliquid exhibẽt cum uino maluatico uel
cum aliquo forti diuretico. Vnde Auic.xiii.
tertii. Et in linificatione quidem nature ẽ al-
leuiatio plurima et sedatio doloris et non est
semita ad administrandũ catarticum ipsũ.n.
ledit et nocet per id quod descendere facit de
super clistere enim cum in eo ponuntur adi-
pes et unctuosa et uirtutes mollificãtes et uir
tutes diuretice facit cum solutione uentris le
nitatem et frangit dolorem et adiuuat ad ex-
tractionem lapidis.fit clistere quod admistra
tur quantitatis parue ne sua quantitate dilatã
do intestina cohartet uias renum et cõprimat
lapidem et fit causa uehementis doloris. un-
de si comode educi feces possent cum suppo-
sitorio conueniret propter causam supra dic-
tam.unde Auic. Et si fuerit aliqua constrictõ
nature tunc de rectioribus rebus erit extra-
here facto suppositorio aut clisteri non mag-
no quod coartet et dolorem faciat imo suppo
sitorium amabilius est mihi. Potest etiam lo
co primi clisteris istud fieri. Recipe radicum
altee libram sem.maluarum florũ camomille
fenugreci paritarie anna.m.i. furfuris.p.i.
fiat decoctio de qua colatura accipiatꝰ.℥.x.qᵢ
bus addãtur cassie.℥.i.sem.olei de camomil
la.℥.iii.salis.ʒ ii.et admistretꝰ.et si post exi
tum stercoris et mundificationẽ ardor et acu-
men affuerit ut aliquãdo esse solet supponatꝰ
hoc clisterio. Recipe aq̃ ordei.℥.viii.olei uio
lati.℥.iii.mucilaginis psilii.℥.ii.muscilagis
seis lini.℥.i.salis parum misce uel fiat sic.
Recipe lactis uaccini.℥.viii.uitellos ouorum
duos concutiantur diligenter ad inuicem. de
inde adde olei uiolati.℥.iii.salis parum et fi-
at clistere. Cum tempore poxismi uentositas
semper habundet in intestinis ex cuius dila-
tatione comprimũtur renes cuius causa mul
tum dolor intenditur ad ipsam dissoluendãm
fecibus eductis tale clistere administretur.
Recipe malue blite mercurialis florum camo
mille anna.m.i. anisi marathri anna.℥.ii.se.
incidantur herbe et semina pistentur ex ipsis
fiat decoctio de qua colatꝰa accipiatꝰ.℥.x.cas-
sie.℥.i.benedicte.℥.sem.olei de camomilla.
℥.iii. salis parum uitelli ouorũ duo numero
fiat clistere. Potest etiam fieri clistere ex.℥.
x. olei de camomilla solũ.absq; alterius rei
permixtione et plurimum ualet in sedãdo do
lorem et resoluendo uentositatẽ et leniẽdo uẽ
trem. Dolore infestante cum maxime sit de
natura prosternentibus ne minimũ interpo-
natur tempus qui pacienti aliquo remediorũ
succurratur. Eductis igitur fecibus ut dictum
est ad facellationes et fomentationes et untio
nes et tinas ueniendum est que relaxando ac
mollificando dolorẽ mitigant atq; dilatatiõe
uiarum facilẽ egressum calculo prestant ꝙ i-
tentioni prime de duabus seruit fiat facellatõ
hmõi. Recipe furfur tritici optime a farina ex
cussi quantũ sufficit ad faciendũ saculos du-
os qui buliant in decoctiõe florum camomil-
le mellilotí aneti radicũ maluauisci.deĩde op-
time alter ipsorum exprimatur et loco suppo
natur dolenti. Cũq; infrigidari ceperit remo
ueatur et alter consimili modo expressus po-
natur et ita uicissim fiat quatuor aut quinq;
uicibus uel aliud fiat. Recipe peritarie maio-
rane altee cum radicibus suis capillorum ue-
neris aneti mellilotí anna.m.i.florum camo
mille.m.ii.florũ camomille lib.i.seis lini li-
bra sem. ex his fiat decoctio in qua spongia
uel filtrum imponatꝰ et eo poterit expresso q̃-
tum comode tollerari potest calido super do-
lentem locũ ponatur.et cum primo incipit in
frigidari remoueatur et iterum calefaciendo
et pluries reiterando dolenti loco applicetur
post fomentationẽ uel facellationem fiat i un
tio huiusmodi Recipe olei camomillini aneti
ni anna.℥.i.pinguedinis galline.℥.sem.yso
pi humide.ʒ.ii.misce uel sic fiat. Recipe bu-
tiri recentis.℥.i.sem.olei amigdolarum dul-
cium olei de lilio anna.℥ sem. pinguedinis
galline.ʒ.iii.cere parum fiat unguentũ mol
le cuo fiat untio ut dictum est. Potest etiam
post fomentationẽ poni emplastrũ ꝙ sic fit.
Recipe muscilaginis seis lini et fenu greci an
na.℥.iii.adipis galline.℥.ii.farine ordei quã
tum sufficit ad inspissandum et fiat emplastrũ
uel fiat aliud Recipe medulle panis remolite
in uino et expresso lib.i.pistetur cum oleo ca

momillino quãtum sufficit ad impinguandũ et fiat emplastrum. Modus usus est ut post fomentatione uel facellatione locus leuiter exsiccetur deinde cum succida lana talia emplastra calida super locum dolentẽ ponãtur eaqꝫ sepius remoueantur in qua re obseruandũ est ut inquit Auic. ut taliũ continue caliditas cõseruetur emplastrũ aliud ualens ad idem est. Recipe medulle panis in aqua ficuũ remolite et efficaciter expresse lib. i. uitellos ouorũ duos olei camomille quantũ sufficit ad impinguandũ et fiat emplastrũ quo utatur ut prius uel fiat aliter secundũ hunc modũ. Recipe radicũ altee lib. i. farine tritici. ʒ. iiii. farine ordei. ʒ. ii. butiri recentis lib. sem. radices decoquantur adiecto meditulio postea diligenter pistetur his addantur farine et cũ butiro omnia incorporentur tandẽ addantur mucilaginis seis lini quantũ sufficit ad impinguandũ et fiat emplastrũ quibus emplastris pro arbitrio utendũ erit. Sepe contingit dolorẽ alicubi esse affixum ꝙ ad eius remotionẽ fortioribus necesse fuerit uti medicinis in quo casu laudatur oleum de scorpionibus et unguẽtũ de galbano eius descriptio habetur a mesue ĩ suo antidotario. Laudatur item diaquilon de mucilaginibus. ꝙ si cum istis dolor non remittitur intima fiat encatisma in qua a medio infra patiens se solum balneet nec sit balneũ ut Rasis inquit uirtualiter nimis calidum nec actualiter sed tantũ modo tali ꝙ paciente delectet in quo pro libito moram trahat ꝙ si debilis fuerit minus stet in eo intret tamen sepius cum tinam egreditur leuiter cum pãnis calidis exsiccetur. et locus dolẽs cum aliqua ex untionibus ungatur uel locus cum aliquo ex supra scriptis emplastris emplastret. Decoctio tine ex suprascriptis rebus fomentationis adaucta quantitate cõuenientissime fiet. ubi tamen magna esset inflamatio prescriptis rebus ꝓ thina conuenienter adderentur ut inquit Rasis folia uiolarũ cucurbite folia nenufaris folia uitis albe uinifere et alia similia quo in casu cum patiens tinam egressus ẽ ex oleo uiolato locus ungatur dolens. Existens passionis in tina manibus fricet a loco dolente incipiendo uersus pectinẽ uentrem ut per hmõi fricationẽ calculũ a loco trahatur uersus uesicam deducat ipsum cum uero dolor aut ablatus uel saltem mitigatus fuerit nihil scriptorũ supra amplius fiat nimius enim fomentationum facellationũ encatismatũ untionum ac similium usus tantum aliquando renes laxat quod ipsorũ ut inquit Auic. expulsiuã debilitat. Vbi ex his dolor non esset sedatus sed eodẽ in loco maneret ut inde calculus uersus uesicã trahatur uentose sine scarificatione sub loco lapidis et non super loco eius ponantur et ideo poni debet sub loco doloris et sit positio cũ igne multo ꝙ si ad illũ locum traxerint ponantur inde infra illũ locũ. et sic gradatim procedatur et obseruetur obliquitas porrorũ uritidũ. ualet ad idẽ saltus equitatio descensus scalarũ et similia.

His igitur peractis ordine ut prescriptũ est ad ea que frangũt lapidem ueniendum erit pro quo animaduertẽdum ꝙ nunq̃ diuretica neqꝫ calculum minuẽtia per os dandũ est nisi prius aut ablatus aut saltẽ cõciliatus et mitigatus dolor fuerit tunc signũ est calculũ a suo primo loco esse motũ uel meatus adeo fore dilatatos quod calculus ille poterit cum appropriatis medicinis ad uesicam facile mitti et per urinam extra corpus pelli. dolore non mitigato et calculo adhuc in renibus existente quod ut Rasis inquit ex eo quod dolor in eodem fixus loco pseuerat cognoscitur si diuretica et cõminuentia lapidẽ exhibeãt ad renes ipsos materiã ducent qua propter ꝓ calculũ locum illũ opillantẽ deide detente dolorem faciunt uehementer augeri. Ex his patet quod nisi stomacus bene mundificatus fuerit nunq̃ hmõi diuretica exhiberi debent tempus ipsorũ est per tres aut quatuor horas ante cibũ dare consueuimus tamen in principio cibi quedã facilia diuretica administrare ut sunt capares crissones ut concessit. xiiii. terapentice Galie. miscemus etiã aliquando ipsa cum cibo ut extremitates cardi et sparagi ut placet Auic. sed quia ista debilia sunt et in parua quantitate exhibentur et facile in nutrimentũ transeunt nõ habẽt uim tantã ut cibum indigestũ ad renes trahant se cibus igitur ab intestinis ductis et dolore mitigato cum facellationibus untionibus etce. stringatur manu uel faxia mediũ uẽtris et alchatin. i. ilium et pectẽ ut dilatentur meatus superiores. Exhibeatur medicamẽ lapidis cõminutũ quod eliges ex supra scriptis primo a simplicibus incipiendũ que si non sufficerint ad composita est accedendũ. Cũ extimaueris ꝙ medicamẽ suã perficerit operationẽ dixit Auic. consequẽter exhibeantur diuretica ut quod cõminutum est educant. Et ut idẽ dixit non est malũ ut tunc bibatur cassiafistula que sic potest prepari ut lubricare lapidem cõminutũ et aliquando integrũ faciat. Recipe sebestẽ numero. x. passularũ sine nucleis. ʒ. sem. liquiricie rase. ʒ. ii. quatuor seminum

frigidorũ. ℥. sem. ordei excoriati. ℥. i. florum uiolarum borraginis et buglosse anna. ʒ. ii. fiat barũ decoctio de qua tantũ sumatur quã/ tum sufficit ad dissoluendũ cassie pinguis no uiter extracte. x. ʒ. et totum calidum stomaco ieiuno exhibeatur qua sumpta siue opata fue rit siue non hora adueniente prandii. prãdiũ accipiatur quod si ante cenam operatum non esset clistere infrascriptum administrandum est. Recipe brodii galline uel Caponis. ℥. x. cassie. ℥. i. mellis rosati colati. ℥. ii. olei cõmu nis. ℥. iii. salis. ʒ. ii. et calidum supponatur. potest loco cassie infrascripta decoctione dari que lapidem lubricare facit et ad uesicam de/ scendere. Recipe iuiubarũ sebestẽ caricarum albarũ anna numero. vi. liquiricie capillorũ ueneris seis altee et apii et feniculi polii tribu li ameos anna. ℥. sem. decoquantur omnia in libris. iii. aque dõec redeat ad lib. i. postea co letur de colatura accipiantur. ℥. iii. cũ. ℥. se. acetosi simplicis posset etiam cõuenienter ex biberi supradicta decoctio ante medicinã lapi dis cõminutiuã. unde Rasis inde libro diuisi onum mollificantia possunt dare ante exhibi tionem frangentiũ lapidẽ etiã post. Ab extra conuenit balneum ꝙ a Rasi. ix. describitur almansoris. Recipe foliorum cauliũ esule id est berbe artetice mentastri fimi colũbini me dulle semis croci ortulani. Vel ut dixit Sera/ pio oportet ut sederit infirmus in aqua i qua decocta fuerint anetum millilotũ camomilla semen altee fenu greci spica capilli ueneris folia agni casti semen lini uirga pastoris san sucus et roxe egredienti a balneo fiat symi/ gatio cum aliquo suprascriptorũ et inungat̃ locus cum oleo de scorpionibus aut cum un/ guento ꝙ sic fit. Recipe oleum amigdolarũ amarum. ʒ. i. armoniaci galbani anna. ʒ. i. bdelii de meca. ʒ. ii. cere quantũ sufficit et fi/ at unguentũ uel fiat cerotum hoc modo. Re/ cipe armoniaci galbani anna. ʒ. i. bdelii de meca. ʒ. ii. picis. ʒ. i. sem. trebentine parum dissoluatur trebentina deinde addatur pix et liquefiat deinde addantur alia gumi dissoluta cũ aceto uini et fiat cerotum extensum super aluta subtili aut super fuscano. Fiat inunctio cum sanguine uulpis calido permixto cũ ui no albo subtili plus ualet si iniectus fuerit in uesica. Aliud medicamen compositum ẽ. Re cipe uitri cristallini ꝙ non fuerit in usu usti et calcinati in aqua fabarum lapidis spongie lapidis lincis et iudaici anna. ʒ. i. scolopẽdrie gumi prunorum anna. ʒ. ii. dosis. ʒ. ii. cum aqua decoctionis milii solis. Aliud Recipe ui trum album et tritum extra ipsum per fundo/ nem et assa ipsum in clibano per ignem uio/ lentum. ʒ. x. cineris scorpionum. ʒ. v. fenicu li sanguinis yrci anna. ʒ. i. fimi columbini. ʒ. iii. dauci. ʒ. v. misce dosis. ʒ. i. cum aqua decoctionis milii solis et alchachengi. Quod si dolor acciderit propter comotionẽ lapidis sedetur cũ balneo ꝙ sic fit. Recipe camomil/ le melliloti fenugreci altee aneti et post unga tur locus cũ oleo de scorpionibus aut de ane to uel cum unguento quod sic fit. Recipe se/ rapini bdelii appoponaci ãna. ʒ. ii. piguedis anatis. ʒ. iii. terbentine. ʒ. i. sem. misce. Me/ dicine que ab intus et que ab extra admistrãt̃ debent uariari ita ꝙ una uice dentur una alia uice aliene natura ipsis sueſiat. unde. v. de re gimine sanitatis uarie uti oportet farmacis q̃ diximus subducere aluum senũ et non unũ eligentes et illud solum afferre assuefacta enĩ et tempore procedente accipientis natura cõ/ tẽnit farmaci uirtutem subalterare ergo opor̃ tet farmaca. Per olium in quo bulierit lapis lincis colatum iniectum per siringam frãgit mirabiliter lapidẽ uesice. uirga prius embro cata cũ decoctiõe malue circa istãs. xviii. iii. Intẽtio medici in curatione lapidis est ꝓhibe re generationem materie cũ abscisione cau se et mundificatio et cõminutio ipsius et fra/ ctio et compressio eius. et illud totum comple tur cum medicinis prouocatiuis aut cum ad/ iuuantibus deforis. xix. tertii cap. de cura la/ pidis uesice. Et de eis que sunt propria illis ĩ curis ipsorum est ut utãtur medicinis lapidis in iniectione et iuuant̃ eis uehementer.

Abscisio materie fit cum solutione uen tris aut uomitum aut cum abstinentia a cibis grossis etc. et leniendo naturam declinant hu mores ad latus fecis et non fiat ex declinatio ne fecum coartatio renum. Et ex eis que con ferunt ad hoc est assiduatio prouocationis cũ eis que lauant uesicam de seminibus diureti/ cis et de illis que bona sunt apud illud ẽ aqua cicerum aqua carui et aqua foliorum rafani. rafanus proprie minutus humidus. Et cũ su peruenit ei spacium dierum administret̃ diu/ reticum forte. Et ex prohibitiuis eius est uo/ mitus post cibum et multus usus eius ipse eĩ expellit superfluitates grossas per uiam con/ trariam uie cuius motus est ad renes et facit latus renum uacuum mundum. Et oportet ut medicine que sunt lapidis uesice sint uehemẽ tius calide quã ille que sunt lapidis renum. Lapis qui nominatur atragululidos et sicut cinis scorpionum sunt fortes uehementes in utrisq; lapidibus simul. Et de fortibus abso/ lute sunt cinis scorpionum et oleum in quo

ponuntur scorpiones stans sub sole linitum et iniectum per siringam in lapidem uesice.
Cinis leporis decolati secundū hunc modū est fortis de quo sumitur i potu. ʒ.ii. et aqua eius est uehementis resolutionis. De ualde fortibus est lapis qui in spongia inuenitur et sanguis hirci exsiccatus datur coclear unius in uino aut in aqua apii mótani et uidebis mirabilia. Et de eis que fortia sunt est cinis ouorum galline postq̄ euacuata sūt apullis. Et de illis que sunt uehementis fortitudinis et meliora omnium est auis que grece nominatur tragululidos. Medicine que cum istis permisceatur ad penetrandum sunt sicut piper calamentum cinamomum. Medicine que miscentur ut prouocent cum uirtute et extrahant superfluitates grossas sunt sicut fenugrecū dau cum men assarum acorus ameos chisim siciileos semen agni casti squinātum et cordumeni. Medicine doloris sedatiue sunt sicut semē lini mucilago eius et sunt sicut nuces auellane et semen altee. Medicine confortantes sūt sicut been aristologia lilium siccum semē agni casti rosa balaustia sandali squinantum.
Medicamen forte quod experti sumus sūt sicut cineris uitri et cineris scorpionum.
Et ruffus quidem dixit φ plurima balneatio interuiis sulfureis frangit lapidem. In regimine autem prepationis lapidis ad hoc ut alleuetur et paciatur a medicinis cum facilitate lubricatus exitus detur in potu medicamē cōminutiuum. et si fuerit sumptū in potu tūc consequenter sumantur diuretica. Regimen doloris quando cōmouetur et ꝓprie apud uesicam propter magnitudinem aut propter asperitatem lapidis et fractura rascationis et dētes ipsius et excoriationem etc. Embroca cū camomilla et mellilote et altea et furfure bonam sunt i nuente. Et si fuerit constrictio nature tunc de rectioribus rebus oportet extrahere fecem cum suppositorio aut clistere non magno quod coartet et dolorē faciat imo suppositorium amabilius est mihi. Et in lenificatione nature est alleuiatio plurima et sedatio doloris et non semita est administranda catarticum ipsum enim ledit et nocet propter illud quod descendere facit desuper. Clistere enim cum in eo ponuntur adipis et unctuosa et uirtutes mollificantia. Et uirtutes diuretice facit cum solutione uentris lenitates et frangit dolorem et iuuat ad extractionē lapidis. Et oportet ut ponantur in cibis eorum capita cardi et sparagi et proprie campestris cum aqua ciceris et oleo cartami. xix. tertii.
Lapis uesice indiget medicinis fortibus quoniam ipsa est frigidior et longinquior. et quoniam lapis eius uehementius confirmatur ex uehementia coagulationis. et medicine eius sunt medicine fortes dicte i cap. curationum eius lapidis et renum. v. cano. cap. vi.
Quoniam dictum est in hoc cap. testificatur φ cum lepus comburitur subtiliter sicut scis et conseruatur combustum eius et sumitur in potu de eo diebus aliquod per. ʒ. ii. cū aqua tepida frangit lapidem.
Scorpiones in suis naturis contrarii sunt lapidibus generatis in renibus et uesice sicut carnes uipere sunt contrarie uenenis serpentum et reliquorum reptilium uenenosorū dosis pódus. ii. siliquarum.

¶ Bauerius de Baueriis.

Egritudo large accepta que proprie est accidens Reuerendissimi patri domini episcopi montis albani ē debilitas digestiue stomaci cronica. in corpore non multum repleto cum mediocri constātia uirtutum u talis scilicet et animalis sed cū debilitate uirtutis naturalis et ꝑcipue stomaci intestinorum et epatis tibiarum et brachiorum complexionis naturaliter colerice quantum ad habitudinem tocius cuius epar est faciliter inflamabile sed ipsius caput accidentaliter factum est flegmaticum habitudinis macre in fine consistentie in tempore presenti. S. i medio ueris regiōe media nō cōsuetis fortibus purgatiōibus licet aliquādo debilibus sit usus et nonnunquā pillulis leuibus artis quiete et sexus uirilis ut sua exigit dignitas. Accidentia huic egritudini adiuncta licet eorum quedam uerius possent egritudines appellari sunt multa.
Primum est uentris stiticitas.
Secundum est inflatio quā aliquando sentit ī uentre et aliquādo in stomaco faciens aliquā do dolorē.
Tertium ē undimia tibiarum:
Quartum est dextri brachii extenuatio siue macrefacio maior quā in sinistro cum quodā stupore aliquando.
Quintum est hernia intestinalis. Causa principalis egritudinis multiplex esse potest que tamen in genere ad tres reducuntur. quarum una est in membris alia in cibo et potu.

Tertia in causis superuenientibus receptori et cibo et potu. que est in membris duplex ē. quia uel est in receptore scilicet stomaco. aut in membris aliis a stomaco si sit in receptore aut est in eo non tamen in substantia ipsius. aut est in ipsius substantia. Primo modo causa debilitatis digestiue est uētositas prohibēs debitam comprehēsionem cibi a stomaco fieri. similiter nimis multus potus. flegma adherens stomaco prohibens bonam fieri cibi cōprehensionem aut reddens stomacum ipsum lubricum qua propter prius descendit cibus anteq̄ digestio compleatur. Et breuiter omne quod in stomaco existit et impedit cōprehensionem bonam stomaci super cibum. si ē in substantia ipsius tunc aut est mala complexio cum materia aut sine materia aut tenuitas corporis stomaci aut apostema existens in eo uel solutio continuitatis uel opillatio. Si uero causa fuerit in membris aliis a receptore. aut erit in membris non iuuantibus ad digestionem aut in his que digestionem iuuant. Primo modo est caput quod flegma aliquod ad stomacum transmittit quod duobus modis impedire potest digestionem. uno modo phibendo stomacum debite cibum comprehēdere alio modo cum cibo se miscendo et ipsum corrumpendo. si sit in membris aliis a receptore iuuantibus tamen ipsum ad cibi digestionem hoc erit. aut propter tenuitatem mirach aut girbi adipini. aut propter maliciam alicuius membrorum. s. epatis splenis et aliorum ad ipsam digestionem concurrētium. Si causa sit in cibo et potu aut erit propter quantitatem suam quia plus de eo q̄ oportet sumitur aut minus aut propter qualitatem cibi quoniam ipse in se uelociter est susceptibilis corruptionis sicut lac recenter multum melones persica etc. Aut est tarde recipiens digestionem sicut tubera et caro bubali aut est superflue qualitatis propter suam qualitatem sicut mel i stomaco calido et cucurbita in stomaco frigido. aut mordicationem suam uel eius grauitatē quare natura studet ipsum anteq̄ sit digestus expellere. aut est propter dispositionem que ē in ipso nauseatiua. aut est cibus in se laudabilis sed acomedente refugitur aut erit propter horam receptionis. aut quando cibus assumitur priori cibo nondum digesto aut propter errorem in ordine assumendi cibum quoniā ille qui est tarde digestionis prius sumitur q̄ ille qui est ueloci digestionis aut ille qui est stiticus premittitur ei qui est lenis. aut pptermultitudinem specierum cibi et cōmiscentur alii cum aliis. unde miscetur ille qui est uelocis digestionis cum eo qui est tarde digestionis. Si uero fuerit ppter causas superuenientes cibo et receptori est sicut si fuerit somnus minus eo quem requirit uirtus digestiua aut multo plus quā oporteat. Aut fiat motus uehemens super cibo aut sumatur potus sup ipsum plusq̄ requiratur aut coytus aut balneū cibo in stomaco existente aut obuiatio aeris uehementis caliditatis aut frigoris uel male substātie sicut aer grossus uel uaporosus turbidus et retentio uentositatis. Nam cōmouēdo cibum digestionem fieri bonam prohibet aut tristicia siue malenconia suprascripte cause colliguntur ex Galie. Et ex Rasi. v. cōtinē tis. Et ab Auic. xiii. tertii tractatu. iii. cap. de corruptione digestionis et capitulo debilitatis digestionis Et a Serapione in suo breuiarii. Et licet supradicte cause omēs possint maliciam digestiōis facere. Ille que in causa. p. v. potiores et principaliores sunt reducuntur ad tria gnā. s. ad cām imediatam et antecedēdem et primitiuam. Causa immediata est malicia complexionis stomaci frigida et humida Causa antecedens est flegma insipidum. Et quandoq3 licet raro habens aliquid salsi imbibitum in substantia stomaci et interdum natans et aliquando eidē stomaco adherens qd' ostenditur per nauseam cibi aliquando aduenientē concurrunt etiam cōitas mirach et girbi adipini non debite reflectentes calorem et ipsum reuerberantes ad ipsum stomacū. unde quasi exalando stomacus redditur frigidior. Causa primitiua est multiplex. s. cibi frigidi et humidi in flegma conuertibiles nimius potus cibus non proportionatus nimie uigilie. accidēt a animi sicut ira tristicia pnimia cibi quantitas diuersitas ciborum in una comestione indebitus ordo accipiendi ipsos uidelicet quādo preponitur ille qui est durus et difficilis digestionis ante illum qui est facilis digestionis aer uehementis caliditatis. nā prohibet digestionem secūda primi sen secunda sbā prima cap. vi. et. ix. et mala masticatio cibi ut colligitur sen prima doct. quarto cap. de qualitate generis humorum. Accidentis primi. s. stiticitatis uentris duplex est causa. s. debilitas uirtutis expulsiue et inobedientia obiecti. Causa imediata debilitatis expulsiue ē malicia complexionis. s. frigide et humide. nam et si talis complexio non uideatur multum talem uirtutem. Ledere quoniam expulsiua indiget humiditate cum frigiditate. xiii. tertii tractatu secundo capitulo de debilitate stomaci. Verum est si moderata fuerit. Sed si fuerit intensa ledit. nam omnis quali

tas magis aucta deiicit actum proprie uirtu/tis. Sed causa mediata est materia flegmatica imbibita et adherens intestinis. Huius uero causa est mala digestio stomaci conuertentis plurimum chili in flegma quod ad intestina simul cum chilo descendit. Sed causa malicie digestionis stomaci sufficienter assignata est superius coadiuuat etiam ad hoc tenuitas mu sculorum uentris non debite comprimentiũ sifach et constringentium intestina. Obiec/ti autem in obedientia causa est flegma uisco sum faciens materiam expellẽdam intestinis adherere. Neq; arbitror istius stiticitatis cau sam esse epar nisi pro quãto flegma multum generat ob malam stomaci chilificationem. Ex quo per miseraicas ad intestina transmit/titur. unde eisdem malicia complexionis fri/gide et humide acquiritur quod aũt sit stiticas causa ratione sue caliditatis et siccitatis non credo quia uidemus quod postq̃ feces fuerint per unum aut duos dies retente et cum auxi/lio suppositorii expelluntur sunt conuenien ter citrine quod significat expulsionem cole re ad ieiunum ad irritandum uirtutem expul siuam ut uoluit Auicẽ. prima primi doctrina quarta cap. de humoribus. non sunt etiam ni mis sicce imo utplurimum sũt humorose qđ significat quod caliditas epatis trahendo hu miditatem et eam a fecibus exsiccando non ẽ causa ipsius retentionis. imo si aliquando re periuntur sicce et schibalate semper reperiun tur flegmatibus uiscosis et mucosis inuolute quod significat huiusmodi flegma fuisse cau sam retentionis. Et quia calor agit in ipas fe ces resoluendo et exsiccãdo hoc modo ista fle gmata sunt causa siccitatis istarum fecum et stiticitatis uentris. Secundi accidẽtis scilicet inflationis uẽtris et stomaci est triplex primi tiua scilicet antecedens et coniuncta causa pri mitiua est frigus debilitans calorem natura lem et inspissans porros prohibens uaporum exalationem. Frigiditas aeris frigiditas ex tremitatum. aer calidus multam faciens eua porationem et distrahens calorem a loco dige stionis mora in aere humido propterea quia humiditatem multiplicat aer stomacum ingre diens aut cum ore sugitur sicut accidit eũ q̃s bibit cum uase stricti orificii sicut ampulla et cibi qui de natura sunt uentosi sicut fabe fa sioli pise cicer milium panicum lẽtes apium rapa lac dactili mel crudum uinum austerum uinum dulce uinum nouum et uinum plurie permixtionis aque. et generaliter omnes cibi sunt inflatiui in quibus reperitur humiditas grossa cruda ut castanea cibaria de pasta ut la gane macarones cruste artoclearũ pastis agi mus et in quibus reperitur humiditas aquea multa sicut cucurbita citrulli blita fructus hu midi. Et cibi habentes multam caliditatẽ pos sunt esse causa effectiua uẽtositatis sicut acri mina quemadmodum aliũ bulbus et similia. nam cum sint talia calida in potẽtia cum di geruntur fiunt calida in actu et si in corpore inuenerint materiã frigidam humidã eam re soluunt etipsam inuentositatẽ conuertunt. et secundũ hunc modũ uoluit Gal. quarto regi minis acutorũ quod alium scisam facit. i. uen tositatem et cibus multe quantitatis quamuis sit bone qualitatis cum non possit a calore na turali superari ipsum solum facit euaporare. et cibus multum frigidus et cibus facilis di/gestionis cum assumitur post cibum difficilis digestionis et medicine calide uehementer in terius uel exterius approximate faciunt uẽto sitates sicut dictum ẽ de cibis calidis sicut de aleo et similiter medicine frigide qualitercun q; approximate. coytus precipue factus sup cibo. hec inde habentur a precipuis doctori/bus nostris uidelicet a Gal. ab hypoc. . ii. di/ na nudiorũ et ab eodẽ quarto regiminis acu/torum Ab Auic. xvi. tertii tractatu. iii. cap. de colica et retentione fecis et tractatu. iiii. ca pi. de cura colice frigide. Et a Rasi. Et a Serapione. In hoc fuit prolixus quoniam multiplicatio uentositatis est causa maiorã tio nis hernie de qua inferius dicetur. Causa an tecedens est complexio frigida stomaci et in/testinorum que debilitat calorẽ naturalẽ. Et materia flegmatica existẽs in itestinis et stõa co. nã cũ humiditas grossa flegmatica expo/nit̃ calori digestiuo debili nõ digerit̃ sed dis/soluit̃ et euaporat̃ in fumũ cõuersa sicut acci dit quãdo debili igni ligna grossa uiridia sup ponunt̃ que nõ iflamant̃ neq; cõburent̃ sed in fumũ cõuertunt̃. Cã cõiuncta inflationis ẽ ipsa uẽtositas replẽs stomaci et intestinorũ cõcauitatẽ. Tertii accidẽtis uidelicet undimie duplex ẽ cã efficiẽs et materialis et utraq; est duplex ĩmediata et mediata. cã ĩmediata effec tiua ẽ debilitas caloris naturalis ipsarũ tibia rũ q̃ potẽs ẽ materiã facere euaporare aut ip sam subtiliare sed non resoluere. Cã antece/dẽs ẽ malicia cõplexionis frigide et hu. istius uero cã est flegma existẽs ĩ tibiis q̃ ẽ in por/rositatibus imbibitũ et ĩ cõcauitatibus uena rũ cõtẽtũ sed istius flegmatis cã ẽ epar hmõi sanguinẽ flegmaticũ generatiõis et hec cã ẽ mala digestio facta ĩ stõaco. Cã materialis ĩ/mediata ẽ uapor flegmatis uel flegma subtili atũ ipsum p locũ apostematũ. Cã mediata ẽ

flegma ipsum in quo calor agebat subtiliãdo
et in uaporem conuertendo sed ipsius flegma
tis causa est epar qꝫ generat sanguinem fleg
gmaticū ex chilo ĩ stomaco male digesto et ip
sum transmittit ad tibias ad quod adiuuat si/
tus ipsarum tibiarum quoniam ad ipsas faci
liter fluit omne graue. Et debilitas ipsarū cū
non sufficienter possint resistere transmitten
ti membro. Causa primitiua est motus fortis
longa ambulatio et equitatio longa statio su/
per pedes frigus occurrens tibiis debilitans
calorem naturalē et opilans porros et calidū
forte attrahēs materiam ad tibias. Quarti ac
cidens. s. macrefactionis brachiorum duplex
est causa una est ex parte uirtutis alia est ex p
te nutrimenti. et utraqꝫ est duplex mediata et
imediata. Causa imediata ex pte uirtutis est
debilitas uirtutis nutritiue ipsorum brachio
rum que sufficientē quantitatem nutrimenti
non apponit membris unde procedente ĩ eis
dem semper resolutione macrescunt. Causa
uero mediata est debilitas uirtutum ministrā
tium nutritiue. s. attractiue non attrahentis q̄
titatem sufficientem nutrimenti et uirtutis re
tentiue non retinentis tanto tempore ut quod
uirtus nutritiua possit suam exercere operati
onem. et uirtutis digestiue non debite digerē
tis nutrimentū et expulsiue non expellentis
a nutrimento superfluitates quare ipsis nutri
mento cōmistis reddunt ipsum indebitū ob/
iectum nutritiue sed causa debilitatis harum
uirtutum est malicia complexionis frigida et
humida cum materia ipsius malicie comple/
xionis. et si plures possent cause assignari du
as puto principaliores una earum est materia
flegmatica subtilis a capite ad brachia trans/
missa per cuius presentiam hec mala comple
xio facta est in brachiis. Et hec eadem est cau
sa quare aliquando sentit quendam stuporē ĩ
brachiis et manu. nam contingit istud quādo
hec materia cōmunicatur neruis sensitiuis.
Alia causa est materia flegmatica uel sanguis
flegmaticus ad idem brachiū transmissus qui
hanc maliciam complexionis operatur faciūt
etiā ad hoc opillationes existentes in brachiis
per quas ad ipsum non transit uel ad ptes su/
as quantitas sufficiens sanguinis. per cuius
carentiam redditur brachium frigidius. Cō/
currit etiam ad hoc uirtutis expulsiue debili/
tas que non expellit superfluitates frigidas et
humidas existentes in brachio quarum presē
tia brachium redditur frigidum et accidenta
liter humidum. Causa imediata ex parte nu/
trimenti est paucitas sanguinis transeuntis
ad brachium et ille est sanguis subtilis fleg/
maticus non proportionatum obiectum uir/
tuti nutritiue neqꝫ uirtutibus ministrantibus
superius dictis quare de eo non conuertitur
sufficiens quantitas in substantia ipsius bra/
chii. Causa paucitatis eius ad partes brachii
transeuntis est opillatio in ipso brachio. un/
de non potest nisi pars subtilis transire: sed
causa opillationis est materia flegmatica gros
sa iniustans et coartans porros brachii. Hu/
ius materie flegmatice causa est epar generās
ex chilo flegmatico per diminutam digestio/
nem in stomaco genitam huiusmodi sangui/
nem frigidum et humidum. et cause supradi/
cti accidentis colliguntur pro parte ex Gali e
cti accidentis et morbo. Et a Rasi. vi.
no tertio de accidenti et morbo. Et a Rasi. vi.
continentis. Et ab Auic. septima quarti circa
capitu. de extenuatione membri. Accidētis
quinti seu quod uerius est egritudinis. s. her/
nie causa est dilatatio foraminis sifac et dida
mi per quam dilatationem descendit intesti/
num et cum eo aliqua humiditas uiscosa que
cum propter lumbare quod tenuit fuerint p/
hibitus transitus ad ipsum ostium et firmata
fuerit circa inguē et ibi parump indurata est
fecit in eo loco quandam superfluitatem que
ad tactum mollis est. et in loco fixa neqꝫ pu/
to huius hernie. causam esse fracturam sifac
Si diligenter signa consideramus per que il/
la que fit a fractura distinguitur ab ea que est
a dilatatione posita ab Auic. xxii. tertii capi.
de ruptura. Et de eis que sibi assimilantur di
latationis causa tam foraminis sifac quā din
dimi causa est humiditas infusa in eisdē pan
niculis ipsos relaxans propter quam priuan/
tur debita ptium unione causa talis humidita
tis duplex est una malicia complexionis fri/
gide et humide que maiorē partem nutrimen
ti in humiditatem flegmaticam conuertit alia
causa est flegma ad eum locum transmissum
ab aliis membris et potissime ab epate ipsum
generans propter malam stomaci digestionē
ad descensum tam intestini quā illarum hu/
miditatum adiuuat motus fortis plurima eq/
tatio fortis uentris compressio. leuatio rei pō
derose tussis fortis et alia que legi habent ui/
gesimasecunda tertii capitulo superius alle/
gato. Debet iste Reuerendus pater esse solli/
citus circa has dispositiones ut que curabiles
sunt. Curentur et que non possunt curari sal
tem ab ulteriori lapsu preseruetur. Nam pro
pter has dispositiones expositus est multis et
uariis egritudibus non minus periculosis q̄
difficilibꝫ ad curandū. Loquēdo de pria q̄ est
sicut aliarū radix. dixit Aui. xiii. iii. circa pri
mo. c. de egritudinibꝫ stōaci. Et sciasqꝫ egri

tudines stomaci cũ prolongant' producūt ad raritatē texture uilorū eius. et fit difficile suc currere et medicari et circa tertiū capitu. de corruptione digestionis dixit. Et scias q corruptio digestionis quādoq ducit ad egritudines plurimas sicut epilensiā melanconiā mirachiā et similia imo est mater egritudinū et origo cronicarū infirmitatū. Et eodē tractatu cap. de debilitate digestionis et quandoq producit debilitas digestionis et conuersio cibi ad flegma ad tremorē et frigus extremitatum et commotionem parogismi febris etc. et tractatu secūdo cap. de debilitate stomaci dixit. Et scias quod debilitas stomaci fortassis ē cā omniū egritudinū corpis ratione accidentiū cōiunctorū simul cū principali egritudine paratus est dolori colico ydropisi tinipanite et hernia maiores cacesie et breuiter omnibus egritudinibus accidentibus a materia flegmatica ut ex superius dictis satis facile cognosci potest speculantibus.

## Cura istius egritudinis

nis duobus perficitur instrumētis dieta. s. et potione cura per dietā est debitū regimen per sex res nō naturales de quo sufficiēter dictū est. Et cura per potionē in duas diuidit' ptes. in una quarū ponētur canones curatiui egritudinis. in altera parte ponentur res quibus predicti canones adimplent'.

Primus canon fiat clistere lenitiuū et intestinorum mundificatiuum.

Secūdus canon prouocetur uomitus cum re leui si senserit in stomaco materiā natantē et ad uomitum inclinantē.

Tertius canon si uomitus fieri nō posset et ī stomaco sentiret grauedinē cū uoluntate ueniendi euacuetur materia contenta in stomaco minoratiue. Quartus canon digeratur materia existens in stomaco et in uiis ppinquis. Quintus canon euacuetur materia erradicatiue. Sextus canon diuertatur materia a stomaco ad intestina. Septimus canon conforte tur stomacus ne materiā generet et nō ipsam recipiat. Octauus canon corrigatur mala stomaci disgressia et ipsa accidentia.

Nonus canon prohibeatur super calefactio epatis.

## Primus canon.

Clistere lenitiuū et intestinorum mundificatiuū iuxta primum canonem. Recipe blite malue mercurialis florum camomille anna. m. i. radicum altee. ℥. sem. furfuris. p. i. cassie zucari ru. anna. ℥. i. yerapig. ℥. sem. olei. ℥. iii. salis. ʒ. ii. herbe flores radices et furfur buliant in sufficienti quantitate aque usq ad consumptionē terne partis postea coletur facta optima expressione de hac colatura accipiatur. lib. i. cui reliqua addantur et ponātur ad ignem ut calefiat et stomaco ieiuno supponatur.

## Secundus canon.

Vomitiuum leue si senserit in stomaco materiam natantem etc. iuxta secundum canonem Si cum cibum assumpserit accidat uoluntas uomendi aut cum se inclinauerit adueniat appetitus ad uomitum prouocetur uomitus cū hoc leui uomitiuo. Recipe oximellis simplicis. ℥. iii. aque ordei. ℥. vi. misse et totum tepidū et non calidū accipiatur post assumptionē stet per quartā ptem hore et imponat digitum in ore cōprimendo linguā et euomat. Quod si ante dictū tempus natura uomitū tēptaret iuuetur ipsa quarta hora non expectata. Sic opādo duos canones seruabimus positos ab Auic. xiii. tertii tractatu primo capi. de cura malicie cōplexionis cū materia et opillationū eius cū dixit neq ducat' humor nisi ad ptem declinatiōis et paululū post dixit. Et si humor est effusus nō adherēs ei neq grossus iuuat' uomitu etc.

## Tertius canon.

Euacuetur materia minoratiue iuxta tertiū cano. Recipe cassie nouiter tracte. ℥. i. electuarii indi maioris. ʒ. i. dissoluat' cassia cū aqua absinthii deide cum eadē aqua dissoluant' cassia et electuariū indi et fiat potus hūc potū calidū et nō tepidū sumat de mane p horā ante diē post cuius assūptionē stet in lecto p horā tantū et interim si pōt dormire dormiat deide surgat et parump ambulet p camerā clausis fenestris et stet ieiunus ad minus quinq horas post ipsius medicine assumptionē deinde prādeat et eadem die camerā nō egrediat' et nō sumat lauatiuū aliqd' et nō se multū in prādio grauet cibo.

## Quartus canon.

Digeratur materia existēs ī stomaco etc. iuxta quartū cano. Recipe oximellis simplicis. ℥. i. et sem. aque absinthii. ℥. ii. aque cicoree. ℥. i. misce hūc syr. calidū et nō tepidū sumat in aurora et sup dormiat ad libitū iste ē pro una uice sumat. viii. uicibus. Ad eandē intentionē facit sumere in principio cene capares cōditos cū melle et aceto. itē comedere oliuas conditas.

## Quintus canon.

Euacuetur materia radicatiue iuxta quintum

canoné. Recipe turbit boni electi et a cortice
superiori mundati. ʒ.i. masticis. ℈.i. et gra.
iiii. rosarú rubearú gra. xvi. aloes optimi ad
pondus oim conficiát cú succo absinthii ha/
rum pill. sumat. a. ℈. ii. usq ad. ʒ.i. post finé
cene precedétis per horas. vii. et post ipsarú
assumptioné stet in lecto per. ii. horas et inte
rim dormiat ad libitú deinde surgat et ambu
let paulatim per camerá quousq transiuerint
quinq hore ab hora assumptionis pill. aut.
vi. ad amplius deinde prádeat nullo prius as/
sumpto lauatiuo et non se multú cibo grauet

## Sextus canon.

Diuertatur materia a sto
maco ad intestina iuxta cano. sextú. Recipe
mellis quantú sufficit pro suppositorio salis
gema. ℈. sem. et fiat suppositoriú supponat
istud stomaco ieiuno. Aliud diuersum effica
tius priore. Recipe malue mercurialis florú
camomille anna. m.i. cartami. ℥.i. mellis uio
lati zucari ru. anna. ℥. sem. yerapig. ʒ. iiii.
olei. ℥. iii. salis. ʒ. ii. herbe flores et cartamus
buliant insufficiéti quátitate aque usq ad có
sumptioné tertie ptis postea coletur de colatu
ra accipiatur lib. i. cui reliqua addantur et ca/
lefiat et fiat clistere q calidú stomaco ieiuno
suscipiat. Altero istorú duorú ad libitum uti
potest mó uno modo alio et precipue quando
sentiret stomacú concauatú aut in cena uel in
prandio excessisset alii multi sunt modi diuer
tendi sicut positio pedú in aqua calida fricati
ones coxarú et tibiarú positio uentosarú uo/
mitus ligature et alii a doctoribus nostris po
siti quorú nullú scribo quia in hoc casu cum
implicatione suorú accidentiú non uident có
uenire ut satis consideranti poterit apparere.

## Septimum et octauú

cano. Confortet stomacus iuxta cano. septi/
mum et alteretur eius mala cóplexio iuxta oc
tauú cano. Fit cú untione stomaci confortati
uo et eius mala cóplexionis frigide et humi/
de remotiuo. Recipe oleorú absinthii. ℥.i. et
sem. masticis. ℥.i. spice. ℥. sem. pulueris ab/
sinthii mente anna. ʒ. sem. macis. ℈.i. galie
musc. ℈. sem. coralorú ru. ʒ. sem. laudái. ℈.
ii. misce et cum modico cere fiat unguentum
molle. Cú unguento isto inungat stomacum
cú manu calida bis in die ante cibi assumpti/
onem deinde supponat paniculú calidum. et
hoc unguento taliter uti incipiat facta purga/
tione. Cerotum complens intentiones supra
scriptas efficatius untione. Recipe cere mun
de. ℥. ii. terbentine. ℥. ii. sem. olei nardini. ℥.
i. sem. liquefactis istis sup aspge hunc pulue
rem. Recipe mirre masticis aloes anna. ʒ. vi.
rosarú. ℥. sem. peonie castorei anna. ʒ. i. ani
si. ʒ. v. calamenti. ʒ. vi. gariofilorú nucis mu
sca. cardemomi calami aromatici reuponticí
anna. ʒ. ii. sem. confice oia simul et fiat cero
tum ad formá scuti et stomaco applicet. Ali/
ud ad idé efficatius priore Recipe laudái rasi
ne electe anna. ʒ. sem. mire masticis ligni a/
loes folii nucis muscate gariofilorum ameos
absinthii cubebarú mente anna. ʒ. i. seis ru
te cimini pipis albi anna. ℈. i. storacis cala/
mitte. ʒ. vi. picis nauallis cocte cú uino fu/
moso et aromatico. ʒ. i. colofonie. ʒ. i. et se.
cere quantú sufficit fiat cerotú scutale q sto/
maco applicet. Aliud ad eandé intentionem.
s. saculus cófortatiuus stomaci ut supra. Re/
cipe foliorú absinthii. ℥. i. mente. ℥. sem. cala
mi aromatici spice gar. ofilorú anna. ʒ. ii. ma
cis cinamomi anna. ʒ. i. florú lambruste ro/
sarú anna. ʒ. i. sem. masticis coriandorú pre
patorú anna. ℈. iiii. coralorú rubeorú. ʒ. i.
cótundant mó grosso et oia simul misce et fi
at saculus in forma scuti. hmói saculus appo
natur calidus stomaco ita ut stomacú totú am
plectat si saculus erit gratior untione aut ce/
roto ponat supradictú ut dictú est. Fomenta/
tio stomaci cófortatiua stomaci etc. aliis medi
caminibus efficatior. Recipe foliorú absintii
m. iii. méte. m. i. se. foliorú rosarú. m. ii. flo/
rú lambruste camomille cipi anna. m. se. ca/
lami aromatici. ℥. sem. gariofilorú cinamo/
mi spice anna. ʒ. iii. sem. feni. carui anna. ℥.
sem. coriandorú prepatorú. ℥. ii. cótundátur
oia grosso mó deinde simul misce et buliát in
aqua cisterne uel uino nigro stitico cú. ℥. iii.
aceti q sufficiat p decoctióe et fométatióe us/
q ad cósumptioné quarte ptis in qua decocti
one infundat spongia calida. deinde exprima
tur et stomaco applicet. Recipe spógias duas
quátitatis pportionalis stomaco et age ut dic
tú est et tantú retineat ut nó tepeat neq frige
scat deinde taliter altera reiteret et sic fiat bis
aut ter secundú necessitaté. Postea amota spó
gia exsiccet stomacus cú páno suauiter cali/
do. ultio stomacú ipsum inungat cú untione
supius scripta uel apponat alterú cerotorú.
Cófectio stomaci cófortatiua etc. Recipe fisti
corú lib. sem. incidant minutim deinde cum
lib. i. sem. zucari albi cóficiat cú his spébus
Recipe ambre gra. x. granorú padisi. ℈. ii.
macis. ʒ. sem. zucari dissoluat cú aqua men
te et fiat cófectio ad formá dactilorú quorú q
libet sit ponderis trium aut quatuor dragma
rum. de his summat unum ante cibum et
unum post cibum. Istorum supra scriptorú

medicaminum usus rarior sit tempore magni caloris: sed a principio octobris usq; ad principium maii ea magis frequentare potest. sed ubi fuerit necessitas utatur tẽpore estatis hac confectione que stomaci et epatis est confortatiua uidelicet. Recipe specierum aromatici rosati descriptione gabrielis. ʒ. i. specierum trium sandalorũ sine camfora. ℈. ii. seminũ maiorum frigidorum. ʒ. sem. zucari albissimi. ʒ. vi. misce et cum aqua endiuie fiat cõfectio solida in morsellis quorũ quilibet sit triũ dragmarũ de hac confectione sumat de mane ante prandium unum morsellum deinde stet tribus horis antequã comedat et hac uti cõuenientius potest tẽpore estiuo. Pill. non solutiue stomaci et epatis confortatiue. Recipe trociscorum rosarum descriptione secunda mesue. ʒ. i. trociscorum de sandalis. ℈. ii. reformentur pill. vi. numero cũ succo endiuie harũ pill. stomaci confortatiue et caliditatis epatis remissiue sumat. v. aut septem ante prandium per. v. horas et his uti potest quocunq; tempore anni saltem bis in ebdomada. et eis sic uti incipiat post purgationem. Confectio stomaci etc. priori efficatior. Recipe diagalãge aut confectione de citro.

## Nouus canon.

Preseruet epar ne sup. calefiat iuxta cano. ix. Recipe sandalorum alborum et rubeorum anna. ʒ. i. rosarum spodii. anna. ʒ. i. sem. extremitatum squinanti. ʒ. i. ligni aloes. ℈. i. olei rosati. ʒ. ii. pisteritur pistanda subtiliter et cum modico cere fiat unguentum molle quo inungatur regio epatis mane et sero quando esset frequens usus istarũ rerum calidarum aut tempus calidum aut forte exercitium propter quod suspicaret de epatis supercalefactione. Vnctio priore efficatior Recipe ceronum galieni cum quo inungat ut dictum est in uncione imediate prescripta. Epithima epatis. Recipe specierum ceroti sandarini sine camphora mesue. ʒ. sem. pulueris absinthii. ʒ. i. aque endiuie. ʒ. vi. aque eparice. ʒ. i. aque absinthii. ʒ. ii. misse et epitimet epar cum petia dupla longitudinis unius semissis et latitudinis digitorum. iiii. prius infusa in ipso epithimate deinde postea super epar et hoc ante prandium et cenam. si medicamen permutare uult utatur huiusmodi epithimate ut dictum est supra et securior usus ẽ taliter uti post purgationẽ.

## Cura accidentis primi

Cura istius accidentis pendet ex cura principalis egritudinis: nam rectificato stomaco rectificato digestio et confortatur uirtus expulsiua intestinorum obiectũ eiusdem uirtutis ꝓpter meliorem digestionem redditur eiusdem melius proportionatus ut faciliter apparet cõsideranti causas assignatas ipsius: fucitans. Recipe radicis blite longitudinis sufficientis pro suppositorio et abradatur et inde infundatur in oleo postea super aspergatur sale subtilissime trito et supponatur stomaco ieiuno. Aliud Recipe mellis. ʒ. i. salis cõis. ʒ. i. et fiat suppositoriũ quo utatur ut de priori dictũ est istorum suppositoriũ uno modo. uti potest modo alio. Clistere lenitiuũ. Recipe malue foliorum uiolarum anna. m. sem. radicũ maluauisci lib. sem. cartami. ʒ. i. buliant omia in lib. iii. aque usq; ad consumptionẽ medietatis postea colet et colature addatur cassie zucari ru. anna. ʒ. i. olei. ʒ. iii. salis. ʒ. ii. et calidum stomaco ieiuno supponatur. Clistere ad eandem intentionem Recipe brodiũ galli antiqui aut caponis pigwis aut capitis ouis sed melius est galli postea caponis deinde capitis ouis lib. i. sem. cui addantur cassie zucari rubei anna. ʒ. i. salis quantũ sufficit fiat clisterium hoc utatur ut dictum est de priori. Aliud clistere. Recipe caulium non transplantatarũ m. i. buliant cum oleo in aqua tribus aut quatuor ebulitionibus. deinde suscipiatur de isto brodio quantũ sufficit pro clistere et istorum clisteriorum modo potest uti uno modo alio. Sorbitio uentris lenitiua. Recipe brodii pinguis caponis uel galine. ʒ. xii. medulle cartami grosso modo pistati. ʒ. iiii. cartamus in dicto brodio buliat usq; ad consumptionẽ tertie partis brodii postea coletur et colature addat penidiarũ. ʒ. i. sem. et de ipso calido sorbeat et super ipso non dormiat et stet ieiuna dominatio sua duabus horis ad minus et ad amplius tribus et postea prandeat. Alia sorbitio. Recipe passularum dulcium enucleatarum. ʒ. i. sebesten numero. x. ficuum citrinarum pinguiũ siccarum numero. vi. buliãt omnia i lib. i. brodii piguis uel caponis uel galline usq; ad consumptionem tertie partis. postea coletur et colature addatur penidiorũ. ʒ. sem. et sorbeat ut dictum est in precedenti. Alia sorbitio. Recipe braficarum. i. caulium non transplantatorũ. m. i. olei dulcis et clari. ʒ. iii. brasice non lauentur et buliant in lib. i. sem. aque quousq; fiũt parum cocte deinde addatur oleum et buliant una ebulitione postea de isto brodio sumatur. ʒ. viii. et ipsũ calidum sumat modo et ordine qui dictus est de aliis sorbitionibus. quando non comederent carnes et uti uellet lenitiuo sumat supradictũ

brodium ut dictum est. Lenitiuum aliud. Recipe trementine munde lucide non lote. ℨ.ſe. aut. ʒ.vi. ad libitum uel. ℨ.i. zucari triũ coctarũ puluerizati quantũ ſufficit ad ipſam terbentinam debite inuoluendã uel inuoluatur in ſcaleta uel neuola prius madefacta in uino dulci q̃tum ſufficit ad debitam terbentine inuolutionem et inde aut tota ſimul aut in fruſtris tranſglutiatur huiuſmodi terbentina taliter in zucaro uel in ſcaleta inuoluta ſumaẽ in aurora uel cum ſurgit in quolibet tempore anni. Excepto tempore magni caloris et hac uti poteſt ſemel aut bis in qualibet ebdomada modo et ordine dicto. Pill. uentris ſolutiẽ Recipe pill. deſanguinarũ una uel. ii. uel. iii. ante cibum ad libitũ mane uel ſero uſus iſtarum ſatis conueniens eſt. quoniam materias exiſtentes in ſtomaco euacuant non trahẽdo multum a membris aliis his uti poteſt ad libitum. Et excepto tempore magni eſtus in quo rarior ſit uſus. Porio ad idem ſolutiua. Recipe pulueris yerapig. deſcripte a Galie. vii. terapeutice. ʒ.ii. aut. iii. ad libitum diſſoluatur cum brodio pingui et bibat ante cibũ p quattuor horas hunc potum ſibi cõuenientiſſimũ ſumat ad libitum cum uenter eſt ſtiticus aut cum ſentiret ſtomacum grauatum in hoc accidente fui prolixus preterea quia puto ꝙ huiuſmodi ſtipticitas multum addat in maliciã principalis diſpoſitionis.

## E magnifice

Imbaſſiator impoſterum domi natio. v. accidat in diſpoſitionẽ malam multum uerẽdam a qua gratia dei eurata eſt ſeruabit hunc regimen quod in duas diuidam partes quarũ in prima erit circa debitam adminiſtrationem ſex rerum non naturalium que ſunt aer cibus et potus motus et qes inanitio et repletio ſomnus et uigilia et accidentia anime. Secunda uerſabitur circa modum debitum purgandi temporibus cõuenientibus pertractans partem primam ab aere ſermonem incipiam.

**De aere.** Sit aer habitatiõis calidus et ſiccus qui ſi nõ ſit talis naturaliter fiat artificialiter aut cũ ſtuba ſicca uel igne in camera incenſo cum lignis odoriferis cuiuſmodi ſunt lignũ iunipe ri lauri roris marini ſauine abietis et ſimiliũ ꝙ ſi talia ligna non haberentur fiant ſuffumigia in camera que tamen ſunt uarianda ſecũdum uarietatẽ temporũ ſuffumigiũ cõueniẽs tempore hyemis eſt tale ſicut. Recipe thuris laudani ſtoracis calamite anna. ℨ. ſem. galie muſca. ʒ.i. piſtentur et incorporentur cũ uino maluatico et fiant trociſci ponderis. ℈. ii. pro quolibet et horum unus ponatur ſup carbones in camera aut aula. In uere conueniret iſtud. Recipe florum uiolarũ borragis camphore anna. ʒ.i. laudani ſtoracis anna. ʒ.ii. reformentur trociſci cum aqua roſata et utatur ſicut precedẽtibus. et ſi eſtate opus eſſet fiat tale ſuffumigiũ. Recipe ſtoracis calamite ℨ.i. galie muſc. ℨ.ſem. camphore. ʒ.ii. pulue rizentur et cũ opus eſt ponantur. ℈.ii. iſtius pulueris ſuper carbones ſed tempore autũni utatur tali ſuffumigio Recipe ſtoracis liquide. ℨ.ſem. laudani ſpodii anna. ʒ.i. turis ſtoracis calamite anna. ʒ.vi. fiant trociſci cũ aq̃ melliſſe ad pondus. ℈.ii. pro quolibet et fiat ut dictum eſt. Vitandus eſt aer nebuloſus et ſtufarum humidarũ et aer uentoſus maxime flante auſtro et paludoſus. Sed cũ aer accipiat uarietatẽ ex aſpectu ad diuerſas plagas iõ eligatur locus habens aſpectum uerſus orientem ſitꝙ elongatus a curſibus fluuiorum et a paludibus et ſtagnis non habeat teſudines as reuolutiones ex muro conſtructas et potiſſime antiquas. et quia aeris applicatio ad corpus humanum propter ueſtes poteſt multis modis uariari ideo de ueſtibus ſub aere reponentur. in primo dico ꝙ tempore eſtatis i nocte retineatis in capite infulam uel birretum ex pellibus dorſalibꝫ uarorũ et ſint infule habentes appendiciaſ uſꝙ ad locum ubi collum ſpatulis cõiungitur in hyeme uero muniant infule pellibus agnorum pinguium et bene calidorũ. in temporibus autẽ mediis ſint me die pelles in caliditate et adhereant infule dicte imediate capiti ita ꝙ nullũ mediet birretũ. ſed ſepe exſiccentur propter humiditatem adherentem et ſepe permutentur. et ſimiliter reliquũ corpus muniatur ueſtibus ſufultis pellibus magis et minus calidis ſecundũ temporum diuerſitatẽ et reponantur ueſtes in loco ubi ſit muſcus aut ambra aut ligni aloes. Pedes ſint bene muniti pedulis ſepe mutatis ne ꝙ ſint ſotulares multũ ſtricte neꝙ caligeſint multũ extenſe et protenſe prohibent enim talia curſum ſanguinis et ſpirituũ ad predicta loca debite diffundi.

## De cibo et potu.

Anteq̃ de cibis loquar premittende ſunt quedã regule. Prima nunq̃ comedendũ eſt niſi uera et naturalis fames affuerit. Secũda non tardetur fames dum uerus adeſt appetitus. Tertia dũ appetitus ẽ intenſus nunq̃ eſt uſꝙ

ad saturitatem comedendū. Quarta nunquā comedendū nisi percipiatis cibū precedentē a stomaco ad intestina descendisse. Et ideo in hoc consideranda ē quantitas cibi assumpti et tempus quo fuit assumptū et ideo securius ē ut inter unū cibum et aliū interueniant octo hore et ad minus septē. Quinta nō est comedendū dū in stomaco sentitur fastidium. Istis premissis dico ꝙ uinum sit colore albū et substantia subtile in sapore aliqliter dulce et aromaticum. Vinū uero nō boni odoris aut turbidum non bene defecatum ē malum pariter uinum austerum aut nigrum aut rubeū grossum et uehementer dulce. Sed cum uinum recipiat diuersitatem ex loco in quo nascit᷑ melius est uinum montanū uel explanicie acceptum a paludibus et locis umbrosis elongatū Conueniunt etiam uina artificialia cuiusmodi est istud. Recipe barile unum musti albi in quo hec infundantur uidelicet florū roris marini florū saluie anna lib. i. sem. galange zen ze. granorum paradisi anna. ʒ. i. sem. passularum lib. iii. pistentur grosso modo et ponātur in dicto musto ut buliant. et hoc uino potest in hyeme uti saltem in principio cibi sumendo duas tertias unius ciati aut unū ciatū sed circa potum iste regule seruentur. prima si ꝑpter exercitiū inualescit sitis et multa potus quantitas sit necessaria. tunc parum de cibo est assumendū. Secunda si uinum limphari oportet fiat per quatuor horas anteq̄ bibatur. Tertia linphetur cum aqua decoctōis anisorum uel feniculorū uel cinamomi tempore hyemis in estate uero cū aqua simpliciter cocta uel decoctionis passularū. Quarta non est post prandium aut post cenam bibendum cū transiuerit medietas hore post cibum. Quinta non est bibendū stomaco ieiuno et ideo in mēsa nō nisi post plures bolos bibendū est. Sexta potus uini non est conueniens post comestionem fructuū recentiū et humidorum. nam cum uinum sit maxime penetrator facit ipsorum aquositatē in uenas labi.

## De pane.

Panis sit ex frumento mundo in loco nō sterconzato neqꝫ paludoso nato sitqꝫ debite fermentatus cōuenienter coctus et parum salitus nō minoris etatis unius diei nec maioris triū aut quatuor dierum a quo ex toto non excutiatur furfur.

## De carnibus.

Primo cōsiderandū est quorum animalium sunt conuenientes. deinde quorum membrorum ꝑtes sunt eligende. Tertio de modo preparationis ipsarum. Generaliter uitande sūt carnes difficilis digestionis et grossi et uiscosi nutrimenti. Cuiusmodi sunt carnes bouine caprine porcine et anserū et ferre oim animalium et auium degentiū in aquis. Ex aialibus domesticis quadrupedibus eligende sūt carnes uituli non multum natiuitati propinq sed ad minus per quinquaginta dies longini qui et non amplius octo aut. x. mensium carnes edine non transeuntes mensem cum dimidio. carnes agnorum et castratorū. De siluestribus bone sunt caprioline caro leporis sed carnes ursi coniculi ericii dimittant᷑. De uolatilibus domesticis cōuenit pulli non multum parui capones galline et columborū iuuenum uolare incipientium. sed ex siluestribus eligantur carnes sturnarum coturnicū fasianorum perdicum merulorum franguilorum et aliarum auium paruarum degentium in pratis et nemoribus. caro anatum anserū pauonum folegarum et breuiter auium degētium in aquis et paludibus dimittantur. De animalium partibus infrascripte eligant᷑. ꝑmittendo primo ꝙ omnes ille ꝑtes dimittantur que grossum et uiscosum generant nutrimentum sicut sunt cerebrum collum cutes et similes. Secūdo si quādoqꝫ placet sumere tales ꝑtes ꝙ condiantur cū aliquo sapore subtiliatiuo et incisiuo facto cum aromatibus et aceto et passulis et similibus. Tertio ꝙ omniū animaliū anteriora sunt calidiora quā posteriora et ideo digestioni meliora posteriora uero econtra. Cerebrū non conuenit quoniam nocet stomaco et est generatiuū grossi et uiscosi nutrimenti. iii. alimentorum. Medulle uniuersaliter uituperantur quoniam uilos stomaci mollificant et appetitum prosternunt. Venter frigide et sicce complexionis pōt aliquādo uti licet usu raro et cum rebus aromaticis. pulmo malus et dimittendus cor difficilis est digestionis pauci et grossi nutrimenti ideo dimittatur epar licet calide et humide sit complexionis quia tamen generat sanguinē grossum difficilis penetrationis. et est dure digestionis non conuenit. Splen frigide et sicce complexionis pauci nutrimēti et grossi nō utatur. Non conueniunt renes cum sint difficilis digestionis et pauci et mali nutrimenti. Intestina frigide et sicce cōplexionis iō pauci nutrimenti et difficilis digestionis ideo nō conuenit. stomacus siue uēter animaliū grauis est digestionis minus tamen uituperantur uentres auiū quā quadrupedū. Vētres tamē gallorū et gallinarū si bene digerātur stomaco conferūt et maxime interior pellicula ipso

rum imo si pluries cum optimo uino lauetur postea exficcetur et pulueri zetur est stomaco presidiū optimū. Caude etiam animaliū sūt dimittende. Animaliū pedes quāuis sint ui/scosi nutrimenti quia tamen sunt paucarum superfluitatū. et humor ex eis laudabilis id'o potest uti aliquando licet raro. Testiculi uero calidi sunt et humidi et omniū animaliū quā to sunt maiora tanto eorum testiculi sunt dif ficilioris digestionis tamen si bene digerant sunt multi nutrimenti inter testiculos illi sūt meliores qui sunt ex animalibus iuuenibus et uolatilium sunt meliorum gallorum perdi cum et fasianorum sed quadrupedū melioref sunt agnorum edorū et uitulorū. Ale uero cum se notabili exercitio excitentur laudant caro musculi rubea inter ceteras carnes lau/dabilior est et precipue cum non fuerit multa pinguedine confusa neq ab ea totaliter denu data pingues autem excellentes carnes nutri mentum humidū prebent et multarū supflui tatum. Caro ossibus adherens et mēbris sp/maticis propinqua prestat grossum et uisco/sum nutrimentū licet inter cetera saporosum

## De modo preparatio

nis. Pro quo premittendū primo q omnium animaliū habentium corpora grossa solida et macra carnes elisse meliores sunt quā aliter prepate. secundo quod uolatilium pinguium carnes assate meliores sunt quā elisse sed ma crorum econtra. tertio quod carnes nō come dantur que fuerunt cocte cum cibis frigidis sicut cum pisis recentibus et fabis similiter si fuerint cocte cum cibis faciliter corruptibi libus quemadmodū cum lacte et similibus. quarto non comedantur carnes assate postq̄ fuerint in uase per modū suffucationis refer uate reponuntur enim in specie uenenorum. sexta quarti elisse carnes debite cocte sunt di gende caro in uere assata si bene digeritur ē boni nutrimenti sed quia tarde digeritur nō debet ex ea multa fieri repletio caro cum pin guedine frixa fastidiū generat stomacū nau seat et caput grauat caro super prunas assata si bene digeritur multum nutrit et corpus ro bustum reddit quia tamen difficilis ē digestio nis melius est dimittere. Carnes in furno as sate licet digestioni graues existant tamen qa nutrimentū dant solidum potest uti aliquādo eis licet raro. carnes in aceto condite et aro matibus cuiusmodi sunt gelatiua sunt conue nientes. De saporibus cum carnibus conue nit qui fit ex amigdalis gariofilis pipere ser pillo et aceto aut ex amigdalis mica panis zē zebre et aceto.

## Piscis usus absolute

non est conueniēs. Si aliquando uti uult eli gantur pisces substātia mediocriter solidi hu miditate superflua priuate et uiscositate sicut q̄ scamosi degentes in aquis currentibus et petrosis quales sunt trute caucdāi barbuli lu cii menule carpiones et similes. Sed pisces grossarum et mollium carniū absq̄ squamis omnino dimittant sicut sunt anguille tence et similes. Prepatio horum pisciū melior est cum coquuntur cū oleo oliuarum petrosimu lo menta aniso et feniculo aut super graticu lam et aspergantur oleo et modico aceti et sa le. Ex ouis conueniunt uitelli albumine abie cto et sint taliter cocte ut sint sorbilia aut tre mula frixa sunt mala. Lactis usus nullo mo do conuenit neq casei q si ad ipsum uolūtas esset utatur caseo medio inter recentem et an tiquum sed eius usus sit rarus et solum in si ne mense et pauca quantitate. Butirum non conuenit propter eius multam humiditatē et quia stomacū debilitat et neruos mollificat. Conuenit oleum ex oliuis bene maturis. itē etiam oleum de nucibus quāquā caput aliqua liter grauet stomacum enim cōfortat. Mel cō ueniens est cum flegmaticis optimum sit. vi. de regimine sanitatis tempore uero estiuo ei us usus dimittatur cum faciliter in colerā cō uertatur. Vsus zucari optimus est eo q con uenit stomaco et flegma abstergit. ii. cano.

## De leguminibus pre

mittendum est q corpora ipsorum sunt uen/tosa et inflatiua et ideo dimittantur. secundo q inter cetera legumina fasioli fabe cicera al ba caput et neruos ledūt et ideo eorū usus ma lus. Cicerum rubeū siue nigrum brodio uti aliquando potest cum ipsorum brodium ape/ritiuum sit et lauatiuum et materias diuertit ad uias urine q si cum granis decoquantur radices feniculi petrosimili melius est tempo re hiemis tempore uero estatis cum predictis radicibus et radicibus endiuie aut cicoree. Panicū licet sit frigidum et siccum. secundo gradu et. xxi. continentis potest tamē aliquā do uti licet raro. Rizum calidū in primo sic/cum in secundo. xxi. continentis non conue nit stante uentris sticitate sed ubi hoc non ob staret conuenit. lentes omnes euitande sunt. Conuenit far coctū postea colatum et cū lac/te amigdolarū conditū. De oleribus dicendū est primo q usus frigidorū et humidorū ole rū uitādus ē. secundo quod olera calide et sic

ce complexionis conueniunt. conuenit usus
saluie feniculi petrosimili mente serpilli roris
marini maiorane ozimi gariofilati aneti ter/
foliu boraginis buglosse blite bene cocte ysso/
pi et caulium non multum coctorum quauis
ipsorum brodium sit melius folijs. Lactuca
uero cicorea spinacia epatica. et relique her/
be frigide et humide dimittantur nisi aliqua/
do tempore estatis gratia excitandi appetitum
ut potest endiuia aut lactuca gratia somni p/
uocandi. De radicibus potestis rafano et ma
xime post cibum cu sit dissolutiuum flegma/
tis et aperitiuum et ipsius per uias urine edu
ctiuum conuenit etiam bulbus siue scalonia
alium si non grauauerit caput cepe et maxie
coctum et conditum melle aut zucaro et acet/
to et porrum carote bauce siue pastinace. Ra
pe uero propter earum superfluam humidita
tem non conueniunt. De extremitatibus su/
periorum plantarum conueniunt sparagi lu/
pulli capares. Fructus plantarum cuiusmodi
sunt cucurbita citrulli cucumeres popones
omnes mali et dimittende. De fructibus ge/
neraliter premittendum est quod cum ipsi sint ua
porosi uentosi et humidi et facile corruptibi/
les minus est eos dimittere. Secundo quod om/
nes fructos humidi deteriores sunt qua sicci
Tertio quod fructus lenitiui debent premitti
aliis cibis stitici uero econtra. Quarto fructus
qui post cibum comeduntur cocti sunt ut plu
rimum meliores aliis .s. crudis. Conueniut
amigdale ficus sicce albe bene mature sed re
centes quare non ita stomaco conueniunt io
non sit eoru usus frequens. passule sisuci gra
na pini in aqua calida infusa et postea exsicca
ta aliquando licet raro uti potest ceresis bene
maturis et moris maturis ante cibum et potis
sime cum uenter est stiticus. Caueat a psicis
piris malis ensomilis dactilis iuiubis prunis
granatis acribus et a muzis licet sint nimis
acribus et uuis recentibus. Citonio aliquan
do uti potest post cibum cocto et cum zucaro
condito nuces et si sint calide et sicce quia ta/
men ad digerendum graues et capiti nocent
dimittantur. Auellanis uti aliquado potest si
primo adurantur aliquando licet sint dure di
gestionis. Sup fercula uti potest istis aroma/
tibus uidelicet Recipe cinamomi. ℥. sem. pi/
peris. ʒ. ii. zenze. ʒ. i. gariofiloru nucis mu
scate granoru paradisi anna. ℈. ii. croci. ʒ. i.
pistetur omnia subtiliter.

## De repletione et in

anitione. Cum omni diligentia uitanda e im
moderata cibi et potus repletio et ideo caute/
la optima est cum adest fortis appetitus ut sur
gat a mensa cum reliquiis famis. item in co/
medendo melius est sepe et parum potus acci
pere qua multum et raro. Amplius quod ante ci
bum semper conetur habere uentris benefi
cium et post ipsum aliquod exercitium. Item
si in stomaco grauitatem sentiret aut nausea
uel fluctuationem antequa comedat uomitu
prouocet. sed cum uult uomitu prouocare iste
ordo seruetur. Primo quod ante uomitum re
pleatur stomacus cibis in substantia sapore et
odore diuersis ut grossis subtilibus unctuo/
sis dulcibus acetosis salsis acribus et uino dul
ci. Secundo quod post repletionem ad quartam
hore se forti aliquo exercitio exerceat. Tertio
cum uult uomitum prouocare ligari faciat fru/
strum coti super oculos cum benda et postea
cum digito radicem lingue coprimat aut pen
nam oleo in untam gutturi imitat quod si no
mete non potest sumat ciatum unum decocti
onis rafani cum. ℥. i. aceti et. ℥. i. sem. zuca/
ri uel mellis et totum tepidum sorbeat. uel su
mat succi radicum liliorum alborum olei co/
munis anna. ℥. sem, salis geme grana. viii. a
que fontis lib. i. et totum tepidum bibat. aut
sumatur succi corti cu sambuci. ℥. sem. et bi/
batur tepidus. quarto post uomitum lauetur
facies cum aqua rosata et aceto. quinto no fiat
post uomitum repletio ex cibo aut potu. sexto
quod si oportet uomitum in hieme prouocare eli
gatur hora diei calidior. septimo quod non fi
at uomitus nisi uentre existente a superfluita
tibus mundo. et si contingeret uentrem ee sti
ticum et feces retineri propter flegma uisco/
sum in intestinis adherens fiat clisteria dieb9
alternis aut bis in ebdomada aut semel secun
dum quod uidebitur expediens. Clistere con
ueniens tepore estatis. Recipe foliorum bli/
tis. m. ii. mercurialis. m. i. foliorum uiolaru.
m. sem. buliant omnia in sufficienti quantita
te aque et postea coletur de colatura accipiat
lib. i. sem. quibus addantur zucari rubei. ℥.
i. sem. salis. ʒ. iii. olei comunis. ℥. ii. olei de
camomilla. ℥. i. misce. sed tempore autumni co
uenit istud. Recipe foliorum blitis mercuri/
alis camomille maluarum anna. m. i. deco/
quantur ea i sufficienti quantitate aque et co
letur inde et de colatura accipiantur. ℥. xvi. q
bus addatur benedicte. ʒ. ii. zucari rubei. ℥.
i. sem. olei de camomilla olei uiolati ana. ℥.
i. sem. salis geme. ʒ. i. sem. in hyeme couenit
istud. Recipe blite florum camomille mercu
rialis, anna. m. i. cartami. ʒ. i. ficuu pinguiu
numero. vi. anisoru feniculorum anna. ℥. se/
mis buliant oia ut prius et de hac decoctione

sumantur. ʒ. xiiii. quibus addantur mellis. ʒ. ii. olei de aneto. ʒ. iii. salis geme. ℥. i. Tempore ueris conuenit istud. Recipe brodii pulli lib. i. sem. olei de camomilla olei liliorum albori anna. ʒ. i. sem. zucari rubei. ʒ. ii. uitelli ouorum numero. ii. salis. ℥. ii. Electuaria et condita conferunt ad stomacum confortandum et prohibendum flegmatum generationem et ad hunc intellectum materiam minorandam cuiusmodi sunt zenze. conditum cuius usus est de mane sumere radicem unam per tres aut quatuor horas ante prandium duabus aut tribus uicibus in ebdomada et conuenientior usus est a medio autumni usque ad medium ueris. nuces condite aromaticum rosatum descriptione gabrielis diagalanga. Sumere semel aut bis in ebdomada. ℥. sem. pill. alefanginarum parum ante cenam aut pill. que hoc modo fiunt est conueniens. Recipe pill. yere galieni. ℥. i. agarici. ℈. i. salis geme gra. iii. reformentur pill. vii. numero pro. iii. cum oximelle simplici et de his sumat ut dictum est.

## De motu et quiete.

Cum exercitium in conseruatione sanitatis non paruum afferat iuuamentum premittendum est quod non fiat exercitium nisi pulsis superfluitatibus prime et secunde digestionis. secundo quod non fiat nisi postquam cibus in stomaco et epate fuerit digestus. tertio quod mensura exercitii tanta sit ut ad lassitudinem exclusiue producat quarto quod cum per exercitium contingerit lassitudo quod ab eo statim desistat. quinto quod exercitia consueta meliora sunt inconsuetis. sexto quod exercitium uniuersale quod fit aut peditando aut equitando uel faciendo corpus fricari incipiendo a genibus usque ad pedes et postea a radicibus coxarum usque ad genua et ab humeris usque ad manus etiam a collo usque ad nates est melius particulari quod est unius membri solum aut quorundam. quiete utendum est post cibum et tempore lassitudinis.

## De somno et uigilia.

Loquendo de somno premitti debet quod hora dormiendi conuenientior est nox quam dies. secundo quod non est dormiendum imediate post comestionem immo distet somnus saltem duabus horis a fine comestionis. tertio quod nullo tempore est dormiendum capite detecto. quarto quod euitetur somnus diurnus nisi in casu quo in nocte non dormiret in quo tunc post prandium aut ante tertias quod conuenientius est concedatur. quinto quod dormiendum est capite eleuato et corpore conuenienter pannis tecto. sexto quod non est dormiendum resupine. septimo quod somnus sit vii. aut. viii. horarum sed non transeat. ix. octauo quod somnus sup uentrem iuuat digestionem quamuis noceat oculis. Ordo igitur talis erit quod assumpto cibo stabit duabus horis postea exuto corpore lectum intrabit capite alte situato et corpore pannis conuenienter tecto dormire incipiat sup latere dextro et cum excitatur uoluatur sup sinistro et completo somno secundo redeat sup latus dextrum et compleat mensuram sui somni. Sit somnus in lecto de pluma cum lenteaminibus reseruatis in capsa ubi sit muscus aut lignum aloes nux muscata folia lauri aut ambra uel aliquid talium similium bene redolentium. Reliquum tempus ab eo quod requiritur pro somno uigilandum est.

## De accidentibus anime

Ira non multum fortis gaudium leticia spes confidentia bona conueniunt. nocent autem ira fortis timor furor tristicia inuidia sollicitudo. coytus uero uel reponatur sub capitulo de exercitio uel de inanitione et repletione aut accidentium anime aut aliis placet qualitercumque fuerit dummodo superfluus sit multum nocet nunquam accedendum est ad coytum nisi natura ex se requirente absque quod a causa exteriori inuitetur cum fuerit completa digestio prima et secunda sit semel in ebdomada aut bis et post ipsum in somno occupetur et istud quantum ad partem primam.

## De parte secunda.

Conuenit purgari in uere et autumno. in uere in fine martii aut in principio aprilis. in autumno in fine septembris usque ad medium octobris. Purgatio conueniens in uere sic fiat in primo die stomaco ieiuno fiat clistere quod conuenit tempore ueris supius scripto in cap. de inanitione et repletione in sequenti die post finem cene ad. vii. aut. viii. horas sumat hoc minoratiuum et lenitiuum calidum super quo potest imediate cum sumpserit dormire in media hora et differat prandium suum quinque horas ab hora assumptionis Recipe agarici turbit anna. ℥. sem. buliant ista in libra. i. aque usque ad consumptionem medietatis postea coletur et cum colatura dissoluantur cassie nouiter tracte. ℥. x. et fiat potus. in sero fiat ante cenam tale clistere. Recipe aque ordei in qua furfur sit lotus lib. i. sem. mellis zuca. ru. anna. ʒ. i. uitelli ouorum numero. ii. salis parum et calidum imponatur in die sequenti in aurora sumatur calidus iste syrupus uidelicet Recipe oximellis compositi. ʒ. i. sem. syrupi de bisantiis. ʒ. sem. aque feniculi aque cicoree aque scolopendrie anna. ʒ. i. misce et aromatizentur cum modico cinamomi hunc syrupum continuabit. vi. aut

vii. diebus mō et ordine suprascripto in die sequenti ad diem ultimi syrupi assumpti sumat infrascriptā medicinam mō et ordine scripto de assumptiōe lenitiui et minoratiui in die postea sequēti de mane fiat clistere ex lotura furfuris cum aqua ordei melle et zucaro erono ut dictum est supra. et se non multo in prandio grauet cibo neqꝫ potu sed in prandio sumat pro ferculo ferculū factum ex borragine petrosimulo et menta cum carne pulli aut galline. Incipiat postea omni mane cum surgit aut antequā surgat sumere. ʒ. ii. istius mistionis confortantis stomacū et deopilantis splenem. et hac utatur per totum mensem aprilis Recipe specierum aromatici rosati descriptione gabrielis. ʒ. ii. specierū dialacte. ʒ i. mellis dispumati. ℥. v. et fiat electuarium de quo sumat ut prius dictum est. Post istorum syruporū assumptionem sumatur infrascripta medicina cum modo et ordine et dilatione prandii lenitiui et minoratiui superius scripti excepto quod in fine. v. horarum ab hora assumptionis dicte medicie sumat unus ciatus aque ordei calide cū. ℥. i. mellis rosati colati et post istum differatur prandium una hora. Recipe passularum. ℥. i. macis anisorum anna. ʒ. i. florum boraginis florum buglosse anna. ʒ. ii. polipodii. ʒ. iii. buliant omnia in lib. ii. aq̄ usqꝫ ad consumptionem medietatis postea coletur. et cū colatura dissoluatur electuarii indi. ℥. sem. agarici. ʒ. sem. salis geme gra. iii. et fiat potus. Et in die sequenti assumptionis medicine fiat clistere lauatiuum ut dictum ē post assumptionē minoratiui et utatur infrascripto electuario per totum mensem aprilis usqꝫ ad medium maii sumendo de eo in aurora. ʒ. ii. et differendo prandium saltem tribus horis. Recipe specierum aromatici rosati descriptione gabrielis. ʒ. ii. specierum dialacte ʒ. i. zucari. ℥. v. dissoluatur zucarū cū aqua absinthii et fiat electuarium de quo ut prius sumat. nam istud electuarium cōfortat stomacum et aperit opillationes epatis. In autūno uero fiat purgatio talis premittatur clistere qꝫ conuenit tempore autūni scripto superius in capitulo de inanitione et repletione in die sequenti sumatur istud lenitiuum et minoratiuum cum ordine et modo superius posito in assumptione lenitiui et minoratiui tēpore ueris. Recipe fumiterre lupullorum anna. m. i. passularum. ℥. i. foliculorum sene. ℥. sem. florum borraginis. ʒ. ii. anisorum. ʒ. i buliant omnia in lib. i. aque usqꝫ ad consumptionem medietatis. postea coletur et cum colatura dissoluātur cassie nouiter tracte. ʒ. xii. et fiat potus in sero eiusdem die sequatur clistere scriptum post assumptionem minoratiui ueris in die sequenti sumat sex aut septem diebus infrascriptum syrupum modo et ordine supius scriptum Recipe oximellis simplicis. ℥. i. syrupi de fumo terre syrupi de bisansis anna. ℥. sem. aque boraginis aque feniculi aque lupullorum anna. ℥. i. misce post dicti syrupi assumptionē sumatur ista medicina cum ordine suprascripto de assumptione medicine ueris. Recipe lupullorum capillorum ueneris. anna. m. i. foliculorum sene. ʒ. i. polipodii. ʒ. ii. florum boraginis florum uiolarum anna. ʒ. i. anisorum maratini anna. ʒ. sem. buliant omnia in lib. i. aque usqꝫ ad consumptionem medietatis postea coletur et de colatura accipiatur quātū sufficit pro dissoluēdo agarici. ʒ. sem. salis geme. ℈. sem. electuarii indi confectionis amech anna ʒ. ii. sem. et fiat potus in sequenti die fiat clistere lauatiuū superius ordinatū post solutiuū ueris. Postea utatur isto electuario diebus alternis sumendo de eo i aurora quantitatē. ʒ. i. sem. pro uice differendo prandium saltim horis quatuor Recipe diaborraginati. ℥. i. dianthos. ℥. sem. diacucurme. ʒ. ii. misce. Ista mistione q̄ habet cor et stomacum confortare et aperire epatis opilationes utatur ut dictum est per totum mensem Septembris.

¶ Bauerius de Baueriis.

# Dispositio no

bilis et magnifici domini Latislai est grossities palpebre inferioris oculi cum rubedine quadam pruritu et casu pillorum aliquorū eiusdem palpebre cum quadam leui ulceratione. Causa istius dispositiōis est materia ad grossiciem tendēs plus tamen et minus. nam in principio ē minus grossa in processu magis. et hec potest esse sanguinea colerica flegmatica et melācolica quecūqꝫ aliquam acquisiuit adustionē quapropter redditur salsa siue nitrosa que ratiōe sue grossitiei facit palpebre ingrossationem. sua uero nitrositate corrodendo radices pillorum palpebre facit eos cadere et in locis ubi figebantur remanent quedam ulcerationes et simili causa hec materia sua nitrositate est attractiua materie calide. unde rubefit palpebra et causat̄ pruritus. Hec dispositio cuius causam assignaui apud Auic. iii. tertii tractatu secundo dicitur sylac. unde dixit. Sylac ē grossities palpebrarum pueniens a materia grossa nitrosa et male dispositionis propter quam

rubent palpebre et cadunt pili et adducit ad ulcerationem prium in quibus sunt infixi pili et sequitur corruptio oculi .s. quandoqз. uidelicet cum illa materia attingeret coniunctiuam et asperaret ipsam. Et Rasis secundo cōtinentis prope finem dixit. Sylac est grossities palpebrarum cum rubore et corrosione lacrimalium et casu pilorum quod intelligēdū est ut prius expositum ē. Vtplurimum tamen contingit ꝙ cum hac materia grossa pmiscea tur materia colerica subtilis faciens prurituū in loco propter cuius materie permixtionem et pruritum inde sequentem yesus aly . azarainus dixerūt quod sylac fit a materia nitrosa subtili. et quia utplurimū dicte materie concurrunt in sylac .s. grossa nitrosa et subtilis acuta mesue in suo de appropriatis in capitulo de casu pillorum palpebrarum loquens de cura sylac dixit. mūdificetur caput ab humore nitroso salsuginoso et ab humore acuto.

Et ex istis apparet quomodo differat presens dispositio a pruritu palpebrarum. nam in sylac est casus pillorum palpebre pacientis sed non in omni pruritu cadunt pili . item pruritus in sylac est cōmunicans a̅ ngulis oculorū sed in palpebrarum pruritu solum est in palpebris. unde Rasis loco supius allegato uertus principium. Sylac ē grossicies palpebrarum cum rubore et pruritu in angulis. Differt hec dispositio a scabie palpebrarum cum qua uidetur habere similitudinem propter qd' aduertendum est quod scabiei palpebrarum quattuor sunt species ut ponitur ab Aly. ix. theo. et a Rasi. ii. cōtinentis primo et secūdo cap. et a yesu aly. Prima est cum apparet ī interioribus palpebrarum rubor et sentit' pruritus in ea parte cum pauca asperitate et hāc intellexit Auic. loco superius allegato cap. de scabie oculorum. cum dixit. Incipit prius cū pruritu paruo deinde fit asperitas et rubificā tur palpebre. asperitas in hac specie accidit ꝓpter pustulas paruissimas facientes in pte intrinseca palpebre inequalitatem. Secūda species est in qua apparet maior asperitas et maior rubor de qua Auicē. dixit. Deinde fit ut granū fici et ulcerosa. De granu ficus loqueſ que intus infixa ficu carnositati et sūt admodum granorū panici que incipiunt locum ulcerare . Tertia species est in qua apparet adhuc maior aspitas intantū quod apparet scissura ibi et ulcerationes manifeste et si inuersas palpebrā uidebitur sicut ficus apta et scissa et ideo a quibusdā hec species uocat' ficulnea ut dixit yesus aly. Et hanc intellexit Aui. cū dixit. Postea adueniunt grana dura. i. pustule et cruste dure. cū uehementia scissionis adest. i. cum est multa scissura sicut scinditur ficus cum est matura etc . Quarta est in qua scissura et rubedo et apparitio granorum adhuc sunt intensiora quā in tertia ut uoluerūt aly et rasis locis dictis et hanc Auicē. dedit intelligere ex tertia quia non differunt nisi secundum magis et minus. Ex his facile comprehēdi potest in quo dispositio in qua agit'. differat a scabie. nam in sylac ē grossicies palpebre et asperitas in loco originis pillorū et rubedo in eodem loco. In prima species scabiei non adest illa grossicies ut in sylac in palpebra et rubedo apparet intra palpebram eā inuersando et asperitas in reliquis uero speciebus scabiei apparent cum palpebre inuersantur pustule et ulcerationes ut cōstat ex dictis que non sunt in sylac in carnositate intrinseca palpebri . Et silac recipit diuersitatem secundum uarietatem materie a quibus pendet nam quedam est a sanguine adusto quedam a flegmate etc. Silac de quo presens agitur est pendēs a sanguine cum permixtione flegmatis parumper adusti quod facile comprehendi potest si consideremus naturalem complexionem pacientis que naturaliter est calida et humida accidentaliter uero multiplicat flegma ut facile ex urina comprehendi potest.

Sed cum istis materiebus uerisimiliter ratione bauracitatis eorum miscetur aliquid colere ad locum attracte diuersificatur insuper dispositio ista secundum quod aliqua est recens et aliqua antiqua . Antiqua est difficilis cure pendens a materia grossiori et minus obediē te nature. recens uero est a materia subtiliori et ex istis dictis apparet quid sit hec dispositō et que sit eius causa et differentia inter ipsam et pruritum palpebrarum et scabiē ipsarum et signa et pronosticum.

## Cura istius dispositio

nis duobus perficitur instrumentis dieta scilicet et potione. Cura per dietam consistit in debita administratione. Sex rerum non naturalium que sunt. aer. accidentia. ai. motus . et quiēs somnus et uigilia. cibus et potus inanitio et repletio . Narrabo primo que sunt nocentia secūdū unamquāqз rem naturalem inde subiungam conuenientia. Nocet aer actualiter multum frigidus et similiter aqua frigida et maxime habentibus cerebrū frigidum aut debile aut habēti cōmissuras latas . unde hipo. v. affor. affo. xviii. Frigidū inimicū neruis etce . Cerebro quod de actuali intelligendum est. nam extinguit cerebri caliditatem.

unde superfluitates flegmatice multiplicãtur et uenti boreales nocẽt cerebro ledunt etiam uenti austrini quia humiditate replent caput. unde.iii.affor.affor.vi.austrini flatus grauãt auditũ et morare eapite discopto sub sole aut radiis lune capiti nocet.unde Auic.in prima tertii tractatu.iiii.cap.de subet. Ex somno p̃terea i sole timetur capiti et qui fit in luna facit possidere sanguinis screatũ qui fit cum rascatione propterea quod luna mouet humores. Et aer intense caliditatis nocet dissoluendo humores et debilitando spũs sua resolutione facit eos ad ptem debilem declinare et aer multe humiditatis sicut pluuiosus et nebulosus replet caput et cõmunicat materiam oculo.et ledit aer incaentatus sicut qui est ex antris.et maxime si in locis illis fiat somnus et moram trahere sub arboribus malarum umbrarũ sicut sub nuce taxo etc.offendunt oculos quecũq; cum uehementia oculos mouent ut colores multum albi aut rubei uel citrini et omnia multũ aromatica nocendo capiti nocent oculo tanquã ab eo orto.unde.v. affor. affo.xviii. Muliebra educit etc. Si nõ capitis grauedinẽ facerent. Cerebro et inde oculo nocet omne animi accidens nimis perdurãs maxime cum longa tristicia superflua sollicitudo et timor.obest somnus imediate post cibum factus et somnus diurnus et qcũq; fit capite depresso. Et uitãdum est exercitiũ ualde forte post cibum factum et omnis capitis calefactio et fricatio et pectinatio post cibum et pariter eadem hora nocet balneũ et capitis locio.et omẽs cibi et potus facientes post cõmestionem grauedinem aut in caput euaporationem sunt mali.et cibi et potus nocentes ori stomaci offendunt caput. et cibi et potus stomacum grauantes et in eo longam morã trahentes non conueniunt.et omnis repletio multa cibi et potus facietas nauseatiua et retẽtio superfluitatũ et superflua euacuatio et coytus superfluus nocent.

**De aere.** Conuenit aer in caliditate et frigiditate tempatus aut qui tempore hiemis aliqualem declinet ad caliditatem.tempore uero estatis ad frigiditatẽ leuem si non fuerit tempatus in passiuis uero qualitatibus declinet ad siccitatem sitq; serenus tranquillus et quietus et a uaporibus corruptis et odoribus fetentibus mundus.

## De accidentibus anime.

In accidẽtibus anime sit tempantia gaudeat.letetur uiuat iocũdus et bene spet de cura sue egritudinis etc.

## De somno et uigilia.

Somnus sit de nocte non de die in loco i quo non sit introitus solis neq; radiorum lune sit q; sine fumo.sitq; septẽ horarum non minus sex neq; amplius octo sit capite eleuato et corpore cõuenienter pannis tecto neq; dormire prius incipiat quã due hore elapse fuerint a fine cene non dormiat sup uentrẽ siue sup faciem neq; super latere oculi lesi sed super opposito latere sed si materia ad oculum flueret somnus resupinus concederet̃. licet propter alias causas tertia primi p̃hibeatur reliquum tempus sit uigiliarum.

## De motu et quiete.

Conuenit exercitium ante cibum depositis superfluitatibus prime et secunde digestionis sitq; exercitium in quo plus laborent tibie et membra inferiora quam caput ut est peditare uel equitare sed non sit exercitium nimis superfluum sufficit quod ad sudorem perducat exclusiue loco exercitii conueniunt fricationes cum panno lineo. incipiendo a brachiis trahendo uersus manus. deinde ab humeris retro spatulas inferius descẽdẽdo postea ad uentrem et tandem ad coxas et tibias cõuenit de mane capitis pectinatio premissa leui fricatione. et precipue precedenti euacuatione de qua infra dicetur. post cibum imediate assumptum melius est stare aut lento gradu incedere sed nullo pacto forte exercitium facere tẽpus quod inde super est datur quieti cauendũ est a coytu et precipue imoderato cuius usus sit iam cibo digesto et superfluitatibus euacuatis.

## De cibo et potu.

Vinum omne potens seu uinosum nocent cõceditur uinum album clarum pauciferum saporis medii inter dulce et ponticum uel parũ per declinans ad ponticitatem quod si pauciferum haberi non possit permisceatur secum aqua clara fontis aut sisterne et plus aut minus secundum uini potentiam. Cibaria omnia acetosa pontica salsa acuta aut difficilis digestionis aut malos generantia humores sũt uitanda et omnia que in caput euaporant aut stomaco nocent. Circa cibum assumendum quedam regule obseruande sunt. Prima nũquam comedendum nisi affuerit uera et naturalis fames. Secunda non tardet̃ comestio cũ uerus adest appetitus. Tertia dum appetitus multum fuerit intẽsus non est usq; ad facie/

tatē comedendum. Quarta non est comeden dum nisi sentiatur cibum precedentem ad in testina descendisse. Et in hoc considerandū est qualitas et quantitas cibi assumpti. nam ci bus unus citius alio digeritur et minoris quā titatis citius descendit quā maioris alus pari bus considerandum est etiam tempus cōmu niter debet cadere tempus octo horarum iter prandium et cibum sequentē sed non minus Quinta non est comedendum dum in stoma co sentitur fastidium. Sexta subtilia cibaria ordine comestionis premitti debent grossis ī eadem mensa. Septima mensura et quantitas in cibis et potibus talis tanta que sit ut ex eis non grauetur stomacus. unde tertia primi. Deterior enim cōmistio est que stomaci gra uitatem facit sicut deterior potus qui tempera mentum egreditur et in stomaco natat omnes iste regule colliguntur ex Auic. iii. primi ca pitulo de regimine eius quod comeditur et bi bitur nam ipsarum obseruantia facit ad boni tatem digestionis que in omni cura cuiuscū q3 morbi est fundamentum. Panis sit ex frui mento bene mūdo in messe bona collecto sit cōpetenter fermentatus bene ellaboratus me diocriter coctus non assatus colore candidus substantia non compactus sitq3 duorum aut ad amplius trium dierum. Carnes sint ex sil uestribus auibus starnarum perdicum fasia norum turdorum allaudarum ex domesticis caponum gallinarum iuuenū et pullorū. Ex quadrupedibus siluestribus concedūtur car nes caprioli leporis iuuenis in usu tamen ra ro quoniam sanguinē generat melenconicū ex domesticis uero laudantur carnes edi uitu le lactantis castrati et agnorum annualium a reliquis carnibus abstineat animalium ptes anteriores sunt meliores posterioribus dimit tantur ex interioribus animalium cerebrum et medulle quoniam stomaco nocent ipsorum uentres pulmo cor epar splen renes et intesti na difficilis sunt ista digestionis auium ping uium carnes asse sunt meliores quā elisse. re lique uero carnes melius prepantur elissate q̄ alio modo. Pisces sint raro usu. cum ipsos ac cipit sint capti in bonis aquis priuati uiscosi tate sintq3 scamosi sicut de aqs dulcibus ua rioli lucii carpiones trute capedani marsones menule et similes ex aquis salsis trilie solie aurate. Conceduntur oua recentia sorbilia aut tremula uel in aqua cocta dura uero aut frixa sunt mala rarus sit casei usus si tamen aliquādo sumitur eligatur caseus in etate me dius inter ueteŕ et recentem qui non sit uiseo sus imo frangibilis. Lac uero et que ex eis fi unt et butirum dimittantur. Ex leguminibꝫ cutande sunt fabe fasioli lētes. sed uti pōtest brodio cicerum rubeorum panico milio farre rizo. Ex herbis uti potest saluia borragie bu glossa lupullis petrosimulo menta blita feni culo. Sed quando prepantur herbe calide cū ipsis admisceantur spinacia aut borragines ut suis qualitatibus emendent caliditatem et siccitatem calidarum et siccarum caules et lac tuca quia usui nocent non sint in usu. Euitē tur radices sicut sunt rafanus. et radices que comeduntur porri cepe alba gilbus. Ex ipsis tamen minus nocent carote et baucie. Gene raliter de omnibus fructibus loquendo cum sint uaporosi uentosi humidi et facile corrup tibiles ut plurimum sunt dimittendi. si tamē comedere contingit fructus qui sunt humidi uentris lubricatiui sunt aliis cibis premitten di ut sunt uue ceresa mora et similia. Qui ue ro sunt stitici sunt post alios cibos sumēdi ut sunt citonia sorba nespila. et hi fructus stitici melioris sunt cocti quā crudi. De fructibus tamen uti potest passulis amigdalis dulcibus excoriatis et granatis dulcibus et mugis.

## De inanitione et re

pletiōe. Oī cū diligentia uitāda est multa cibi et potus repletio imo etiam humorum quoni am est causa omnium egritudinum materia lium. curet omni die habere bis uentris bene ficium aut saltem semel. et si nō habuerit na turaliter habeatur arte cum clisteri quod tem pore estatis hoc modo fiat. Recipe foliorum uiolarum. m. i. sem. mercurialis foliorum bli te anna. m. i. incidantur herbe et decoquant postea coletur decoctio de qua accipiatur una lib. sem. cui addant zucari rubei. ℥. ii. cassie ℥. i. olei uiolati et de camomilla anna. ℥. i. se. salis. ʒ. ii. et calidū stomaco ieiuno supponat Tempore uero hiemis fiat istud Recipe florū camomille foliorū maluarum et blite anna. m. i. anisorum feniculorum anna. ℥. sem. fi at decoctio de qua colata accipiat lib. i. se. cui addantur cassie. ℥. i. ierapigr. ℥. sem. olei de camomilla. ℥. iii. salis. ʒ. ii. potest etiam loco clisteris sumere aliquas pillulas quas inferi ti ordinabo capitulo et erunt usuales.

## Cura per potionem

plures habet intentiones. Prima est materie que est sub forma cause antecedentis euacua tio. Scd'a est eius diuersio. Tertia uero ē cāe cōiūcte resolutio. Quarta ē pillorū palpebre regnātio. Quita ē occurrere accidētibꝫ siqua superuenirēt. Prima intentio integratur ex

minoratione materie et eius digestióe deinde ipsius euacuatióe cum igitur urina sit nobis signum super dispositionē humorum et ipsa principaliter arguat peccatū flegmatis a minoratione flegmatis est incipiendum. Minoratione materierū existentiū in capite et i stomaco. Recipe pill. de yera simplici. ʒ. ii. agarici. ℈. i. salis gene gra. ii. reformentur pill. vii. cū oximelle simplici has pill. sumat post cenam ad octo horas super quibus potest dormire una hora aut una cū dimidia deinde uigilet quousq3 transeant hore sex ab hora assumptionis et non assumat aliquod lauatiuū imo tunc prādeat siue fuerint operate siue nō si non fuerint ante prandiū operate operabūtur post prandium. Digestiuū materiei flegmatice bauruchie in capite contente et hūoris acuti secum cōmixti. Recipe florum uiolarum nenufaris boraginis et buglosse anna. ʒ. ii. radicū feniculi endiuie. anna. ʒ. i. radicum apii et brusti. anna. ʒ. i. sem. florū sticados lupullorū fumiterre maiorane eufragie. anna. m. i. buliant oia insufficienti quantitate aque floribus exceptis qui in fine addantur postea coletur et colature addatur. zucari quantū sufficit et fiat syrupus et acetosetur cū aceto uini albi. Recipe supradicti syrupi. ʒ. ii. aquarū lupullorū mellisse capillorū ueneris anna. ʒ. i. hunc syrupū calidū sumat ante diem per horam super quo potest ad placitū dormire et ipsum taliter accipiat septé aut octo diebus donec in urina apparuerit humoris digestio. et ipsum taliter accipere incipiat in die imediate sequenti post assumptionē pill. minoratiuarū superius scriptarū. Eradicatiuum materiei digeste Recipe pill. cochiarum descriptione Rasis. ix. almansoris pill. aurearum descriptione nicolai anna. ʒ. sem. fiant pill. vii. numero istas pill. sumat post cenam imediate precedentem per horas noue in die imediate sequente ad diem complete assumptionis suprascriptorum syruporū super quibus cum acceperit potest una aut duabus horis dormire. horis duabus exactis non amplius dormiat et expectet donec transeant hore quinq3 ab hora assumptionis et tunc accipiat ciatum aque ordei calide cum. ʒ. i. zucari rubei et inde ad horam prandeat, quod si medicamen in forma potabili esset sibi gratius sumat istud calidum ea hora qua dictum é pill. debere capi in reliquis seruādo modum et ordinem qui ibi scriptus est. Recipe florū uiolarum capillorum ueneris sticados arabici anna. ʒ. ii. anisorum feniculorum anna. ʒ. i. passularum anna. ʒ. sem. nucis musc. ℈. ii. fiat decoctio secundum artem et postea coletur de colatura accipiat quantum sufficit ad dissoluendum cassie pinguis nouiter extracte. ʒ. vi. turbit eleci et zenze. anna. ʒ. sem. zenze. spice anna. ℈. sem. fiat potus qui si sibi fuerit gratior pill. sumat ut dictum é. Premissa suprascripta euacuatione imo si expedit eadem reiterata fiant particulares euacuationes uidelicet cum gargarismatibus et masticatoriis. Gargarisma fiat sic. Recipe florū sticados arabici maiorane anna. ʒ. sem. granorum sinapis. ʒ. ii. pistentur omnia modo grosso et buliant in lib. i. sem. aque usq3 ad consumptionem medietatis aque postea coletur et colature addantur oximellis simplicis. ʒ. iii. et cum hoc calido bis aut ter gargarizetur ante prandium. Masticatoriū Recipe masticis gra. viii. ponantur in ore et masticet cū q3 cōmassatus fuerit addantur gra. iii. piperis et simul masticentur et omnis humiditas que ad os descēderit expuat cum prima grana piperis fuerint resoluta addantur alia tria et sic successiue donec masticauerit. xx. grana istorum duorum medicaminum. s. gargarismatis et mastigatorii utatur modo uno mó alio. interponendo unum aut duos dies infra unū et aliud. et quia istius magnifici uiri complexio naturalis est sanguinea. post euacuationē cum pill. aut medicina cum pet syruporum assumptióe erit sanguis factus subtilior et minus uiscosus facta flegmatis euacuatione fiat flebotomia. unde mesue in cap. de casu pillorum palpebrarum dixit. Et quandoq3 si lac est cronicum grossum etc. cura eius est mundificatio capitis cum reiteratione et flobotomia et uentosatio crurium. fiat igitur flebotomia ex uena cephalica foramine lato ex parte oculi lesi propter quā fiat euacuatio sex aut septem unciarum sanguinis hec flobotomia taliter fiat per tres dies post assumptionem euacuationis suprascripte in mediis tertiis de mane premisso prius uentris beneficio et urine.

## Secunda intentio.

Adimpleatur intentio secunda cum fricationibus factis stomaco ieiuno cum panno suauiter calido incipiendo ab humeris trahendo inferius et inde ab humeris uersus manum trahendo modo ab uno brachio modo ab alio descendendo. inde ad pectus et uentrem et tādé descendédo ad coxas et ad tibias inferius sp trahédo. similit' cū appositióe uétosarū sup nates q̄ si multū replent' et rubefiāt incidantur deinde ponantur super spatulas ac simili

modo fiat ponantur etiam super partē poste/
riorem capitis ubi collum capitis coniungitꝛ
et maneat in eo loco non amplius quā p tem/
pus quo dicerentur duo pater noster. Postea
ponatur una sub mento cū scarificatiōe usus
fricationum. et si utilior sit post euacuationē
nihil minus potest ante et post fieri sed uento
sationum non fiat nisi precesserint euacuatio
nes cum farmatia et flebotomia. et primo po
nantur super nates altero uero die super spa/
tulas super partem posterioris capitis et sub
mento in diuersis diebus cū precesserint eua
cuationes ut prius dictum est. Et cum hoc cū
gargarismate et masticatorio aliquotiens i fie
ri possunt. hmōi diuersiones cū ligaturis do/
lorosis iuxta assellas et inguina cum clisterisꝛ
et suppositoriis cum lotionibꝫ ad tibias. sed
puto sufficere fricationes cum uentosationi/
bus. Ad implendū hanc intentionem.

## Pro tertia intentione

adimplendā est Aduertendū quod in ea plu/
ra consideranda sunt. Primo ut materia flu/
ens ad oculū repellatur. Secūdo ut fluxe acui
tas sedetur. Tertio ut materia in palpebra cō
tenta resoluatur. duo prima complentꝛ cū em
plastro ꝙ sic fit. Recipe lentium escorticatarū
rosarum anna. ʒ.i. pulueriz entur subtilissi/
me et cum rob uue siue sapa ad ignem misce
atur donec reddeat ad formā emplastri de quo
sumatur super petia et tepido super oculo po/
natur quando uadit dormitū de mane remo/
ueatur medicaminibus istis taliter uti potest
quocūqꝫ tempore. s. ante et post purgationē.
Ad idem ualet hoc. Recipe granatū integrū
et decoquatur in aceto donec sit dissolutū po/
stea contere et reduc ipsum ad formā empla/
stri. Pro resolutione materie in palpebra con
tente oportet primo cum materia ibidem con
tenta ratione longe more quā ibidē contraxit
sit indurata et facta inhabilis resolutioni ut p̄
mo abilitetur et resolutioni disponatꝛ hoc au/
tem fit cum euaporatione aque calide. Cale/
fiat aqua simplex deinde inclinetur caput su/
per uaporem ab ea ascendentem et ad palpe/
bram recipiatur. idem operatur si cum aqua
decoquuntur palee ordei aut radix maluauisci
hoc medicamē conuenit omni tempore. s. an/
te euacuationem et post et taliter fiat ante prā
dium et cenam stomaco ieiuno materia hoc
modo resolutioni parata resoluatur infrascri
ptis medicaminibus. Recipe eris usci. ʒ. se.
dragaganti. ʒ.iii. croci piperis anna. ʒ.i. te/
rantur cum uino pontico donec fiat sicut mel
de hoc medicamine lineatur palpebra ubi est
rubedo et non ponatur ad intra oculum. Itē
Recipe masticis uernicis anna. ℈.ii. mumie.
ʒ.ii. sem. cristalli. ʒ.i. sem. terantur omia et
cribentur cum petia subtili et conspargantur
cum aqua rosata et exsiccetur in uase uitriato
ad solem post exsiccationem iterum sup mar/
mor teratur sicut colores terūtur. Et iterum
puluis aqua rosata aspergatur et exsiccetur ut
prius et inde terratꝛ et sic fiat quatuor aut qu/
ꝙ uicibus. ultimo subtilissime teratꝛ post cri/
betur cum sindone subtilissimo et reseruetur
huiusmodi puluis istis duobus ultimate me/
dicaminibus descriptis utatur modo uno mo
do alio licet primum sit efficatius et huiusmo
di medicaminibus utatur bis in die uidelicet
post fomentationē ad mediam horam sumen
do de prescripto puluere et ponatur supra pal
pebram cum radio argenteo aut de auricalco
et non ponatur ad intra oculum. sed cum ocu
lus parumper rubeat scilicet coniunctiua aut
forsan est aliqua pars quam prescripte medi/
cine non attingunt ideo in oculo ponantꝛ duo
gutte collirii ꝙ hoc modo fit. Recipe celido/
nie rute anna. m. sem. succi feniculi lib. sem.
tucie. ʒ. sem. uitrioli de quo fit enclaustrum.
ʒ.ii. armoniaci floris eris arsenici anna. ʒ.i.
terantur omnia simul et incorporentur et fi/
at massa et ponatur in alimbico et sublimetꝛ
igne lento et seruetur aqua que per sublima/
tionem habetur ualet hec aqua ad rubedinem
et lipitudinem oculi et conseruat uisam et ē
res experta. De hac aqua ponantur due gut/
te per quattuor horas post prandium et cū po
suerit stet resupinus per sextamdecimā ptem
hore. Et hac aqua a duobus medicaminibus
imediate suprascriptis non utatur nisi prius
facte fuerint euacuationes uniuersales et pti/
culares et diuersiones.

## Quarta intentio adim

pletur hoc modo. Cum rubor a palpebra re/
motus fuerit et eius grossicies. Recipe lapis
lazuli spice antimonii anna. ʒ. sem. pisten/
tur subtilissime aut terrantur superꝫ marmo/
re et cribentur cum panno subtili. Et de hoc
puluere ponatur super palpebram cum radio
Ad idem uidelicet hoc. Recipe stercoris mu/
ris adusti aut non adusti ut dixit Auicenna.
ʒ.i. mellis quantum sufficit ad reddēdum to/
tum ad modum unguenti de quo cum radio
liniatur palpebra ubi uolumus renasci pilos
istorum medicaminum ultimo scriptorū uta/
tur modo uno modo alio. Et eis sic uti incipi
at postꝙ̄ palpebra deminuerit et rubedo fue/
rit remissa.

Quinta intentio perfi ciatur cum suppositione istius emplastri ubi contingeret dolorem in oculo augmētari Recipe uitelli oui numero duo misceantur cum oleo rosato et superponatur tepidū oculo clauso. Aut Recipe lactis ut mulgitur cum uitello oui et oculo superponatur. Pill. usuales. Recipe pill. yere simplicis pill. aurearum descriptione Nicolai anna. ʒ. i. agarici electi. ℈. ii. salis geme. ℈. sem. reformētur pill. numero. vii. pro. ʒ. istarum pill. sumat a tribus usqꝫ ad quinqꝫ semel in qualibet ebdomada ī sero quando uadit dormitū pmissa leui cena.

Ec spectabilis domina grauissimis dispositionibus laborat. qbus accidēs coniunctum est nō minus pricipalibus uerēdum patitur asma antiquū a materia grossa uiscosa pendens cui aliquid subtilis materie est admixtum cum hac dispositione coniungitur uene pectoris uel quod magis credo pulmonis fractura ppter fortem et acerbissimā tussim precedentem his duabus associatur defluxus humiditatū a capite qui pectus replet et difficultat anelitum et a pectore eleuātur uapores ad caput qui ad humiditatē conuersi catarrum augmentant. unde. v. tertii. Cerebrū enim frigidum non digerit illud quod peruenit ad ipsum ex nutrimento et nō resoluit qđ ad ipsum ascendit ex uaporibus conuertunt ergo superfluitates nutrimenti. et componūtur uapores sicut conuertit elambicus illud quod ascendit ad ipsum ex cucurbita. quare assidui sunt in ipso fluxus. Et cum his supra dictis patitur cordis tremorem hec pauca per cedulam mihi missam et per relationem factā accepi nec me extendo ad inquisitionē causarum harum dispositionum cū uiro doctissimo phisico presenti sint note et facile consideranti possunt fieri manifeste. Non puto hāc dominam posse ab hac egritudine que est asma curari. nam. x. tertii. Hec egritudo cum accidit decrepitis non forsitan sanatur neqꝫ maturatur. quomodo enim cum ipsa in iuuenibus etiam sit difficilis secundū plurimum. Et licet Auic. dicat in decrepitis considerata debilitate et dispositione ipsius censendum ē quo ad hunc effectum ipsam esse decrepitam. Dico secundo ꝙ uehementer timendum ē ne hec domina fiat ptisica. nam. x. tertii. Ille cui accidit sputum sanguinis est prepatus ut adueniat ei ulcus pulmonis. nam sputum sanguinis secundum plurimū fit a uulnere et uulnus declinat ad hoc ut fiat ulcus. Dico tertio ꝙ hec domina parata est subite morti. Nam Auic. tertia primi suma. viii. ca. i. Ille cui tremor cordis assidue accidenit de se ipso sit solicitus ne subita morte intercipiatur. Quid de catarro pronosticandū sit cum istis dispositionibus sit complicatus considerant relinquo et quanq̄ ex sententia auctorū nostrorum mihi uideatur sic esse pronosticandum aliquando tamen contingit preter spem egrum euadere. et ideo ponendus est modus cure q sertuari debet si potest curari aut saltē faciat hāc egritudinem tollerabiliorem et hac mediante longiori tempore uiuat.

Cura istius egritudinis consistit in debita administratione sex rerum non naturalium et conuenienti administratione rerum medicinalium a rebus nō naturalibus incipiendo ab aere principium faciam sit itaqꝫ aer dum est sputum sanguinis declinans ad frigiditatem et siccitatem dum uero cessauerit sputum sanguinis et creditur ꝙ uena sit consolidata declinet ad caliditatē aliquam et siccitatem ꝙ si non habeatur talis naturaliter fiat arte cum suffumigio ligni aloes aut thuris uel sandarace etc. Sed camerā nō egrediatur stante fumo sed postq̄ cessauerit uel calefiat aer cum igne accenso in camera ex lignis redolentibus cui tamen nō se appropinquet multum. Caueat aerem frigidum multum et humidum et turbulentū et uehemēter calidum et uentosum. Stante sputo sanguis sit taliter uestita ne frigeat sed tunc non ita tegatur pānis ut nimis caleat ut sanguis reddatur subtilior et sputo paratior alio tempore sit pannis bene munita ne frigore offendatur. Conuenit potius quies quā exercitiū et maxime stante sanguis sputo quod si se mouerit sit motus lentus stomaco iam uacuo exercitium calorem incendit et humores subtiliat et fluxui paratos reddit. Sed loco exercitii ad resoluendum superfluitates tertie digestiōis faciant fieri fricationes ad brachia trahēdo uersus manum ad coxas et tibias trahendo uersus pedes et hoc ante prandium et cenā. Caueat a multa uigilia quoniam cum sit hec domina debilis amplius resolueretur ꝑterea uigilie exsiccant corpora calorem incendunt et coleram rubeam augmētant. unde. iiii. almāsoris. Vigilie uero multe calorem incendunt ac formam corrumpunt corpusqꝫ desiccāt atqꝫ coleram rubeam in ipso augmentant ꝙ ꝑcipue operatur cum corpora sunt macra opor

tet itaq; ut anima uigilare nõ cogat cum dis/soluta et stupida fuerit. Preterea uigilie multe caput replent humoribus unde catarrus augmentatur. unde prima tertii cap. de cura epilentie. Superfluitas uigiliarum debilitat spi/ritum et resoluit ipsum. et cum hoc replet ce/rebrum uapore. Nocet enim somnus multus precipue imediate post repletionẽ ut somnus meridiei. unde dormiat sufficienter in nocte uidelicet septem aut octo horas. Caueat a sõ/no diurno ubi propter aliquod accidens contingeret non posse dormire dormiat in die ad minus post prandium per horas duas et caueat a somno resupino et dormiat capite eleuato corpore taliter pannis tecto ut non sudet neq; frigeat. Licet animi accidentia per que fit ca/loris reuocatio ad extra intus uideantur con/uenire propterea quia sunt causa calefactiõis et subtiliationis humorum resolutionis corũ tamen quia magis dubitandũ est ne motus tales adhereant in putrefactionem materiei potius laudo abstineat ab eis sicut sunt ira furor et precipue quando sanguinẽ spuit. Caueat igitur ab eis a tristicia sollicitudine a risu eo tempore precipue quando sanguinem spuit. sed conuenit conuersari cum personis sibi dilectis et audire res gratas et iocundas. sed cũ coitus inter anime accidentia numeretur propter delectationem et concupiscentiã secũ cõiunctam ab eo omnino abstinendũ est. Caueat omnino a ciborũ repletione primo quia digestiua est debilis, secundo quia ad repletio/nem sequitur flegmatis multitudo et exinde materiei i pectore conculcatio et nocumentũ in anhelitu. tertio quia fieret humoraliũ ma/terierum augmentatio que omnino prohibẽda est omni tempore et maxime stante sputo sanguinis. quod si contingeret repletionẽ fuisse factam subtiliet dietam aliqualiter plus solito et caueat a uomitu p omnem modũ. Cũ sanguinẽ non spuerit et uidebitur q; uena sit consolidata utatur cibis qui in qualitatibus suis sint calidi sicci subtiliatiui abstersiui aperitiui et mundificatiui ut cõtrarientur lapsui qui est frigidus et humidus p suam calidita/tem et siccitatẽ et grossiciei materie ,ppter suã subtiliatõem et sui aperitiõe apiantur uie opilate a materia uiscosa et abstersione sua abii/cian tur materie a ptibus quibus adherent et quod lauentur uie in quibus iste materie continentur. et ex hoc apparet quod cibi sui po/tius debent esse medicinales quã cibales. Sit igit' panis suus debite coctus et formentatus de farina aqua ex toto furfur non sit excussus carnes sint caponum et gallinarum sed non laudo pullorum quoniã excitãt prefocationẽ nisi sint acetose. ii. cano. cap. de carne. sint fasianorum perdicum auium puarum degẽtiũ in pratis et nemoribus castrati annualis uitu li leporis et caprioli ab aliis abstineat. et conueniunt magis elixe quã assate quod si cũ eis bulierit radices aperitiue et subtiliatiue sicut radices petrosili et feniculi conueniens erit. Alius modus prepandi nõ placet nisi aliquãdo sumeret assatas que tamen nõ sint multum sicce quoniã essent difficilis digestiõis uti potest onis sorbilibus recẽtibus in ferculis suis uti potest ysopo timo ciceribus rubeis feniculo petrosilino. De fructibus uti potest auellanis passulis dulcibus et ficubus conuenit etiam butiro recenti usus piscium rarus sit. si quando uti uellet sumat pisces pauce uiscosi/tatis sicut sunt lucii aque currentis capedani tencce mursiones carpiones. De speciebus uti potest croco in omi suo cibo et cinamomo nucis muscate macis. zenze. De potu utat' ui/no albo uel cisioio potentia mediocri ad dul/cedinem declinans odoris aromatici et substã/tia clarum quod si aque permixtione indige/rit sit aqua clara in qua bulierit aliquid seis feniculi quod nisi timerẽ uirtutis debilitatem consulerem uteretur loco uini ydromelle facto ex. xx. ptibus aque et una mellis electi que per ebulitionem redderet ad quartam partem Sed si sanguinem spueret hoc regimẽ nullo pacto conueniret neq; si dubitaretur de ipso sputo sed oportet ut regimen suum inclinaretur ad id quod ingrossat sanguinẽ et ipsum inuiscat et infrigidat sicut usus extremitatũ pe/dum et tibiarum uituli castrati et capreti cum quibus bulierit plãtago aut corigiola uel portulaca aut solatrũ et tunc cõpeteret rizum milium lentes indicatione sumpta a sputo sanguinis sed cum talia contrarientur intentioni ad asma oportet in hoc medicũ esse prudentẽ et declinet magis ad eam ptem que uidetur sibi magis timorosa et conueniret stante fluxu dimitteret uinũ et loco eius utet' syrupo mirtino non stante multa debilitate neq; multa repletione in membris spiritualibus q; si necessitas ad exhibendũ uinum cogit detur uinum rubeum habens aliquid stiptians et misceatur cum aqua pluuiali.

Regimen principaliter medicinale debet esse respiciẽs eam dispositionem que uidetur esse magis suspecta. cũ igitur in hac domina sint due multum graues uidelicet asma et sanguinis sputum et asma cum sit causa sputi propter tussim ualidam ui

detur quod a cura tussis sit incipiendum. In cura igitur huius dispositionis sunt octo intẽtiones. prima est materiei euacuatio minoratiua. secunda est adequatio eius. tertia est euacuatio. quarta diuersio. quinta materierum in pectore contentarũ exsiccatio et consumptio. sexta est capitis confortatio. septima ẽ pectoris confortatio. octaua est accidentium correctio. Prima intentio completur per flebotomiã uene basilice que directe euacuat a partibus pectoris ut apparet secũdo regiminis acutorum cõmento. xi. Ex qua fiat sanguis euacuatio secundũ uirtutis tenorẽ ut uisum fuerit medico presenti. sed cum non credam hãc dominam pro cura istius dispositionis multũ indigere flebotomia uenio ad aliud minoratiuum uidelicet. Recipe radicis yreos. ℥. sem. agarici electi. ℥. i. et sem. zenze. ℈ sem. pulueris sticados arabici. ℥. i. infundantur omnia per diem naturalem in. ʒ. ii aque ysopi et i. aque capillorum ueneris et una cum dimidia aque saluie postea coletur facta bona expssione et cum hac colatura dissoluantur cassie pinguis nouiter extracte. ℥. vi. et fiat potio. hoc minoratiuum euacuans a pectore et a capite exhibetur calidum per horam ante diem super quo potest dormire media hora cum ipsum assumpserit deinde uigilet et permaneat ieiuna. v. horis in fine quarum sumat ciatum unum aque ordei calefacte et zucarate et post ad horam prandeat non se multo cibo grauãdo in die sequenti faciat fieri hoc clistere de mane ante prandium uidelicet Recipe foliorum blite malue mercurialis ysopi anna. m. i. cartami. ʒ. i. furfuris bene cribati per. p. i. sem. buliant omia in lib. iiii. aque usq; ad cõsumptionẽ medietatis postea coletur et de colatura accipiatur lib. i. cui addãtur zucari rubei ʒ. sem. yerapigre. ʒ. sem. olei de camomillã. ʒ. iii. salis geme. ℈. i. fiat clistere. Secunda intentio completur cum digestis materierum existentium in pectore et habentium respectum ad caput. et huiusmodi plura sunt ex quibus eligam que uidentur huic casui potiora. primum est hoc Recipe syru. desticados ʒ. sem. oximellis simplicis. ʒ. i. aque capillorum ueneris. ʒ. ii. aque bretonice. ʒ. i. misce et habet exhiberi in aurora calidum post quẽ ieiunet ad minus tribus horis. aliud digestiuum fortius. Recipe syrupi de sticados. ʒ. se. syrupi de prassio. ʒ. i. aque calamenti. ʒ. i. se. aque mellisse. ʒ. i. misce detur ut dictum ẽ de primo. Ad hanc intentionem ualet usus istius electuarii uidelicet. Recipe diayris. ʒ. ii. specierum diambre. ℥. i. sem. penidiarũ. ʒ. i. syrupi uiolati quantũ sufficit ad redigendum omnia ad formam electuarii de quo sumat ante prandium per tres horas. ℥. iii. et tantũdem ante cenam et quando uadit dormitum.

Pro intentione quarta faciunt que dicta sunt in prima intentione. s. fricationes ante. cibũ laudo etiam urine prouocantia non nimis fortia ne materiam subtilem euacuando grossũ relinquant. et propter hoc laudo ut cum cibis suis coquãtur semper radices feniculi aut petrosilli sed tempore magni caloris ponãt radices cicoree aut endiuie quod si natura concessisset sibi emoroydas laudarẽ per ipsas diuersionem quod si opere nature deficerent ꝓuocande essent arte modum lege ab Auicẽna xvii. tertii diuersio per uomitum nullomõ fiat propterea quia capiti nocent et periculum incurreret apertionis uene pectoris. Adimplet tertiam intentionem post materiam digestam pill. de agarico de quibus detur. ℈. iiii. ex quibus reformentur pill. vii. cum syrupo de sticados. Quod si solutiuũ in forma potabili esset gratius sumat istud. Recipe electuarii indi maioris. ℥. ii. agarici electi. ℈. i. zenze. gra. iii. dissoluantur cum aqua decoctionis ysopi et maiorane et fiat potus quem calidum sumat in aurora seruatis modis in pria intentione dictis. Quinta intentio que est materierum in pulmone contẽtarum consumptio et exsiccatio completur per usum istius electuarii mihi sepe experti. Recipe pulmonis uulpis exsiccati et subtilissime pulverizati. ℥. iii. radicis yreos recentis minutissime trite ℥. i. succi liquiricie. ℈. ii. radicum enule. ℥. i. sem. croci. ℥. i. rob uini siue sape. ʒ. iii. zucari dissoluti cum sapa quantũ sufficit et fiat electuarium ad modum loth de quo sumat de mane in aurora. ℥. ii. et ante cenã per horas. ii. tantũdem et quomodo uadit dormitum ad hanc intentionem ualet loth desquilla de quo teneatur in ore non masticando sed ducendo ipsum per os ita ut liquefiat et transeat p meri et canã pulmonis. Cum aliquibus diebus usus fuerit aliquo istorum duorum electuariorum et materia in pectore uidebitur notabiliter minorata imo pro maiori parte euacuata laudo ut fiat hoc suffumigiũ uidelicet. Recipe storacis thurismirre aristologie rotũde anna. ℥. i. arsenici citrini. ℥. iiii. omnia bene cõficiantur cum butiro uaccino et fiant forme ad quantitatem auellane de quibus una ponatur super prunas et cooperiantur prune cum opertulo habente foramen in quo sit cana lõgitudinis unius brachii et ista in ore ponat et fumũ recipiat. et hoc faciat de mane stoma

co ieiuno. et in hoc medicus sit diligés consi derando pulsum et urinã. nã si uiderit ut ni/ mis super calefiat abstineat a suffumigio et fa ciat ei uti prisana ordeacea et potu aque ordei sine uino uno aut duobus diebus quousq; té peretur. deinde si opus fuerit reddeat ad suf/ fumigium si uidebit superesse materiam.
Pro sexta intentione adimplenda utatur pri/ mo hoc masticatorio de mane stomaco ieiuno uidelicet Recipe masticis. ʒ.i. origani sicci scafisagrie nucis musca. misce incidedo fru stratim et non pistando de hac mixtione sum mat coclear unum et masticet per tertiam par tem unius hore spuendo id quod ad os ueni/ et. et loco istius potest sumere gra. x. masticis cum gra. v. piperis et masticare sicut dictũ est et hoc faciat bis in septimana. Recipe pulue/ ris yerepig. de octo rebus. ʒ. ii. mirabolano rũ chebulorũ. ʒ. i. masticis. ʒ. sem. aloes op/ timi ad pondus oim et cũ aqua maiorane in qua fuerit infusum aliquid nucis musca. re formentur pill. grosse fere ponderis. ℈. i. de his sumat unã quando uadit dormitũ cũ ali/ quo iulep aut sapa et hoc semel in ebdomada Recipe aque uitis lib. i. sem. nucis musca. ʒ. i. sem. zenze. piretri anna. ʒ. ii. pistenť et in fundantur in supradicta aqua in uase uitreo stricti orificii et diligentur claudať cum hac aqua fricetur diligenter per quartã ptem ho/ re pars anterior capitis in loco cõmissure fac ta hac fricatione fricetur locus cum cepe squi litico recenti donec locus rubeat et uisicetur et cũ uesicatus fuerit supponãtur folia cauliũ ad igne super calefacta ut egrediatur aquosi/ tas. et teneatur hec ps prius abrasa hoc modo per mẽsem aperta. et hec fricatio taliter fieri i cipiat postquã precesserit purgatio uniuersa/ lis et pticularis sumat omni mane quando nõ fecerit masticatoriũ p quatuor horas ante prã diũ. ʒ. ii. bolarmeni subtilissime pulueriza/ ti in hieme cũ uino albo subtili et i estate cũ uino permixtionis aque plantaginis sitq; to/ tum quãtitas. ʒ. iii. sem. nam usus istius pul ueris est mirabilis in exsiccãdo catarrum. x. tertii cap. de asmate et ualet ad asma ut patet per serapioné in suo de simplicibus capi. de luto armene uidelicet etiã ad sanguinis sputũ ut apparet in cap. proprio. Odoret sepe hunc puluerẽ in sindone ligatum uidelicet Recipe nigelle per sex horas in aceto infuse postea i umbra exsiccate. ʒ. ii. ligni aloes macis anna ʒ. i. florũ roris marini maiorane florũ stica/ dos anna. ʒ. sem. pistentur et ligentur in sin done et fiat ut dictum est. Pro septima inten tione utatur hoc ceroto. Recipe musćilaginis fenugreci seis lini altee ãna. ʒ. i. croci. ʒ. se. ligni aloes spice florum ysopi radicum enule anna. ʒ. sem. oppoponaci rasine electe anna. ʒ. i. sem. dissoluantur gumi cũ uino aromati co et incorporentur ad ignem demũ addãtur species reliquarũ rerũ et fiant duo cerota sup panno grane longitudinis unius spãne et la/ titudinis quinq; digitorũ quorũ unus porte/ tur indirecto thoracis a furcula pectoris supi oris usq; ad pomũ granatum aliud ponatur i parte posteriori opposita. Pro octaua intenti one et ultima tria uidentur mihi accidẽtia in digentia correctione. primum est sanguinis sputum quãquã numerauerim inter egritudi nes principales sed quia eius causa fuit asma siue tussis sequens asma pp id inter accidẽtia connumero licet sit egritudo modo p se. secũ dum difficultas anhelitus. tertiũ tremor cor dis. propter primũ stante sputo sanguis utať bolearmenico ut dictum est in intẽtione. vi. fiat flebotomia de uena basilica ex qua extra hantur. ʒ. ii. sanguinis pro uice et hoc fiat cũ reiteratione modo unius brachii mõ alterius fiant fricationes ad tibias ad coxas ponãtur uentose sine incisiõe sub poplite ponẽdo unã pro qualibet tibia fiant ligature fortes iuxta inguina prouocentur emoroydes sepe teneat in hore de hoc electuario quod habendo trãs gluriat uidelicet lapidis ematites subtilissimi puluerizati et postea cũ aqua plantaginis lo ti. ʒ. ii. boliarmeni. ʒ. i seis portulace. ʒ. se. cornu cerui usti. ℈. ii. charabe. ℈. i. zucari rosati ueteris: ʒ. i. sem. muscilaginis citonio rum quantũ sufficiat et redigatur totũ ad for mam loch. Cum cessauerit sputum cesset ab usu frequenti horum medicaminũ.

# Ispositio istius

expectabilis et generosi uiri de luca est uertigo que et si possit egritudo modo largo nominari proprius tamẽ accidẽs appellatur cuius causã per ea que mi hi narrata sũt arbitror esse a stomaco hoc cer/ tum fiet si posuero signa ab illustribus medi cis posita quãdo uertigo est per essentiam in capite et quãdo est per cõmunitatem a stoma/ co per cõmunitatem alterius membri non ui detur esse cum ea que mihi sunt narrata consi dero et que mihi interroganti sunt affirmata. Incipiam et ponam signa uertiginis per es/ sentiam in capite. Galie. in. iii. de interioribꝫ si fuerit per proprietatem precedunt eam soni tus in auribus et grauitas in capite et nocu/ mentum in odoratu et paulus ut primo ponit

continentis. Quādo est ex cerebro precedūt uehemens dolor sonitus aurium grauitas auditus et debilitas odoratus et possibile est sequatur hanc debilitas tactus. Et Auic. prima tertii tractatu. v. cap. i. dixit in ea que fit a retentione materierum uaporosarum precedentium in cerebro aut generatarum in cerebro est egritudo assidua et non sequens egritudinem in aliquibus membris et non est excitata cum uacuitate et sedata cū repletiōe et quādoq; precedunt ipsam dolores capitis et sonitus et tinitus et grauitas in capite et inuenit tenebrositatem in uisu suo et inuenit in sensibus abreuiationem ita ut sit in gustu et odoratu et sentit in arteriis pulsationem uehemētem et inuenit in odoratu grauitatē hec Aui. Cum hec signa considero ex relatiōe mihi facta non inuenio ea omnia imo neq; fere aliq̄ uerificari in paciente uidetur igitur concludendum uertiginem ipsam per essentiam i cerebro non esse cum itaq; causa non sit in cerebro erit in alio membro ab eo sed in nullo alio uidetur esse quā ab ipso stomaco cum in nullo aliorum sentiat nocumentum in tempore insultus egritudinis nec ante relinquit igitur quod sit a stomaco. Et istud confirmatur quia tempore quo a uertigine uexatur habet stomaci dolorem et nauseam paruo tempore durat uertigo et post ipsius diuisionem sentit dolorem in parte posteriori capitis ubi est origo neruorum sexti paris quoniam per illos neruos est cerebri cum stomaco colligantia. Adest insuper appetitus debilitas. et declinatio doloris ad partem anteriorē cerebri et adest ut dixit Auic. loco supra allegato diuersitas dispositionis situs. i. anxietas stomatica i qua patiens non quiescit in uno situ solet etiā interdū accidere tremor cordis. i. oris stomaci aut cordis propter colligantiam quā habet cum ore stomaci et forsan aduenit cum laxitate spiritus ut inquit Auic. et hoc propter cōmunitatem stomaci ad diaflagma et breuiter secundū quod pmutatur stomacus in suis dispositionibus ita permutatur capitis dispositio in uertigine. Ex his igitur concluditur ut prius hanc dispositionem esse p cōmunitatē stomaci ad caput a stomaco enim fit fumorū seu uaporum eleuatio. et isti per meri aut per neruos quibus stomacus cerebro associat̄ trāseunt ad cerebrum. et in ipsius arteriis cū spiritibus cōmiscentur et ipsos reuoluunt cum autem reuoluuntur spiritus imaginatur homo q̄ res reuoluantur. nam equale est siue diuersificetur proportio ptium spūs ad partes mundi supra ad faciendum uertiginem siue diuersificetur talis proportio suple ex pte mūdi ut inquit Auic. Ad uisionem eni requirit̄ debita proportio uisibilis ad uisum que nō ē nisi debita adiacentia qua uisibile comprehēditur in tali situ cū talibus lineatiōibus ad pmutandum hanc proportionē sufficit aut q̄d spiritus pmutetur aut quod res uisa moueat̄ a quocūq; horum fiat huiusmodi pportionis uariatio fit obiecti diuersum iudiciū. nam stāte sentiente si obiectum circulariter mouetur iudicium fit q̄ obiectum moueatur circulariter si uero obiectum quiescat et sentiens siue spiritus quo fit uisio et in quo species rei uisibilis recipiuntur moueatur circulariter similiter fit iudicium de obiecto. s. q̄ moueat̄ motu circulari sicut prius iudicabatur moto obiecto et sentiente qescente et hoc innuebat Auicenna in uerbis supradictis. materia uero aq̄ fumi siue uapores eleuantur a stomaco ad caput est flegmatica cui est aliquid colere admixtū hoc fit indiciū per ea que mihi relata sunt Hec dispositio non parum est uerenda quoniam Rasis. iiii. almansoris cap. de significationibus accidentium inquit. Incubus et uertigo si fortes fuerint et diu pseuerauerint epilentiam futuram significant. Et Auicē. fen. iii. primi cui frequenter accidit scotomia de se ipso sit solicitus et humorem grossum euacuet ne ad epilentiā perueniat et apoplexiā licet dixerit scotomiam. cum perueniat ab eisdem causis a quibus uertigo idem earū est pnosticum. et prima tertii tractatu. iiii. cap. i. dixit Auic. uertigo frequens nunciat epilētiam et proprie in decrepitis.

## Cura istius dispositio

nis duobus medicinalibus instrumētis perficitur dieta. s. et potione. Dieta cōsistit in debita administratione sex rerū nō naturaliū. Et de his tractando primo ponā que sunt cōtraria deinde subiungam que sunt conueniētes et incipiam ab aere.

## Aer nocet nebulosus

turbidus humidus mali odoris et multi splendoris et ubi sunt multe candele accēse. Et in quo sit magnus strepitus. et splēdor lune nocet insuper intueri ignē et multū caput calefacere et eodē mō ad ipsum frigus suscipere cōuenit aer clarus quietus in caliditate tempatus aut parū declinās in siccitate ut magis declinet et si aer talis qualitatis haberi non pōt naturaliter habeatur arte suffumigādo locum habitationis cū thure aut storace sicca aut laudano aut granis iunipi sed stante fumo locū

non ingrediatᷣ sed solū postq̄ cessauerit locus habitationis sit a terra remotus nō ppinquus cloacis neq̄ cursibus aquarū caputia muniū teneat ut frigus nō sentia neq̄ ita calidum teneatᷣ ut extuet nec in capite aut circa collū aliquid teneat quod eas ptes constringat.

## De accidentibus anime.

Sūmo ope cauendū est ab ira furore tristitia a cogitatione rerū que uelociter reuoluātur aut moueantᷣ imo has res intueri nocet sicut nubes aspicere aut cursum aquarū aut rotas que uelociter reuoluuntᷣ. cōfert letari gaudere et de sanitate propria bene spare.

## De somno et uigilia.

Nocet somnus diurnus et q̄ fit imediate sup cibū et somnus nimis lōgus neq̄ minus nocēt uigilie superflue quoniā caput replent uaporibus tertia primi cap. de epilēsia. somnus sit de nocte nō de die neq̄ dormire incipiat nisi trāsiuerint hore due a fine cene sitq̄ septē horarū nō minus quinq̄ nec lōgior octo fit i sup capite eleuato et corpore decēter pānis tecto et sit sup altero laterum primo super dextrū deinde super sinistrum.

## De motu et quiete.

Vitet subitos impremeditatos et repentinos motus et reuolutiōes subitas de uno latere in aliud et inclinatiōe capitis ad inferiora et ipsius subitā reuolutionē et dimittat omē forte exercitiū et pcipue post cibū imediate et quolibet exercitiū i quo oportet caput flectere ad inferiora nocet sicut scribere et suere. Cōuenit quies post cibū aut leuis ābulatio ante cibū uero exercitiū tempatū loco cuius fiāt fricationes cū pāno parū calido trahēdo a supioribus ad inferiora incipiēdo ab humeris trahēdo inferius et a spatulis ad manus. postea descendēdo ad uentrē ultimo ab inguinibus ad genua et pedes nō fiat capitis fortis fricatio imo leuis cū pectinatione leui. sed huiusmodi exercitia cōcessa nō prius facere incipiat quā habuerit uentris beneficiū et urine.

## De cibo et potu.

Abstineat ab omnibus cibis fumosis uaporosis et uētosis et ab omni potu inflatiuo et euaporatiuo et ab omnibus cibis difficilis digestiōis et mali nutrimēti uitare debet panē agimum et non bene coctū et panē calidū sicut a furno extrahitur et omnia cibaria q̄ ex pasta agima fiunt et carnes bouis hirci agni et porci et carnes pingues et animaliū uiscera caueat insuper a carnibus auiū degentium in aqua aut uallibus ut anserū anatū etc. Dimittat lac et caseum et que ex his fiūt et butirum et oua dura et frixa pisces generaliter nocent et legumina precipue fabe lentes. cauendum est etiā ab herbis frigidis et humidis et uehementer calidis ab omnibus acriminibus et a fructibus omnibus precipue recētibus qbusdā exceptis de quibus infra. Panis sit ex optimo frumēto ab omni alio grano mūdo precipue a lolio et fiat ex simula sit debite coctus et cōpetenter fermētatus nō pluris temporis trium dierū neq̄ paucioris medii diei. in cuius confectione sit aliquid salis et quando comeditur mundetᷣ a cortice supiori. Carnes sint perdicū fasianorū turturū et aliarū auiū degentiū in nemoribus aut pratis et caponū iuuenū pullorū et gallinarū iuuenum. pipionum carnes cū longā in stomaco trahāt moram non ita laudantᷣ. Ex quadrupedibus carnes caprioli leporis iuuenis edi castrati lactētis uituli agni annualis conceduntᷣ oua recētia sorbilia aut tremula uel cocta absq̄ corticē i aqua ita tamē q̄ nō sint dura albumie ab iecto pisciū rarus sit usus si tamen interdum sumuntᷣ sint ex mari trilie aut passeres solie uel aurate et similes. Ex aqua dulci lucii capedani marsiones et pisces parui squamosi ab aliis caueat. ex herbis cōceduntur borragies buglossa saluia mellissa petrosillus estatis tēpore endiuie tarascacon. ex fructibus laudantur passule enucleate fistici et interdū due aut tres ficus sicce ante cibum a ceteris abstineat. Vinum sit albū aut cirolū clarum habens aliquid ponticitatis nō fumosum neq̄ dulce neq̄ asperū licet Rasis rufus ut apparet prio cōtinentis magis laudauit aquā quā uinum. si uinum potens foret et opus esset aqua melius esset aqua calibeata ceteris deinde aqua cisterne.

## De inanitione et repletione.

Vitare debet omnem repletionem et pariter nimiam abstinentiam et proprie famis longā tollerantiam. neq̄ in una mensa sumat diuersa cibaria neq̄ diuersos potus.

Surgat a mensa cum reliquiis famis nunquā est usq̄ ad facietatē comedendū neq̄ comedere incipiat nisi senserit cibum prius assumptum esse digestum q̄ si i stomaco grauedinē senserit aut cibi corruptionē uomitū prouocet cū uomitiuo hmōi. Recipe rafani. ℥. ii. bulliat in lib. i. sem. aque usq̄ ad consumptionē ꝗuarū ptium postea coletur et colature addātur oximellis simplicis. ℥. iii. et tepidū biba/

tur deinde ad horã mediam cõprimatur lingua digito uel cõmoueãtur partes gutturis cũ penna oleo intinta et fiat uomitus. hmõi uomitus fiat ubi in paciente non fiat cũ magna difficultate et seruentur regule ab Auic posite quarta primi cap.iiii. Sed cũ uerus aderit appetitus nõ differat cibũ sumere. nec in comedendo ponat longũ tempus et nõ prius bibere incipiat quã comederit sex aut septẽ bolos et parum pro uice bibat et potius sepe ita tamen ꝙ quantitas potus non sit multa et conetur cibum suũ optime masticare. Curet insuper habere omni die uentris beneficiũ bis aut semel ꝙ si naturaliter haberi nõ possit saltem arte cum suppositorio ex melle salis gemma aut cum radice rafani aut blite que steterit in infusione aque salite uel cũ clisteri que sic fit. Recipe malue florũ camomille anna.m.i.sem.caricarũ pinguiũ numero.viii.anisorũ.ʒ.i.fiat decoctio de qua accipiatur lib.i.sem.cui addant̃ succi side.ʒ.ii.yerapig.ʒ.vi.cassie.ʒ.i.olei.ʒ.iii.salis.ʒ.ii.et calidũ stomaco ieiuno supponatur.

## Cura per potionem

est duplex una tempore ipsius uertiginis,alia tẽpore quietis inter unũ poxismũ et aliũ. Cura tẽpore poxismi ẽ ut fricent̃ brachia et manus et si opus est ligent̃ brachia iuxta assellas et coxe iuxta inguina et locetur patiens in loco obscuro et ligetur caput peplo siue pãniculo et aspergatur facies aqua rosata et i oculis ponatur saluia postquam feniculus fuerit masticatus et odorifera ad nasum ponatur ut est maiorana ysopus et reliqua bene odorãtia Cura per potionẽ inter unũ poxismum et aliũ plures habet intentiones. quarũ prima ẽ minorare materiã a stomaco. secunda est ipsius materie digestio. tertia est eiusdẽ euacuatio. quarta est stomaci confortatio. quinta est diuertere a ptibus superioribus ad ptes inferiores. sexta prohibet ne uapores ad caput ascendant. septima confortat caput ne a stomaco fumos uel uapores recipiat. octaua ẽ ut uẽter solutus teneatur.

## Prima intentio mino

retur materia iuxta primã intentionẽ. Recipe aquam absinthii.ʒ.iiii.buliat in eis turbit albi et gumosi a cortice mundi.ʒ.i.usq; ad cõsumptionẽ medietatis postea coletur et in colatura extrahatur cassia fistule pinguis.ʒ.i.et fiat potus istũ potum solutiuũ minoratiuũ accipiat calidũ per horas nouẽ a fine cene immediate precedẽtis super quẽ cum acceperit stet in lecto per horã.et si tunc poterit dormire dormiat. et inde surgat stando in camera sua hinc inde ambulet et cũ trãsiuerint hore quinq; ab hora sumptionis prandeat et non sumat lauatiuũ et hac die cõtineat se in domo Recipe aloes sucotrini optimi.ʒ.i.masticis.℈.sem.turbit.℈.i.misce et cũ electuario inde reforment̃ pill.vii.numero pro.ʒ.istarũ pill.sumat.v.aut.℈.ii.de quibus fiant.v.pillu.si pill.sint sibi potu gratiores sumat predictas pill.modo et ordine dicto de potu solutiuo.

## Secunda intentio.

Digeratur materia contẽta in stomaco iuxta intentionẽ secundã. Recipe anisorũ.ʒ.i.secarui macis anna.ʒ.i.pistentur modo grosso et buliant in.ʒ.xx.aque absinthii usq; ad cõsumptionẽ medietatis postea coletur et colature addãt̃ mellis rosati colati.ʒ.vi.acetosi simplicis.ʒ.iii.et buliant usq; ad consumptionẽ decoctionis de isto syrupo nulla alia aqua adiuncta dentur.ʒ.ii.calide per horas.viii.post finẽ cene precedentis super quẽ potest ad libitum dormire et hmõi syrupũ taliter cõtinuet octo aut decẽ diebus et eo sic uti incipeat i die imediate sequenti ad diẽ assumptionis minoratiui.

## Tertia intentio.

Euacuetur materia iuxta intentionẽ tertiam. Recipe pulueris specierũ yere simplicis.ʒ.i.agarici electi.℈.ii.mirabolanorũ chebulorũ ʒ.sem.masticis.℈.sem.aloes optimi.ʒ.ii.reformentur magdalion pro pill.cum oximelle simplici.de istis pill.sumat.℈.iiii.Ex quibus fiant pill.septẽ.aut.ix.quod est melius.istas pill.sumat modo dicto supra de minoratio nisi ꝙ per horas.v.post pill.assumptionẽ accipiat.ʒ.v.brodii macri pulle cũ.ʒ.sem.zucari et inde ad horã comedat et non se grauaet multo cibo ea die domũ nõ egrediatur.

## Quarta intentio.

Confortetur stomacus iuxta intẽtionẽ quartam. Recipe oleorum absinthii.ʒ.i.masticis spice anna.ʒ.sem.macis.℈.i.galange galie muscate anna.℈.sem.mente sicce.ʒ.sem.coralorum rubeorũ coriandorũ prepatorũ.anna.℈.ii.laudani.ʒ.i.cere albe parum fiat unguentum molle cũ hoc unguento ungat̃ stomacus cum manu calida ante prandium et cenam per horã postea supponatur pannus lineus calidus et hoc unguento sic uti incipiat post purgationẽ imediate supra scriptã. Reci

pe fisticorũ mundatorũ et infusorũ per diem et noctem in aqua absinthii. ʒ.ii. specierũ dia galange descriptione mesue. ℥.i. sem. specierum diarodon. ℥. sem. zucari albi quãtũ sufficit et cũ aqua absinthii fiat confectio in morsellis quorũ quilibet sit trium dragmarũ istius cõfectionis stomaci cõfortatiue sumat unũ morsellũ ante prandiũ per horas .iiii. et unũ ante cenã per horam unam et sic facere incipiat post secundã purgationẽ.

## Quinta intentio.

Diuertatur materia a ptibus supioribus ad ptes inferiores iuxta quintam intentionẽ fiant fricationes ptium inferiorũ incipiẽdo ab inguinibus trahẽdo ad genua postea a genibus ad pedes per sextamdecimam ptem hore stomaco ieiuno. lauentur tibie cum aqua decoctionis lauri et saluie sed caueat dum sic lauent̃ ne fumus siue uapor uaporet caput aut faciem attingat utatur clisteri in regimine p dietã ordinato et similiter suppositorio istorũ diuertẽtiũ utatur modo uno modo alio.

## Sexta intentio est ne

uapores caput ascendant sic adimplet̃ Recipe zucari rosati. ʒ. ii. coriandorũ prepatorũ. ℥. ii. masticis. ℥. sem. niue citoniorũ quantũ sufficit ad redigendũ totum ad formã electuarii de quo sumatur ad quantitatẽ unius castanee in fine mense et post nihil bibatur. Ad idem ualet sumere grana coriandorũ preparatorum unius coperte zucari. itẽ frustum citonii cocti.

## Septima intentio.

Confortet̃ caput ne a stomaco uapores recipiat iuxta septimã intẽtionẽ Recipe camomille. m. i. florũ sticados m. se. rosarũ. m. i. se. galte muscat. ℥. iii. cõtundant̃ cõtũdẽda et simul misceat̃ et fiat saculus i sindone tincte i bersines ad formã birreti religiosorũ istum saculũ factis purgationibus portet sup caput die ac nocte.

## Octaua intentio et

ultia sic adimplet̃. Recipe uinũ mirabolanũ chebulũ conditum et sumat de mane stomaco ieiuno deinde stet ad minus. iiii. horas ad comedendũ. aut Recipe. ℈. ii. pill. descriptarũ i tertia intẽtione istas sumat p horas. v. ãtequã prãdeat. uel Recipe cauliũ. m. i. buliãt unica ebulitiõe de qua accipiat̃ lib. i. se. cui addant̃ olei. ʒ. iii. cassie. ʒ. i. salis. ℥. ii. et fiat enema q̃d calidũ supponat̃ stomaco ieiuno uti et põg clisteri ordinato ĩ cap. ulti. regiminis p dietã et suppositoriis ibidẽ scriptis istorũ auxiliorum utat̃ modo uno mõ alio sumẽdo singula ebdomada unũ mirabolanũ in quo plurimũ cõfido ad duos dies pill. si uẽter fuerit stiticus interim utat̃ enemate ita ꝙ oĩ die habeat uentris beneficiũ spõte aut arte. Finis.

¶ Bauerius de Baueriis.

## Ir magnificus

et nobilis dominus Gaspar de Martignano etatis triecsimi qnti anni. Complexionis naturaliter colerice multũ uertentis parum ad melẽconicã. sexus masculini. artis siue exercitii parum ut accepi superflui tempore presenti quoniã de mense Aprilis omnium uirtutum mediocriter cõstantium. exceptis uirtute epatis digestiua et splenis attractiua et cerebri uirtutibus. s. cogitatiua et estimatiua habitudinis naturaliter macre mediocriter robustus cũ mediocri corporis malorum humorum plenitudine patit̃ tres quartanas que sunt cronice multum cũ iam sint menses nouem quibus ceperint huic principali dispositioni duo sunt accidentia cõiuncta uidelicet duricies splenis et accidentia melẽconica ipsum ualde tristantia cum nulla tamen corrupta imaginatione quartanis ipis precedentibus de mense presentis scilicet Aprilis superuenit una terzana nota que non transiuit poxismum. quintum postquã apparuerunt reliquie quartanarum cum accidentibus suprascriptis. Dispositionis principalis scilicet quartanarum causa coniuncta est melaneconia adusta que fuit a uenis extra uenas expulsa. Causa antecedens est materia melãconica in epate et in uenis per uiam adustionis multiplicata. et adiuuat ad hoc debilitas attractiue splenis non debite mundificantis sanguinem ab humore melanconico. unde remanens superflue quantitatis cum sanguine disponit ipsum et conuertit eum ad melanconicitatem sed causa cause antecedentis fuit mala complexio calida et sicca epatis et uenarum huiusmodi humorem multiplicantium ut aer calidus et siccus superflue uigilie accidentia animi sicut ira tristitia et reliqua similia exercitium supfluũ cibaria calida et sicca aut frigida et sicca nimia abstinentia a cibo et potu et ita de ceteris rebus nõ nãlibus. Primi accidẽtis cã est hũor melãconicus i splene cõtẽtus cuiꝰ ps subtilis resoluta fuit et remãsit ps grossa magis terestis que fixa in porrositatibus splenis cum opillatione facit duriciem.

Causa antecedens fuit humor qui ad splené fuit attractus et ab epate ad ipm expulsus et debilitas uirtutis expulsiue splenis. Secundi accidentis causa sunt uapores qui leuant̃ ab humore melanconico qui spiritibus admixti reddunt eos turbulentos et melanconicos. unde cum ipsi sint instrumenta uirtutum ad p/ducendum opationes sunt causa corruptiōis aut diminutionis ipsarum operationū. hūc casum ego Bauerius imolensis elegi ex his que mihi scripta fuerunt ex signis mihi transmissis queritur tam dispositionum principalium scilicet quartanarum quā accidentiū modus cure iuxta casum suprascriptum ad quem res/spōdetur ut infra patebit.

## Cura uniuersalis iuxta

casum suprascriptū. Plures sunt canones curatiui qui obseruari debent pro cura istius nobilis uiri. Primus est debitum regimé sex rerum non naturaliū. Secundus canon eua/cuentur materie communes superflue in uiis ductuū ex quarum presentia fouentur humores facientes quartanas. Tertius canon mi/norētur materie proprie ipsarum febrium et he precipue que sunt in epate splene et uenis mediis inter splenem et epar. Quartus canō digerantur materie febribus ipsis appropriate. Quintus canon apiantur uie per quas materie debent euacuari. Sextus canon eradicatiue soluatur colera adusta a membris in qui/bus continetur. Septimus canon remoueat̃ mala complexio calida et sicca epatis et cōfortetur epar ipsum. Octauus canon confortet̃ cor et cerebrum. Nonus canon confortetur splen et eius uie apiantur. Decimus canon succurratur accidentibus morbo pricipali cō iūctis. Istorū canonū primus accipit̃ ab aui. prima quarti ca. de cibatione febricitantium et pro parte in cap. de cura quar. et in prima tertii. Secūdus uero tertius et quartus et sex/tus accipiuntur ab Auic. prima quarti ca. de cura putridarū in generali. Quintus sumit̃ ī loco preallegato ab Auic. et a Gal. ii. affor. ī cōmento affor. Corpa ubi quis uult purgare oportet prius fluxa facere. Septimus sumit̃ tertia tegni oportet prius unā quādoq; causā abscindere. etc. Octauus accipit̃ a Mesue in suo de appropriatis. Nonus habetur aueroy. vii. colliget. Decimus habetur ex capitulis il lorum accidentium que indigēt regimine.

## Primus canon est re

gimen sex rerū nō naturaliū debitū uidelicet in aere et cibo et potu motu et quiete. somno et uigilia et accidētia animē inanitione et re pletione et in annexis rebus nō naturalibus. Regimé in suprascriptis rebus debet declinare in qualitatibus suis ad tempamentū in actiuis aut ad frigiditaté paucā et humiditatem. unde Auic. prima quarti cap. de cura quarta/ne si melanconia fuerit colerica oportet ut administres infrigidationé et humectationé ul/timā. s. cibi et potus et medicinarū quod dic/tū intelligendū est quod nō administremus ī frigidationé et humectationé ultimā absolute sed in compatione ad alias quartanas notas. Aer igitur sit humidus et in caliditate tempatus aut ad quandā frigiditaté declinans boni odoris euētatus. Cibi sint frigidi et hu. und̃ Auic. pria quarti cap. de cura quarta. Scias φ res frigide et hu. facilis digestionis boni chimi sunt cōuenientes huic egritudini inq/tū est febris et ex hoc φ sūt cōtraria uni dua/rū qualitatū melācōnie que ē siccitas. Panis sit simulagineus debite coctus et fermentatus nō calidus neq; pluris tpis trium dierū a quo cortex sit abiectus. Vinū sit albū clarū sapo/ris medii inter dulce et ponticū cum aqua ci/sterne debite permixtū carnes sint ex caponibus iuuenibus carnosis sed nō pinguibus et pullis et ex edis et uitulis lactātibus et agnis annualibus carnes fasianorū et perdicū auiū puarum licet cōcedi possint attamē carnes domesticorū habentiū uictū liberū sunt cōueni/entiores Auic. loco allegato. Cū aūt puenit ad tēpus in quo sequunt̃ in ea alcumet. i. ac/cidētia et nō mutat̃ egritudo tūc necessariū ē custodire uirtuté et cibare eū cū eo φ ē forti/us ex carnibus gallinarū pullorū arietum et edorū et auiū mollis carnis sicut pulli durigi pisces boni qui nō sunt molles. Ex piscibus cōcedunt̃ petrini squamosi uiuentes i bonis aquis ex carnibus suprascriptis pōt fieri epu lū cū lacte amigdolarū et seminū cōium et ptisana ordeacea ē cōueniēs et amigdolarum et far et ferculū factū in brodio dictarū carniū. ex spinaciis lactuciis et boraginibus. ex her/bis cōcedunt̃ q̃ sunt cōplexionis frigide et humide ut sūt spinacia lactuca et reliqua. ex fructibus pruna matura melones et psica nisi ti meat̃ eorū corruptio. Motus ante cibū factus cōuenit pulsis prio supfluitatibus prie et secū de digōis. similiter equitare equū gradarium aut uehi p aquā naui sit tamē exercitium tale ne corpus fatigetur aut ad super calefactio/nem perducat loco exercitii possunt fieri fri/cationes incipiendo a partibus superioribus et trahendo ad inferiores. sint que non for/tes sed suaues reliquum tempus detur quie/

ū. Somnus superfluus pariter et uigilie no-
cent iuxta illud hypo. Somnus et uigilie uter
q; magis facta malū et somnus uero tempera
tus multum iuuat. unde tertia primi cap. ix.
Somnus tempatus uirtutem naturalem potē-
tem efficit perficiendi suas operationes et est
animalium uirtutū quiescere faciens et in ei-
us substantia augmentū prebens ita ut fortas
se reddeat. propterea quia laxat ad prohiben-
dum spūs qualiscūq; fuerit resolutionem. Et
propter hoc digerit cibum secundum digesti
ones nominatas et succurritur cum eo debili
tati que accidit ex speciebus resolutionis que
est ex fatigatione etc. Sit itaq; septē aut octo
horarum non minor sex nec amp'ius octo sic
q̄ de nocte non de die. unde Aui. loco supra
allegato. Dormire quoq; in die malum gene
rat splenē laxat neruos efficit pigriciam et de
bilitat desiderium etc. Si uero in die consue-
uit dormire aut propter aliquā causam nō suf
ficienter in nocte dormiuisset in die conceda
tur somnus. unde Auic. qui in die consueue-
rit dormire subito interrūpere non debet abs
q; ordine. sed nō prius dormire incipiat quā
transiuerint hore due a fine cibi assumpti aut
saltem una cum dimidia ita q̄ cibus ad fundū
stomaci descendat. unde cap. supra allegato.
Et melior quidē somnus est qui puenit postq̄
cibus a superiori uentre descēderit et post que
tem eius etc. Sitq; primo super latus dextrū
deinde super sinistrum q̄ si fiat sup uentrem
non uituperatur. unde Aui. loco q prius. Ex
figuris somni est melior ut super dextrum la
tus. incipiat deinde ad sinistrū reuoluatur q̄
si eius inceptio super uentrē fiet auxilium fo
ret satis magnum ad digerendū. Sed caueat
a somno super dorsum. unde Auic. Resupi-
ne dormire malum ad malas prepat egritudi
nes frigidas. Sit corpore cōuenienter pānis
tecto et capite eleuato. Ciborū tanta quātitas
sit ne stomacus grauetur et ob id surgendum
est a mēsa ad huc existētibus reliquiis famis
potus uero tantus sit ut cibus in stomaco nō
natet. unde Auic. iii. tertii ca. vii. Ex cibo eti
am nullus ē ita replendus ut nō sit ibi locus
superfluus sed ab eo est retinēdū reliquiis de
siderii adhuc in anima remanentibus. he. n.
famis reliquie post horā unam destruentur et
in hoc usus est seruandus quoniā deterior cō
mixtio est que facit stomaci grauitatē et dete-
rior potus est qui tempamentum egreditur et
in stomaco natat. Sed si in comedēdo nullus
esset appetitus ut in egrotātibus sepe contin-
git sit tantus ut uirtus sustenteī et stomacus
non grauetur quoniam dietantur infirmi ut
uirtus et non morbus nutriatur. Galie. i. af-
for. cōmento affor. Contemplari autem opor
tet egrotantē. si uero in stomaco repletionem
senserit et uomitus non fuerit difficilis puo-
cetur uomitus. unde Auic. cap. supra allega-
to cum in aliquo comedente repleto supfluit
aut quia in eius stomaco aliquis motus inun
dauit aut aliquis miscebitur potus ad uomen-
dum erit prepandus. Et non solum hoc fieri
debet si fuerit ex cibo repletio sed etiam si hu
moralis extiterit. unde Auic. i. quarti cap. de
cura putridarum in generali quod si inuene
ris humorem in primis declinare ad stomacū
fac uomere cum eis in quibus non est diuer
sitas cōsuetudini imo cum eis que sunt sicut
syrupus acetosus cum aqua calida cū natura
mouet ad uomitū et non diuersifices eā quod
si natura inclinat eam materiā euacuandā ad
inferiora aut quia uomitus erit difficilis uel
quia pectus foret angustum soluatur uenter.
quare Auic. in ca. supra allegato. quod si fue
rit illic declinatio ad intestina et senseris rugi
tū et descēsum fecis tunc adhibe quod soluat
uentrē. potest uēter solui cū clisteri quod sic
fit. Recipe foliorū uiolarū mercurialis fumi
terre anna. m. i. boraginis. m. sem. fiat deco-
ctio de qua accipiatur lib. i. sem. cui addantur
cassie. ℥. i. olei uiolan. ℥. iii. salis. ʒ. ii. et sto-
maco ieiuno calidū supponatur et huiusmodi
clisteri lenitiuo uti potest quocūq; natu-
ra essentifica quocūq; tempe egritudinis siue
fuerit in augmēto uniuersali siue in statu aut
declinatione. Si uero intentio esset non solū
lenire sed aliqualiter humorē ad intestina de
clinantē euacuare cū rebus pdictis cū quibus
fit decoctio addi posset. ℥. i. polipodii et in cli
steri ultra cassiam ponere. ʒ. vi. diasene. Qđ
si repletio foret in ptibus superioribus inte-
stinorum aut stomaci et ob aliquā causam uo
mitus fieri nō possit tunc detur hoc lenitiuū
uētris q̄ sic fit. Recipe florū uiolarū et florū
boraginis anna. ʒ. iii. liquiricie rase anna. ℥.
sem. passularū enucleatarū. ℥. sem. iuiubarū
numero. viii. fiat supradictarū rerū decoctio
de qua accipiat quantū sufficit ad dissoluedū
cassie fistule nouiter extracte. ℥. sem. mane.
℥. i. fiat potus q̄ si intētio foret p hūc potum
solutiuū nō solū lenire uētrē sed euacuare ali
qd colere aut hūoris adusti existēns i ptibus
ppinqs uiis ductuū det potus q̄ sic fit Reci-
pe reubarbari. ʒ. i. squanti. ℈. i. mirabolano
rū citrinorū et indorū anna. ʒ. i. reubarbarū
et squinantum infundantur in aque endiuie
cum modico uini in quibus stet ad minus p
sex horas et mirabolani infundant in. ℥. iiii.

decoctionis supradicti lenitiui per.viii.horas demu buliant unica ebulitione et postea coletur et huic colature addatur expressio reubarbari quibus duabus expressionibus dissoluatur cassie. ʒ.sem.manie. ʒ.i.fiat potus. Alterum istorum potuu sumat calidu et non tepidum per horas octo a fine cene imediate precedentis et non super dormiat et stet p horas quinq ab hora assumptionis in fine quarum siue operata fuerit medicina siue non sumat cibum suum. Vitare debet iram furore tristiciam timore sollicitudine. Cofert letari gaudere bene sperare de salute sua conuersari cu amicis et dilectis.

# Secundus canon et tertius et quartus et quintus.

Modu euacuationis materieru coium in uiis ductuum contentaru iuxta secudu canonem et minoratione materierum propriaru et precipue que sunt in epate et splene iuxta tertiu canone non scribo quoniam per eximios doctores qui istum nobilem uirum habuerunt in cura non dubito esse obseruatos. sed digerantur materie ipsis febribus appropriate iuxta quartam canonem et aperiantur uie per quas materie euacuari debent iuxta canone.v. Recipe syrupi uiolati syrupi acetosi anna. ʒ se. syrupi de fumoterre. ʒ.i.aquaru endiuie. ʒ. ii.lupulloru. ʒ.i. misce iste est pro una uice sumat ipsum in declinatione poxismi si non fuerit tempus ante accessione poxismi ad dandum et taliter cotinuet donec in urina uisa fuerit digestio a dominis phisicis presentibus. Non minus mihi placeret syrupus positus.a mesue in suo de appropriatis in cap. de cura manie et melanconie sanguinee cuius initiu est sabor rerum medicoru alter textus habet medorum. Syrupus conferens manie et melanconie ex adustione colere citrine. Recipe succi buglosse domestice et siluestris. anna. lib.ii.succi pomorum redolentium lib.iii. folliculorum sene. ʒ.iiii.croci. ʒ.ii. zucari tarbaget fiat sic sene proiiciatur in succis predictis per diem et noctem post eius contritione deinde buliat ebulitione una aut duabus et inde cu zucaro fiat syrupus crocus ante confricetur in panno in eius decoctione. Recipe supradicti syrupi. ʒ.ii.aque casei. ʒ.ii.sem. misce et sumat ut dictu est de pcedenti digestio.

# Sextus canon.

Recipe florum uiolarum boraginis et buglosse anna. ʒ.iii.liquiricie munde. ʒ.sem. prunorum numero.vi.fiat istaru reru secundum cano.decoctio in sero caprino postea coletur de colatura accipiatur. ʒ.v.in quibus infundantur mirabolanoru citrinoru et indorum. anna. ʒ.i.sem.reubarbari. ℈.iiii.squinanti. ʒ.sem.et stent per octo horas in infusione deinde addantur epithimi. ʒ.i.sem.buliant unica ebulitione postea coletur et in colatura dissoluatur cassie pinguis nouiter extracte. ʒ. semis et fiat potus iste potus solutiuus detur calidus et non tepidus in die interpolationis siquis fuerit aut quando fuerit tepor poxismi si nunq modatur aut in hora frigidiori diei digesto tamen cibo prius assumpto.unde Auic.prima quarti cap.putridarum in generali cum exerces euacuationem considera horam interpollationis aut teporis aut frigidiorem que sit. Post ipsam sumptionem pot superdormire media hora aut hora una imediate cum ceperit inde uigilet donec transeat hore quinq ab hora sumptionis et tunc accipiat ciatum unum aque ordei calidum cu. ʒ. sem.zucari rubei et inde ad horam comedat. Solutiuum supraseriptum taliter accipiatur in die sequenti ad diem complete assumptionis alterius supradicti syrupi digestiui.

# Septimus canon.

Remoueatur mala complexio calida et sicca epatis et confortetur epar iuxta canonem septimum Recipe limacias i induments reptas et elixentur cum endiuia et de elixatura siue decoctione accipiatur. ʒ.iiii.sem. et aromatizetur cum puluere epatis adip et calidum stomaco ieiuno admistretur iste potus multum confert in remittendo malam complexionem calidam et siccam epatis et appropriate confortat epar ut apparet ex simplicibus ipsum ingredientibus et ex his que dicuntur ab Auicen. xiiii.tertii cap.de rebus epati conferentibus. Quod si posset limacias comedere et eas digerere laudarem et similiter laudo usum encii/uie istum potum calidum sumat ante cibu suum per tres horas precedente tamen cibi prius assumpti digestione et eo taliter incipiat p dies.ii.postq sumpserit potu solutiuu suprascriptu et ipm cotinuet p.viii.aut.x. dies uel sumat cofectione q sic fit Recipe trociscoru de absintio descriptioe mesue. ʒ.i.spodii. ʒ. se. gemarum margaritarum electuarium de gemis siue speciebus anna. ʒ.iii.specierum tria sandalorum sine camphora descriptione mesue specieru diaredon abbatis anna. ʒ.i. se.

zucari albissimi libra.i.sem.aquarū endiuie ptes duas epatice ptem.i.de ambabus quantum sufficit et fiat confectio solida in morsellis quorum quilibet sit ponderis.iii.ʒ.de hac confectione remissiua caliditatis epatis et stomaci confortatiua si non fuerit ex febre qd' p hibeat sumat unum morsellum p tres horas ante prandium diebus alternis.et quando sumit istum non sumat potum imediate supra scriptum.

## Octauus canon.

Confortetur cor et cerebrum iuxta canonē octauū.Recipe seminū cōmunium mundatorum amigdolarum dulciū mundatarū.anna.ʒ.i.zucari canditi rosati et candi uiolati.anna.ʒ.sem.florum boraginis et buglosse spodii sandalo um citrinorū.anna.ʒ.i.sem.xiloales seis ogimi corticū citri anna.ʒ.i.musci gra.vi.cardemomi.℈.ii.margaritarū nō pforatarum.ʒ.i.sem.fragmentorum zafiri et rubini anna.ʒ.sem.gariofilorum spice et macis anna.℈.i.seis endiuie et portulace.l.quinque rase anna.ʒ.i.penidiarum.ʒ.ii.zucari trium coctarū lib.i.sed pistentur pistanda et puluerizentur puluerizanda et cribentur et dissoluatur zucarum cū aqua rosata et buglosse ptibus equalibus et fiat electuariū de isto electuario cordiali et capitali et remissiuo caliditatis epatis sumat.ʒ.iiii.p horas.iii.ante cenam si non fuerit quod prohibeat ex uehemētia febris et eo sic uti potest quolibet die et de mane quando non caperet digestiuū nec potum epatis confortatiuū iuxta canonem sextum.

## Nonus canon.

Confortetur splen et aperiantur eius uie iuxta nonū cano.Recipe radicū altee.ʒ.iii.seminis lini.ʒ.ii.tamarisci scolopendrie anna m.i.granorum iuniperi.ʒ.i.acori.ʒ.i.sem.pistentur modo grosso et buliant in duabus ptibus aque et una aceti uini albi in qua decoctione infundatur spongia que expressa regioni splenis apponatur et cum infrigidatur renouetur et sic fiat tribus aut quatuor uicibus.deinde exsiccetur locus ubi spongia fuerit super posita et ungatur cum unguento q sic fit et inde supponatur lana succida carpinata.Recipe olei nardini.ʒ.i.oleo de aneto.ʒ.sem.artanite succi radicum filicis anna.ʒ.i.succi extremitatū tamarisci.ʒ.sem.buliant succi cum oleis in duplici uase usq ad cōsumptionem succorū postea addant pinguedinis anatis ysopi humide anna.ʒ.sem.mucilagis altee mucilaginis seminis lini anna.ʒ.vi.armoniaci bdelii galbani opponaci anna.ʒ.iii.corticum radicū caparū scolopendrie acori.anna.℈.ii.pistentur pistanda et cribentur et gumi dissoluantur in predictis oleis et cū cera citrina fiat unguentū molle.hmōi medicaminibus uti incipiat postquā sumpserit potū solutiuū eradicatiuum per dies sex et eis taliter utatur stomaco ieiuno ante principium poxismi per duas aut tres horas quod si nō posset tali tempore administrari propter aliquā causam fiat in declinatione poxismi.

## Decimus canon.

Accidentibus melenconicis succursus iuxta decimū cano.puto satisfactum si emendatur mala dispositio epatis et splenis facta euacuatione humorum melenconicorum secundum doctrinam canonum suprascriptorum.

Bauerius de Baueriis.

Egritudo spectabilis militis domini Gabrielis de Cesenna est mala cōplexio materialis frigida et humida cerebri cui associantur multa accidentia que egritudines possunt appellari cum ad se curam attrahant Primum est dolor quasi continuus in pte anteriori capitis circa ptem illam ubi cōmissura sagitalis coronali coniungitur. Secundum ē lesio auditus nam auris sinistra nihil audit. Dextre uero auris operatio notabiliter multum est diminuta.Tertium est impedimentū loquele. Quartum uero ē uertigo sibi aliquā douenicns.Quintum est dolor aliquādo colli aliquando spatule et interdum brachii.ipm molestans.Principalis egritudinis cause sūt tria.s.imediata siue cōiuncta antecedēs et primitiua.Immediata est multitudo materie flegmatice mucilaginose et ptim aquose ad quam causandam concurrit euaporatio stomaci ad caput cum auxilio epatis et aliorum membrorum nutritiuorum et debilitas uirtutis digestiue cerebri que ex nutrimento sibi transmisso non paruam partem ex debilitate sui caloris in huiusmodi superfluitatem transmittat. Causa antecedens eiusdem egritudinis ē materia existens in stomaco et in membris aliis a qua eleuantur uapores qui sunt causa multitudinis harum materierum. Cause uero primitiue sunt cibi et potus et alie res nō naturales q̄ ad hāc dispōem causandā efficienter aut māliter cōcurrūt.Qd' pncipalis egritudo

sit mala complexio materialis apparet ex grauitate quã percipit. quoniam grauitas capitis semper significat materiam in ipso. prima tertii tractatu primo ca. de signis sumptis ex eo quod caput sentit de grauitate aut leuitate. Sed quod eius causa sit flegma declaratur ex longitudine egritudinis. Egritudo enim cuius tempus prolongatũ est. ẽ frigida secũdũ omnem dispositionem. prima tertii tractatu . ii. cap. ultimo. et prima tertii tractatu secũdo cap. i. Et scias quod soda temporalis aut fit ꝓpter flegma aut propter melanconiã. Et notũ est quod inter omnes causas quas enumerat non est alia quã flegma. Et ꝓpter idem ex frigiditate quã in capite sentit. Item ex superfluitatibus quas per os expellit. et plura alia signa ad hoc adduci possint si res non manifestissima esset. Et licet putem quod forsan a principio stomacus auxilio epatis et aliorum mẽbrorum naturalium euaporando causa fuerit malicie cerebri nunc tamen puto cerebrũ esse satis magnã causam indispositionis stomaci. Nam egritudines que per colligantiã eueniuntes frequenter sunt causa ut una eueniat et intendatur ab altera et econtra. unde secunda primi doctrina prima cap. viii. Et est cum societas peruenit casum quemadmodum cũ cerebrum egrotat associatur ei stomacus debilitatur tunc eius digestio et mandat ipsi stõmacus uapores malos et nutrimentũ non digerit et auget ipsius cerebri egritudinem. Et si ex hac egritudine perueniunt patientes ad durabilitatem et circuitionem. Nã primi q̃ fuit dolor capitis quasi continuus in parte anteriori cã est materia frigida et humida genita in ipso cerebro que in uaporem conuersa aut in uentositatem notabiliter subtiliata pellitur uersus ipsius cerebri cõmissuras et faciens ibidem neruorum et ligamentorũ extensionem et inducendo malam complexionem est causa doloris ipsius. Causa secunda ẽ cũ nerui auditus sint a quito pari neruorum cerebri ut patet prima primi doctrina. v. sũma tertia cap. ii. humiditas in cerebro multiplicata transmittitur per illos neruos quinti paris habentes ab ipso cerebro ortum et facit ĩ neruis ipsis opilationem prohibentem spiritum qui est instrumentũ uirtutis ad operationem auditiuam perficiendã et talis materia si opilando prohibet ex toto spirituũ transitum tũc ex toto ꝑditur auditus illius partis. Et fit nocumentum quod ab Auic. iiii. primi cap. ii. uocatur guatẽ. Si uero ex toto non prohibet spirituum transitum tunc fit operatiõis diminutio que ab Auic. loco allegato uocatur taraxen et aliquando tarax. unde loco allegato Tarax uero et guaten sunt ut non pp eam. s. priuationem ptis concaue in osse petrosso. nocumentum consequatur priuationẽ sensuum et non elongatur quin guatẽ sit sicut destructio cõmunicans sorditati et non sit illic concauitas. s. causa sed neruus non affert uirtutem sensus et tarax est sicut diminutio absq͛ priuatiõe. Ex his facile apparet ꝙ auris sinistre est opillatio completa prohibẽs transitũ spirituum ad organum auditus apparet etiam q̃ causa quare aliquando exit materia ab aure illa que est sicut sanies et forsan sanies non obstante quod in aure non sit ulcus. nam materia a cerebro ad concauitatẽ auris pulsa a calore auris et ptium circũstantium digerit̃ et ad saniem conuertitur. Aliquando uero exit materia subtilis aquosa quia pp sui subtilitatem non multum in aure retinet̃ ut possit actione caloris ingrossari. Et ex his notum ẽ quare istud nocumentũ est cõtinuum quia est ipsi organo auditus pp longum huiusmodi fluxum factum nocumentum ꝑ essentiam et nõ est solum ꝑ cõmunitatem alterius auris. s. dextre opatio diminuta est pp non fieri completam opillationem in neruo auditus sed cũ aliquando maior aliquando minor fit secundũ quod plus de materia aut minus ad eam partem transmittitur contingit quod magis aut minus grauetur in auditu. Et ex istis tanquã ex fundamento apparet tinitus et sibili causa quã sepe ꝑcipit. Nam materie existentes ĩ cerebro cum uentosantur per neruos. v. paris defferuntur ad panniculum cooperientem os auris interius et miscentur hmõi uapores aeri quieter existente in panniculo ꝑdicto et mouet aerẽ ipsum faciendo ipsum inundare quẽ ad modum aer exterior a sonis motus siue a corporibus sonoris sua inundatiõe remouet aerem connaturalem auri. cum igitur in ꝑdictis uaporibus aut uentositatibus fuerit facta impressio strepitus uel soni ex magna collisione uel agitatione in spiritibus et panniculo dicto representant potentie auditiue strepitus tales et sic ꝑcipit illos strepitus uel sonos ac si ab extra ꝑuenire possent etiam idem uapores uel uentositates eleuari a stomaco a pectore ab epate et ab aliis mẽbris sed puto eos magis a cerebro multiplicari. Ex illo apparet primo quare aliquando hos tinitus et sibillos audit et aliquando nõ. quia aliquãdo multiplicantur isti uapores ad organum auditus sufficientes ipsum immutare et aliquãdo nõ. Apparet secundo quare in talibus auditionibus corruptis quibusdam uidetur audire cur

sus aquarum. causa est quia uapor est humi-dus et fluxibilis. Apparet tertio quare perci-piunt sibillum quia humor est subtilis et ue-hementer motus. Apparet quarto quare qui-busdã semper apparent huiusmodi soni. hoc ideo est quia nocumentum est per essentiam cõmunicatum ipsi cerebro quod est mala cõ-plexio frigida et humida materialis aut uehe-mens et cõtinua collisio in humoribus et spi-ritibus cerebri et uaporibus ibidem inuen-tis. Tertii accidentis causa est materia flegma-tica in cerebro genita et neruis. vi. paris com-municata quorũ neruorũ est lingue dare mo-tum ut apparet prima primi doctrina. v. suma tertia cap. xx. Nam huiusmodi materia remo-liens neruos ipsos facit ut i motu nõ sint uir-tuti obedientes. Sed causa quarti in promp-tu habetur ex his fundamentis. nã uapores i cerebro multiplicati mouent motu suo spiri-tus qui cum informentur specierum ipsorum uisibilium eas ac si circulariter mouerentur representant. Vltimi accidentis causa ab eo-dem fundamento procedit. nam humiditas p̃-dicta in cerebro multiplicata aliquando secũ-dum ptem eius transmittitur ad neruos colli et ibidem facit dolorem aliquando ad neruos et musculos spatule aliquando ad neruos bra-chii. et secundũ diuersum cursum harum ma-terierum ad loca diuersa cõtingit in uariis lo-cis dolorem fieri. Ex his omnibus apparet hanc dispositionem esse ualde grauẽ et multũ uerendam. Nam si hec humiditas pelleretur ad nucam et ibidem opillationẽ faceret causa-ret palismi. et ut multa paucis breuiter cõclu-dã miles iste est paratus ad multas et graues infirmitates quarũ radix est principalis egri-tudo. Regimen huius egritudinis in duos di-uidam tractatus. in primo erit regimen huius per sex res non naturales. In secundo uero ponetur cura per administrationẽ rerum me-dicinalium. Et primus tractatus in sex diuidi-tur capitula. secundum quod sex sunt res nõ naturales ab aere incipiendo. et licet doctores in numerando res nõ naturales de aere solũ uideantur facere mentionẽ per ipsum tamen uolunt intelligi reliqua elementa.

**De aere.** Aer sit ad caliditatẽ et sic-citatem declinans quod si talis non habeatur naturaliter habeatur ar-te faciendo in camera ignem ex lignis odori-feris sicut sunt lignum iuniperi roris marini lauri abietis tamarisci et similia. et suffumige-tur locus cũ rebus habentibus odorem bonũ cuius modi est istud suffumigiũ quo uti põt i estate ubi aer non esset sufficienter calidus et siccus. Recipe storacis calamitte. ʒ. i. galie muscate. ʒ. sem. camphore. ʒ. ii. puluerizen-tur omnia et cum opus fuerit ponatur una p̃s super carbones. Suffumigium in autũno bo-nũ. Recipe storacis calamitte. ʒ. i. thuris san-darace anna. ʒ. ii. spodii storacis liquide. an-na. ʒ. i. sem. laudani. ʒ. ii. fiant trocisci cum aqua buglosse et cũ opus fuerit ponatur unus super carbones. Tempore uero hiemis utat̃ isto suffumigio. Recipe storacis calamite thu-ris corticum citri sandarace anna. ʒ. iii. galie muscate. ʒ. ii. laudani. ʒ. i. sem. fiant trocisci cum trebentina et cum opus fuerit supponat̃ unus carbonibus. Suffumigiũ tempore ue-ris. Recipe florũ buglosse et boraginis cam-phore anna. ʒ. ii. ligni aloes. ʒ. i. laudani sto-racis anna. ʒ. i. sem. fiant trocisci cũ aqua ro-sata et utatur uno eorũ pro uice cũ opus fue-rit. Cum aer habitabilis non parũ uariet̃ ex aspectu ex mundi plagis ideo eligatur locus aspectũ habens ad orientẽ uel ad meridiẽ. sit q̃ elongatus a cursibus aquarũ et a paludibꝰ et coactis. Sed cũ aeris applicatio pp uestes multis modis uariari põt sub determinatione aeris reponi solent. Debet caput tenere bene munitũ et tectũ secundũ diuersa tempora an-ni in estate cũ birretis suffultis pellibus mi-nus calidis et sit birretũ complectens caput et collũ usq͡ʒ ad locũ ubi spatulis cõiungitur. in ueie sint pelles parũ calidiores in hieme mul-to plus. In autunno mõ medio et debent pel-les mutari sepe et exsiccari ne sua untuosita-te caput humidũ reddant. partes uero inferio-res debent etiã sufficienter teneri calide secũ-dum diuersitatẽ temporũ anni. Ex his satis apparet q̃ aer nebulosus aer pluuiosus et uẽ-tosus maxime flante austro est nociuus.

**De igne.** Igni non multũ ca-put appropiquet ne sua caliditate humores liquefaceret et redde-ret ipsos magis fluxibiles nec etiam oculi le-derentur quia satis nocumento sunt parati.

**De aqua.** Aquam uitet potare ue-hementer frigidam neq͡ʒ sit calida aut tepida ex soluit enim robur stõa-ci tepidum omne. xi. terapentice. Et caueat eã capiti approximare aut eum ea gargarizare.

**De terra.** Terra debet esse sicca be-ne euentata a paludibꝰ et stagnis et a cursibus aquarũ separata.

## Capitulum secundum

de cibo et potu. Quia panis inter cetera ciba-ria se hab et sicut materia hinc est quod de eo prius agam. Panis sit de frumento unius an-

nis ad amplius non perforato mundo ab omni alio grano et precipue a lolio et sit frumentum natum in loco sicco non paludoso neqꝫ uallofo neqꝫ in campo nouiter stercorizato sitqꝫ panis non de pura farina sed aliquid parum furfuris sit admixtum sitqꝫ conuenienter fermentatus et decenter coctus non minoris temporis unius diei neqꝫ pluris duorum aut trium dierum et in eius compositione aliquid salis ponatur ex quibus apparet quod a cibariis factis cum pasta agima debet cauere cuiusmodi sunt artocoe pastilli lagane macarones limelli et similes. Carnes conuenientes sūt ex bipedibus pulline iuuenes galline deserti caponum perdicum fasianorum turturū pipionum et maxime siluestrium et starnarū et auium paruarum degētium in pratis et dunetis. Quadrupedum uero cōueniunt carnes edi castrati annualis uitule caprioli leporis iuuenis. Nocet usus infrascriptarum carnium scilicet anserum anatum qualearum et omnium auium in aqua degentium. Ex quadrupedibus uero sunt male carnes porcine salsicie siue yle et omne cōpositum ex carnibus porcinis recētibus carnes agnine pecudine arietine antique. Cutes animalium cerebra eorū ipsorum intestina et epata licet aliquando uti possit epate galline et anatis assatis. De piscibus nullus sit usus minus tamen nocent pisces parui petrosi squamosi degentes in aqs currentibus. Sed euitandi sunt omnes pisces magnorum corporum sicut sturiones et similes et omnes pisces carentes squamis ut anguille et similes. Cōueniunt oua gallinacea recentia et preparentur ut sunt tremula aut sorbilia sed inconuenientia sunt dura aut frixa et assata. Abstineat a lacte a butiro a caseo saltem ab usu frequenti potest tamen aliquādo uti caseo unius anni sumēdo modicum de co post cibum. De leguminibus euitet fabā faseolos cicer album cicer rubeum licet uti pōt brodio suo uti potest rizo. Rizum enim calidum est in primo et siccum est in secundo secundi continentis et panico licet frigidum sit in primo et siccum in secūdo secundi continē tis ipsum tamen bene nutrit et ꝓuocat et sua siccitate confortat propter hoc conceditur.
Herbe quibus uti potest sunt borago petrosimolus feniculꝰ saluia maiorana serpillus mēta caulibus ruta ysopo tersolio buglossa menta et omnibus herbis calide et sicce complexionis caueat a portulacis solatro lactucis et herbis complexiones frigide et humide. Vitet omnia acumina sicut sunt porrum alea cepe radices bulbum aromatica quibus super cibaria uti potest Recipe masticis cubebarum gariofilorum anna. ʒ. v. ligni aloes. ʒ. x. cinamomi granorum paradisi anna. ʒ. i. piperis. ʒ. i. sem. zucari ad pondus omnium et fiant species quibus utatur ut dictum est. Ex fructibus conueniunt caperes conditi cum aceto passulato et grana pini in aqua calida primo infusa postea exsiccata et amigdole dulces excoriate per submersionem in aqua feruenti et citonia assata et i fine mense cum modico zucari assumpta in modica tamen quantitate et ficus sicce passule oliue salite et nespila et sorba in fine mense accepta et pistachii siue fistici. Sed caueat a nucibus castaneis pinis et malis a citro ab arāciis iuiubis fūgis et dactilis. Melius ēet ab usu uini abstinere et loco ipius uti isto oximelle. Recipe aque clare fontis libra. x. mellis mundi et clari lib. i. buliant simul et cum incipit bulire incipiat dispumari et buliant usqꝫ ad consumptionem medietatis et in fine buliant in dicta aqua cinamomi in petia subtili ligati. ʒ. iii. deinde coletur et colatura usui reseruetur sed si a uino abstinere graue esset tunc dico ꝙ cōsiderata capitis sui passibilitate conuenientius esset uinum albū eo quod citius a stomaco descendit et digestibilius est et minus mentem percutit. ii. de regiminis acutorum. sed quia uinum album est magis penetratiuum et facit materias magis precipitare ad ea loca ad que inclinatur ꝓ tanto uidetur minus conueniens rubeo. prop ter quod puto uinum in substantia clarū non dulce neqꝫ austerum in colore medium inter album et rubeum quod a nostris doctoribus appellatur cisiolum magis conueniret. Acetum passulatum quo aliquando uti potest fit sic. Recipe aceti non multum uinosi neqꝫ acuti lib. ii. passularum. lib. i. buliant simul usqꝫ ad consumptionem tertie ptis aceti deinde coletur et fortiter exprimantur passule deinde passule terantur et in mortario reducantur et in dicto aceto iterum bene exprimātur et aceto tali usui reseruet.

## De motu et quiete.

Conuenit exercitium depositis primo superfluitatibus prime et secunde digestionis stomaco existente uacuo. fiat igitur exercitium uniuersale scilicet ambulando et equitando. De particularibus exercitiis optime sunt fricationes coxarum et tibiarum stomaco ieiuno cum panno aliqualiter calido. Fricationes enim extremitatum sunt ex his que uiuificāt calorem innatum. xii. tertii. ca. penultimo ualent etiam fricationes brachiorum sed mode-

rate magis pectinationes capitis et fricatiões eius. uidelicet etiam sternutatio post uniuersales purgationes de quibus in sequenti tractatu dicetur. prouocetur igitur sternutatio cũ hoc puluere uidelicet Recipe costi piperis albi piretri anna. ℈.i. ellebori albi. ℈. sem. pistetur subtilissime et insuffletur quãtitas unius grani.

## De somno et uigilia.

Somnus sit de nocte et non de die nisi propter aliquas contingentias occurreret non dormiret in nocte aut quando contingeret lassitudinem motibus corporeis succedere istis casibus licet dormire de die sit somnus capite eleuato et corpore bene pannis tecto et non sit amplius sex aut septem horarum et non minus. v. et super alterum laterum aut super uẽtrem et caueat a somno super dorsum quoniã materias ad nucam et neruos declinare facit. ut patet tertia primi doctrina secunda capitu. ix.

## De inanitione et repletione.

Caueat ab omni repletiõe cibali de humorali uero dicetur in sequenti tractatu. ꝓ qua dantur aliqui canones. Primo ꝙ nunq̃ cibus aut potus recipiatur stante fastidio aut abominatione. Secundus ꝙ non accipiatur cibus stante magna uentris siccitate. Tertius ꝙ non sumatur cibus si non affuerit appetitus. Quartus ꝙ non reficiatur ex pluribus et diuersis potibus sed sit cõtentus unico aut duobus cibis et unico potu. Quitus quod cibaria facilioris digestionis aliis premittãtur. Sextus ꝙ in cibatione non ponatur tempus longum ne diuersitas digestionis in nutriente acquiratur. Septimus quod cibus ois antequam deglutiatur conuenienter masticetur. Octauus quod ciborum et potus nunq̃ tanta quantitas accipiatur ut ex ea stomacus grauetur. Nonus ut nunq̃ comedat ad facietatẽ sed semper surgat a mensa cum reliquiis famis. Decimus si in stomaco sentiret grauitatẽ aut cibum corruptum aut malum quod ex eruptuatione comprehenditur prouocet uomitum uomitus autem facilis est iste. Recipe aq̃ decoctionis rafani. ℥. iiii. acetosi simplicis. ℥. i. semis misce et tepidum bibatur si non uomuerit post ipsius acceptionem ad unam horã intromittat digitum usq; ad radicem lingue aut pennã oleo inunctam et uomitum prouocet. Sed si in uentre inferiori signa repletiõis apparuerint euacuandum est cum istis pillulis Recipe aloes sucutrini. ℥. ii. agarici electi. ℥. sem. salis gemẽ. ʒ. ii. infundantur predicta in suco maiorane et exponantur soli et stet tam diu quousq; succus sit exsiccatus cum fuerit exsiccate res predicte iterum infundantur in dicto succo et sic fiat tribus uicibus. Deinde Recipe ameos florum roris marini sticados assari galange nucis muscate anna. ʒ. se. nitri gra. vi. masticis croci anna gra. viii. informetur pill. cum aqua maiorane de quibus in introitu lecti accipiat tres aut quinq; cum senserit caput grauatum. Si senserit uentrẽ plenum sumat tantũdem ante cenam uel euacuetur cum isto clistere. Recipe blite mercurialis malue florum camomille anna. m. i. fiat decoctio de qua accipiatur lib. i. sem. cui addantur yerapig. ʒ. vi. cassie zucari rubei anna. ℥. i. olei. ℥. iii. salis. ʒ. ii. sem. et fiat clistere quod supponatur stomaco ieiuno unum obseruandum sibi ualde utile puto quod sepe cenam dimittat et quod semper cena prandio sit leuior

## De accidentibus anime.

Conueniunt omnia anime accidẽtia quibus in spiritibus et humoribus fit motus uelox sicut ira moderata affectio ad rem alicuã delectabilẽ risus moderatus spes bona et confidentia et maxime quod debeat curari gaudium et leticiam sed caueat a tristitia desperatione et ab omnibus nimis uehementibus anime accidentibus. Exterminant enim hec oĩa et mutant corpora ad ea que secundũ naturam est consistentia. tertia tegni. Et quia coytus ꝓpter uehementem affectionem et delectationẽ que in eo est solet a quibusdam cum accidentibus anime numerari dico quod ab eo abstineat quod si aliquando eius fuerit usus sit rarus et fiat completa digestione prima et secũda. et post coitum caueat ab exercitio forti.

Expedito primo tractatu uenio ad secundum in quo ponetur regimen medicinale harũ dispositionum. Et diuidetur in sex capitula. primum erit in quo scribetur regimen dispositionis principalis. s. male complexionis materialis frigide et humide cerebri. In secundo ponam regimen primi accidentis. s. doloris capitis tertium erit in quo ponentur auxilia circa dispositionem aurium. quartũ uero erit regimen contra impedimentum loquele. quintum erit in quo ad uertiginem ponẽtur remedia. sextum ponetur cura doloris aliquando ad collum nonnunquã ad spatulas et sepe ad brachia uenientis.

## Capitulum primum.

Regiminis male complexiõis materialis fri

gide et humide cerebri in quo septem intenti ones continentur. Prima est materierum fle gmaticarum in cerebro minoratio. Secunda est ipsarum digestio. Tertia est earundem ma terierum eradicatiua euacuatio. Quarta ipsa rũ materierũ diuersio. Quita ẽ mẽbrorũ mã dantium rectificatio. Sexta est cerebri tãquã suscipientis membri confortatio. Septima ẽ prohibitio uaporum ad caput.

## Prima intentio.

Completur cum assumptione harum pillula rum Recipe pill. de yera simplici galie. ʒ. se. agarici electi. ℈. i. zenze. gra. ii. agaricus in cidatur minutim et non pistetur et infundat̃ in oximelle simplici quantum sufficit p sui i bibitione et reformentur pill. numero septẽ. Quod si medicina in forma potabili magis sibi grata foret hanc suscipiat uidelicet. Reci pe agarici electi. ʒ. ii. aque saluie. ℥. ii. aq̃ ma iorane. ℥. i. sem. zenze. ℈. i. infundatur aga ricus per diem naturalem in dictis a quibus postea coletur et colatura calida secundum ca nones infrascriptos exhibeatur. Primus q̃d accipiatur in aurora uel a cena preassumpta per distantiam octo aut nouem horarum. Se cundus quod super medicinam dormiat hora media super pill. uero hora una cum imedia te acceperit sed transacta hora post assumptio nẽ siue dormiuerit siue nõ nõ amplius dormi at. Tertius quod post dormitionem ipsam de bet leuiter ambulare. Quartus si uenter torsi onem senserit eadem pãnum calidum aliqua liter non tamen nimis applicetur. Quintus quod post quintam horam ab hora assumptio nis farmaci tempore estatis accipiat scutellã aque ordei cum. ℥. i. zucari rubei. Tempore uero hiemis potest accipere scutellam brodii cum eodem zucaro. Sextus quod postquam aquam aut brodium acceperit stet per horam antequã comedat. sumat itaq̧ alterum istorũ minoratiuorum quod sibi magis gratum fue rit seruatis canonibus suprascriptis.

## Secunda intentio de

digerendo materias. Recipe oximellis simpli cis. ℥. i syru. desticados. ℥. sem. aque saluie a que bretonice aque mellisse. anna. ℥. i. misse hunc syrupum calidum sumat in aurora sup quem potest duabus horis dormire et differat post eius assumptionem prandium horis qua tuor et tamdiu ipsum accipiat donec uiderit urinam magis tingi et in substantia ingrossa ri et in fundo uidebit nubem albam et equa lem uel loco istius syrupi sumat hunc alium ualde conuenientẽ huic dispositioni cum eis dem modis et ordie. Recipe florum roris ma rini florum saluie mellisse pullegi sticados a rabici bretonice. anna. m. i. herbe paralesis paucedini ameos assari eupatorii. anna. m. i. galange nucis muscate granorũ paradisi gra norum lauri peonie anna. ʒ. ii. infundantur omnia in lib. vi. aque per duos dies. deide co quantur lento igne usq̧ ad consumptionem medietatis deinde coletur cum forti expressio ne et colature addatur zuca. ℥. viii. aceti squi litici. ℥. iii. et leui ebulitione coquatur. Et in hac ebulitione buliant he species in sindone rara ligate. Recipe ambre musti radicis peo nie acori. calamenti anna. ℈. sem. omnia sub tilissime pulueri zent̃ et buliant ut dictum est et fiat syru. longus de quo sumat pro uice. ℥. ii. sem. hora et ordine ut prius dictum est re soluit uentositatẽ et digerit materias et cõfor tat organa sensuum. Et incipiat taliter uti al tero istorum syru. die imediate sequente ad as sumptionem suprascripti minoratiui.

## Tertia intentio de eradican do materias.

Materie predigeste eradicantur cũ altero isto rum solutiuorũ quod accipiatur seruatis cano nibus scriptis in assumptione minoratiui. pri mum sumatur ℈. ii. pill. de sarcacolla descri ptione mesue aut accipiatur. ʒ. i. pill. cochia rum que euacuãt a capite cũ cõitate tocius pri ma tertii cap. cum materiã euacuare uolueris uel sumatur ista medicina in forma potabili. Recipe yere simplicis. ℥. sem. agarici electi. ℈. i. zenze. gra. iii. misce et det̃ in potu cum aqua decoctionis calamẽti peonie saluie et ma cis sumat aliquod istorũ solutiuorũ in die im mediate sequenti ad diẽ assumptionis ultimi syru. cũ ordinibus suprascriptis.

## Quarta intentio.

Completur quarta intẽtio cũ fricationibꝫ cũ panno aliqualiter aspo incipiẽdo ab inguini bus et trahendo uersus genua deinde a geni bus ad pedes nõ consulo fiant fricationes ad brachia neq̧ ad spatulas ne materia consueta fluere illic dolorẽ causaret ad idẽ facit lauare pedes et tibias stomaco ieiuno cũ aqua decoc tionis maiorane saluie melisse pulegii florum sticados arabici. Itẽ uentose posite sup nates Ad idem ualet clistere quod sic fit. Recipe flo rũ camomille milliloti aneti blite malue mer curialis anna. m. i. centaure minoris. m. se. fiat decoctio de qua accipiat̃ lib. i. cui addant̃ yeralogodionis. ʒ. vi. cassie zucari rub. anna ʒ. vi. olei ueteris. ℥. iii. salis. ʒ. ii. sem. et fiat

distere quod stomaco ieiuno supponatur. Valet ad idem ligatio coxarū iuxta inguina et extremitatū. Ad idem fiat hoc gargarisma. Recipe aque decoctionis maiorane et zenze. ℥. iii. oximellis squillitici. ℥. i. sem. misce et gargariza uel sic et fortius et melius. Recipe radicis artenite ysopi pulegi calamenti bretonice sticados anna. ʒ. i. piretri. ʒ. se. yreos. ʒ. i. sem. aque fontis lib. v. mellis. lib. i. coquantur omnia simul et fiat gargarisma.. Masticatorium. ualens ad idem. Recipe cere masticis anna. ʒ. sem. piretri. ℈. i. piperis gra. x. omnia modo grosso conterenda conterant et sumatur pro uice ad quantitatem unius auellane et masticetur. uel fiat istud quod est fortius Recipe artanite yreos anna. ʒ. sem. masticis. ʒ. i. galange granorū paradisi anna. ℈. i. radices incidantur in frustris. deinde omnia misceantur et sumantur pro uice ad mastigandū ad quantitatem unius auellane. Capupurgiū ad idem. Recipe aque maiorane. ℥. i. dissoluātur in ea piretri. ℈. sem. zucari. ʒ. ii. et tepidum trahatur super nasum. Item ualet attractio aque artanite cum aqua mellis et est forte.

Et quando fit capupurgium debet semper prius implere os aqua inzucarata antequam per nares attrahat. Sternutatoria ad complēdam hanc intentionem ualent. Recipe pipis subtiliter puluerizati gra. i. attrahatur per canulam uel sic. Recipe ellebori albi. ℈. sem. seminis urtice. gra. vi. puluerizentur subtilissime et attrahatur per canulam ad quantitatem grani ordei. uel fiat istud quod est alis fortius Recipe piretri. ℈. i. euforbii grana. iiii. puluerizentur subtilissime ut dictum de aliis ita fiat. Scias quod istorum diuersiuorū quedā trahunt aperte longinqua quedam euacuant et diuertunt ad partem propinquam que trahunt ad ptem longinquā preponātur siue prius fiant quā que diuertunt ad ptem ꝓpinquā Vlterius sciēdum quod iste diuersiones et potissime que faciunt per gargarismata masticatoria sternutationes et capupurgia non debent fieri nisi prius sit facta euacuatio eradicatiua. Item fieri debent stomaco ieiuno utatur modo uno istorum modo alio cum omnibus simul uti non possit.

## Quinta intentio.

Recipe olei de absinthio. ℥. i. sem. olei de masticis. ℥. i. pulueris absinthii. ℈. ii. mēte. ℈. i. macis. ℈. i. galie muscate. ℈. sem. coralorū rubeorum. ℈. ii. coriandorum prepatorum. ʒ. i. laudani. ℈. ii. et cum modica cera fiat unguentum molle quo ante cenam et prandium inungat sibi stomacum cum manu calida Recipe specierū electuarii de gēmis. ʒ. ii. specierum diarodon abbatis. ʒ. i. sem. specierū aromatici rosati descriptione gabrielis. ʒ. i. pinearum mundatarum fisticorum mundatorum ʒ. i. sem. zucari. iii. coctarum lib. i. se. pinee et fistici infundantur in aqua feruenti deinde exprimantur leuiter. postea dissoluatur zucarum cum aqua mente et fiat confectio solida in morsellis uel rotulis quorū quilibet sit triū. ʒ. hac confectione stomaci et epatis et aliorum membrorū principalium confortatiua uti incipiat post eradicatiuam euacuationē sumendo unum istorum morsellorum p quatuor horas ante prandium pariter et ante cenam.

## Sexta intentio.

Sexta intentio complectur cum administratione infrascriptarū re um. Recipe maiorane, ℥. sem. florum sticados bretonice florū roris marini galange anna. ʒ. sem. gariofilorum. ℈. ii. sandarace cipeti anna. ʒ. sem. puluerizentur subtilissime et aspergantur super cōmissuram sag. talem capite prius raso in sero quando uadit dormitum. item usus tiriace de qua sumat. ʒ. i. cum. ℥. i. aque bre onice. Itē aliquando sumat unū mirabolanū chebulum conditum in aurora post quod ieiunet ad minus horis. iiii. Item ualet sumere post cenam ʒ. ii. diacori istarum rerum utatur modo una modo alia. Recipe rosarum. m. ii. camomille. m. sem. florum sticados. ʒ. ii. cubebarum nucis cipressi calami aromatici anna. ʒ. se. sandarace. ℈. ii. galie muscate. ʒ. i. sem. contundantur omnia et simul misce et fiat saculus capitalis cum sindone tinta in grana ad formā rotundam ad modum bireti hunc saculum teneat die ac nocte et eo uti incipiat post purgationem uniuersalem et tempore frigido fiat grossior sed subtilior tempore calido. Recipe nigelle in aceto per nocte infuse et postea tesfacte. ʒ. i. nucis cipressi. ʒ. sem. calami aromatici. ℈. i. sandarace. ʒ. i. storacis. ʒ. i. sem. contundantur contundenda et ex eis fiat pomum quod portet in manu quod debet moderate odorare et non nimis frequenter. unde mesue in suo de appropriatis in cap. de soda frigida inquit. Aromatica grauedinem capitis faciunt et ego quidem dico quod non elongatur quod hoc sit in frequenti usu eorū conuertunt enim uapores ad caput imo replent illud uaporibus. Sed moderatus usus eorum cerebrum confortat et calefacit. sed non fiat adeo frequens ut perducat ad illud.

## Septima intentio.

Completur intentio septima sumẽdo post ci/bum duos aut tres bolos casei post quem ni/hil bibat aut accipiendo unum coclear coriã/drorum preparatorum unius coperture zuca/ri uel capiat duos aut tres bolos citonii assati aut duos bolos dia citonitẽ uel unam aut du/as nespilas uel sorbas.

## Secundum capitulum

Ingeniabimur dolorem remouere cum adde rit cum fricationibus uentosis clisteriis posi/tione pedum in aqua calida et breuiter cũ di/uertentibus ad ptem longinquam de quibus dictum est in intentione quarta primi capitu.

## Tertium capitulum

Sciendũ est quod nihil particulariter auri ini ciẽdum aut faciendum nisi premisse sint uni uersales fricationes de quibus dictum est in intentione tertia et factis pticularibus de qui bus dictum est in intentione.iiii.cap.primi. Recipe serpilli rute abrotani sticados pulegii calamenti anna.m.i.sem.origani.m.sem.co loquintide.ʒ.sem.buliant omnia in lib.x.a/que usq; ad consumptionẽ medietatis.deinde ponatur in curcuma magna super quã pona/tur embotum et ante diligenter mundificata aure inclinetur ipsa super extremitatem em/broti et suscipiatur fumus.et cum aqua defi ceret effumare ponatur in ea lapillus calidus siue ignitus ut fumum continuet et sic suffu miget quelibet auris per.viii.ptem hore hoc suffumigiũ aperit opillationes aurium neruo rum et cerebri resoluit et consumit materias grossas et aquosas uentosas et uapores in ce rebro genitos uel fiat sic Ex predictis herbis decoctis fiant saculi et ipsi in eadem decoctio ne infusi calidi auri supponatur unus ꝑ qua libet deinde habeantur tabule cipressi et cale fiant et supponantur dicti saculi et cum eis te neantur bene adherẽtes auribus in quãto ta bule fuerint calidiores tãto ẽ melius. Et istud continuetur aliquibus diebus.iiii.aut.v. sto maco ieiuno. Auri sinistre infrascripta appo nantur obseruatis primo aliquibus canonibꝫ Primũ est quod nihil frigidum actu aut uehe menter calidum auri apponatur sed tepidũ. Secũdus est ut in ipsis nihil ponatur si prius auris non fuerit bene absterfa a sirugine et medicamine precedenti. Tertius ꝙ nunquã de aliqua medicina ponatur quantitas multa ĩ aure imo nisi una gutta uel due ad plus.quar tus quod postquã medicina fuerit iposita uni auri decumbat paciens super aurem opposi/tam per horam mediam ad minus et ad ampli us per unam horam. Et si ambe aures egrota uerint ut est in casu presenti.primo ponat in una aure deinde in alia. Recipe squame ferri subtilissime trite deide cum sindone cribate. ʒ.i.aceti.ʒ.i.buliant simul usq; ad consump tionem duarũ ptium aceti de isto aceto distil lẽtur due gutte tepide in aure sinistra.nullum enim est medicamẽ par isti in exsiccando sa/niem et humiditates auris.iii.cõtinentis. Re cipe olei sinapis de quo una aut due gutte di/stillentur et usus istius sit de tertio in tertium est mirabile. Recipe aloes pulpe colloquinti/de et euforbii subtilissime tritum et dissoluan tur cum felle uaccino et fiat sief et permittat exsiccari cum opus fuerit fricentur super co/te et cum succo rafani imponantur auri.nam medicamen istud in restaurando auditũ per multum tempus amissum est ualde efficax.

Plura alia ad hanc intentionem facientia scri bere possem sed puto hec suff.cere. Istorũ me dicaminum utatur modo uno modo alio.et si contingeret ex usu istorũ sentire in aure mor dicationem aliquam aut dolorem ponãtur in dicta aure due gutte istius medicaminis et ꝑ tunc ab aliis abstineatur. Recipe sief memite dissolutũ cum succo solatri aut nenufaris uel olei rosati. In aure uero dextra immittat ca/storeum dissolutum cum oleo nardino. Item Recipe ellebori albi croci castorei anna.ʒ.i. nitri.ʒ.iii.dissolue cum aceto et utere. Item Recipe ellebori albi castorei costi anna.ʒ.i. rute nitri piperis longi. anna.℈.ii. euforbii ℈.i.succi radicum que comeduntur succi por ri olei nardini olei camomillini amigdolarũ amarum anetini anna.ʒ.i.coquantur omnia usq; ad consumptionem succorũ postea cola hoc medicamẽ mirabile est sonitui et grauedi ni auditus propter uentositatẽ grossam et ma teriam frigidam grossam.

## Quartum capitulum.

Impletur cura istius accidentis cum his om/nibus que dicta sunt in cap.primo sed specia le ad hoc remedium est gargarisma que sic fit Recipe origani piretri zenze. piperis nigri albi et longi sinapis et cinamomi ysopi nigel le sansuci costi anna.ʒ.sem. buliant ĩ lib.ii. aque usq; ad consumptionẽ medietatis postea coletur et colature addantur yeralogodionis. ʒ.iiii.oximellis squilitici.ʒ.iii.fiat gargaris ma. Nam istud gargarisma optimũ est et ex pertum ad dissoluendum flegma quod est ĩ ca pite aggregatum in neruis et lingua. Si post

gargarisma sentiret acuitatem aliquam aut ardorem gargarizet hanc decoctionem. Recipe rosarum .m.i. extremitatū rubri. ʒ.i. plantaginis .m. sem. gallarum cipressi. ʒ. sem. buliant omnia in sufficienti quātitate aque postea coletur et colature addatur diamoronis .ʒ.ii. et fiat ut dictum est.

## Quintum capitulum.

Pro materia istius capituli faciunt omnia q̄ dicta sunt in cap.i. Nam cum uertigine non accidat nisi ex uaporibus spartibus permixtis que probibet hos uapores huic accidenti conferunt.

## Sextum capitulum.

Ad ultimum accidens ualent fricationes locorum ligatura et alie diuersiones de quibus dictum est intentione .iiii. primi capi. post uniuersales et particulares euacuationes fiat inunctio cum oleo de piratro aut cum oleo de euforbio. scio enim quod inunctio talium oleorum dolores antiquos sedat. Finis.

Bauerius de Baueriis.

## Spectabilis

uir ser Baldassar beliardus ciuis reginus patitur malam cōplexionem frigidam et humidam cerebri Recedentem magis a tempamento per humiditatem quam per frigiditatē huic dispositioni cōiunguntur quedam accidentia. unum est dolor in pte posteriori colli aliud est dolor gingiuarum cum quodā tumore aliquando earū tertium est quedam capitis perturbatio pcipue in pte capitis anteriori. Et ex istis patet satis causa accidentiū suprascriptorū. Nam primi causa est materia in cerebro multiplicata cum ex nutrimento quo debet nutriri per uiam indigestionis tum etiā fumi qui a membris nutritiuis eleuantur et frigiditate cerebri condēsantur et conuertuntur in flegma facit etiam ad huiusmodi multiplicationē indebitum regimen sex rerum non naturalium de quibus infra dicetur cum ponam curam multiplicata huiusmodi materia in cerebro cum sua noceat multitudine aut grauitate uel aliqua qualitate. uirtus expulsiua expellit eam ad ptem sibi magis abilem. unde ad ptem posteriorem colli ueniens in eo dolorē causat missa ad gingiuas illic egritudinem facit ab eadem et materia fumi eleuantur perturbantes spiritus q bus amiscentur. unde operationes illarum p tium ubi sic spiritus alterantur redduntur impedite aut non debite quemadmodū secundū naturam esse debent hunc casum Ego Bauerius ellegi ex signis uisis et ex relatione pacientis. casus iste indiget diligentia ex pte medici et obedientia ex pte pacietis quoniam nisi succurratur pducet ad debilitatem . ista dispositio operationum cerebri cognitiuarū et motiuarum. et si antiquaretur multū esset difficile ei succurrere iuxta illud ypocratis branca et corrize in ualde senibus non maturantur

## Cura istius dispositio

nis tribus completur instrumentis medicinalibus dieta. s. potione et cirugia. Dieta consistit indebita sex rerum non naturalium administratione. et cum ipse res nō naturales sint sex totidem faciam capitula in quibus ponentur iuuantia atq3 nocentia ab aere incipiendo

## Capitulum de aere.

Cauere debet ab aere frigido et humido et aere uentoso et precipue flāte austro aut borrea et ab aere nebuloso non habitet loca terranea nec ductibus aquarum propinqua. Caliditatem ignis aut solis intensam fugiat et loca fetentia. Eligere debet aerem clarum bene euetatum declinantē ad caliditatem sed magis ad siccitatem qui si talis naturaliter non habetur fiat arte suffumigando cameram aut sue habitationis locum cum thure laudano storace sicca aut granis iuniperi cum aliquo istorū suffumigiū fiat aut incendendo ignem in camera cum lignis siccis boni odoris qualia sunt abies iunipus sauina ros marinus et similia. Sit camera inter duo solaria in qua habitat fenestras habeat uersus orientem et non ad meridiem.

## Capitulum secundum

de accidentibus anime. Fugiat iram furorem tristitiam sollicitudinem dolorem animi. conuenit gaudere letari bene sperare conuersari cum amicis et delectis.

## Capit. tertium de mo

tu et quiete. Nocet omne exercitium immoderatum et precipue immediate post cibum factum siue sit equestre siue pedestre et omē exercitium in quo laborat caput aut multum inflectitur. iuuat ambulatio aut equitatio moderata per loca amena depositis primo supfluitatibus prime et secūde digōis fiatq3 stōaco ieiuno ante prādiū et cenā loco exercitii conueniunt fricationes incipientes ab humeribus

trahentes uersus brachia ad manus et a collo ad pectus et spatulas. deinde ad uentrem et tādem ad coxas et tibias cum pāno calido et iuuat pīcularē exercitiū capitis. s. ipsius pectinatio cum leui fricatione.

# Capitulum quartum

de sōno et uigilia. Vitet somnū diurnū et sōnum īmediate post cibū factū sit somnus de nocte et nō de die et primo super latus dextrū deinde super sinistrū. Et si postea excitat ante completū somnū reuoluatur super latus dextrum iuuat ad digestionē somnus sup uentrem sed nō dormiat super dorsum sitq; somnus septem horarū non amplius octo nec minor sex nec dormire incipiat nisi a fine cene transiuerint hore due et sit capite bene eleuato et corpore sufficienter pannis tecto ubi tamen contingeret propter aliquā causam qđ ī nocte non dormiret cōceditur in die somnus quoniā superflue uigilie replent caput uaporibus prima tertii capi. de epilensia et melior esset ante prandium quā post.

# Capitulum quintum

de cibo et potu. Fugere debet omnia cibaria mali nutrimenti aut difficilis digestionis aut quecūq; sunt uentosa aut in caput euaporabilia nocet panis agimus aut male coctus uel in cuius farina fuerit lolium. Et carnes antique aut dure digestionis sicut sunt bouū et caprarum et salite et uiscera animaliū queadmodū cerebrū cor pulmo stomacus et intestina splē et epar et cutes ipsorum et pinguedines. Pisces generaliter sunt mali lac non cōuenit neq; caseus nec butirū herbe frigide et humide sunt male sicut portulaca spinacia et similes. et ex fructibus herbarum nocent citrulli melones cucurbite cucumeres et herbe in caput euaporantes quemadmodū eruca et caules.

Legumina cum sint uentosa non laudat eorum usus acruminia omnia sunt mala et uitāda. Et pariter omnes fructus frigidi et humidi nisi per modum qui dicetur infra. Vinum dulce nocet si cum dulcedine sua fuerit grossum et potens et omne uinū fumosum cuiusmodi est maluaticū et similia. Et potus aque non laudatur. Conuenit panis ex farina mūda ex optimo frumento bene coctus et debite fermentatus non maioris temporis trium dierum nec minoris unius diei a quo cum comeditur cortices abiiciantur. Carnes sint ex auibus siluestribus perdicū fasianorum turturū et auium paruarū degentiū in nemoribus ut turdi merule. et non in stagnis aut paludibus ut sunt anseres anates folice. Ex domesticis sunt capones iuuenes galline pulli. Ex quadrupedibus conceduntur lepores iuuenes capreoli et apri iuuenes. Ex domesticis laudantur castrati carnes agni annualis uituli lactātis et edi harum carnium eligant potius pītes anteriores quā posteriores. et ipsarum partes musculose aliis sunt prestantiores. conueniunt oua recētia tremula aut sorbilia rarus sit casei usus. sed si comedatur eligatur caseus ī etate medius inter recētem et antiquū qui sit frangibilis de quo in fine mense sumere pōt duos aut tres bolos. Piscium rarissimus sit usus. Si tamen aliquando sumit sint pisces p ui squamosi capti ex bonis aquis ut sunt lucii capedani scardoni et ex mari aurate mali passeres. Legumina omnia uētosa sunt et iō dimittenda. Ex herbis conceduntur feniculus petrosillus menta buglossa mellissa maiorana serpillus saluia de pībus herbarum cōceduntur capares lupulli sparagi. Et ex fructibus conueniunt passule dulces fistici et in fine mense citonie cocte aut pira pontica cocta. Ex conditis laudantur coriandi prepati habētes solum coopturam unā zucari et dia citonitem cum zucaro. et sumatur alterū istorū ī fine mense post quod nihil bibat. Species quibus uti potest super cibaria sua sic fiunt Recipe cinamomi electi. ℥. i. zenze. ℈. i. Cardemomi granorū paradisi anna. ℥. sem. piperis albi longi et nigri anna. ℈. sem. carui ameos anna. ℥. sem. croci. ℈. ii. pistentur et cribent et fiant species.

# Capitulum sextum

de repletione et euacuatione. Fugienda ē omnis repletio non solum humoralis de qua postea dicetur sed cibalis. Et propter hoc uoluit Auic. tertia. i. q; surgeretur a mensa cum reliquiis famis. nec comedendū est nisi prius cibus assumptus fuerit digestus et in eadē mēsa non comedantur diuersa cibaria sed unum sufficiat aut duo et ab eo prius incipiat quod facilioris est digestionis quod si in stomacho cibi corrupti senserit repletionem quam cognoscet ex eruptuatione fetida referente malū saporem conetur ante cibum cū uomitu euacuare linguam primendo digito. Quod si nō uomuerit sumat ciatum aque tepide i qua bullierint. ℥. iii. seminū radicum et addito modico aceti tepidum sumat. Et inde ad horam cōpressa lingua uomitum faciat. inde stet per horas duas antequam comedat.

Si uero in uentre hoc est in intestinis repletionem senserit quā cognoscet ex gurgulatiōe

et repletione eorum et grauitate fiat clistere stomaco ieiuno quod sic fit. Recipe malue florum camomille anna. m. i. aniforum cartami anna. ℥. i. fiat decoctio de qua accipiantur libra. i. sem. cui addantur succi blite. ℥. iiii. cassie. ℥. i. yerapig. ʒ. iiii. olei cõmunis. ℥. iii. salis. ʒ. ii. sem. et calidum supponatur. Inanitio etiam multa siue ex medicinis assumptis siue a longa abstinentia a cibo nocet.

## Cura per potionem

multas habet intentiones quas oportet medicum exequi. Prima est materiei minoratio. Secunda est ipsius digestio. Tertia est eiusdẽ eradicatiua euacuatio. Quarta uero diuersio. Quinta est capitis confortatio et male cõplexionis humide alteratio.

## Prima intentio.

Sic completur Recipe pillularum de yera cõposita. ℈. ii. fiant pill. numero quinqȝ. istas pillulas minoratiue materiam a capite minorantes sumat quando uadit dormitum post cenam quam leuem faciat per duas horas.

## Secunda intentio.

Digeratur materia iuxta intentionem secundam. Recipe syrupi de sticados. ʒ. vi. oximellis simplicis. ℥. i. aquarum mellisse saluie et lupullorum anna. ℥. i. misce et aromatiza cũ nuce muscata iste est pro una uice istum syrupum materiei in capite digestiuum sumat in die sequenti ad diem assumptionis pillularum minoratiuarum per octo horas a fine cene immediate precedentis super quem potest una aut duabus horis dormire. et eo sic utatur sex aut septem diebus aut tamdiu donec uiderit medicus presens per urinam materiam esse digestam aut comprehenderit per sputum digestum aut per id quod per nasum expellitur.

## Tertia intentio

Adimpletur sic Recipe pillularum cochiarũ. ℈. ii. sem. fiant pillule quinqȝ istas pillulas materiam a capite eradicatiue euacuantes accipiat per horas nouem post cenam imediate precedentem in die sequenti ad diem complete sumptionis suprascriptorum syruporũ super quas cum ceperit poterit per horam dormire. inde uigilet donec transeant hore quinqȝ ab hora sumptionis et tunc accipiat ciatum aque ordei calide cum. ℥. i. zucari rub. et inde ad horã prandeat et nõ se multo cibo grauet. Aut Recipe florũ sticados arabici maiorane anna. ʒ. ii. florũ boraginis et buglosse. anna. ʒ. iii. anisorũ carui anna. ʒ. ii. passularum enucleatarũ. ℥. sem. fiat decoctio de qua sumatur quantũ sufficit ad dissoluendum diacatoliconis. ℥. sem. elect. indi maioris. ʒ. iii. et fiat potus. istum potum calidum sumat modo et ordine datis de pill. si potus sit sibi gratior quã pill.

## Quarta intentio.

Materia diuertatur iuxta intentionem quartã fiant fricationes cũ panno calido incipientes a ptibus supioribus et trahentes ad pties inferiores ponantur uentose super nates et spatulas. facit ad candẽ intẽtionẽ administratio clisteri in cap. precedenti scripti et suppositorii facti cum melle aut radice side et balneum de coctionis florum camomille absinthii et foliorum lauri in quo lauentur tibie a genibus infra stomaco ieiuno istorũ utatur mõ uno modo a'io. Diuertatur materia ad ptem propinquam cũ euacuatione cũ nasipurgio quod sic fit. Recipe succi acori succi blite amborũ per residentiã clarificatorũ anna. ℥. se. aque maiorane. ʒ. ii. zucari candidi. ʒ. i. misce de isto medicamine trahat sex aut septẽ guttas p nasum ore prius aqua pleno et cõuertat dũ facit caput ad posteriora et eo sic uti incipiat p tres dies postquã pill. eradicatiuas ceperit aut medicinã. Recipe piretri ellebori a bi. anna. ℈. sem. puluerizentur subtilissime de puluere isto trahat per nasum ad quantitatẽ uniuſ grani frumenti quoniã iste puluis facit sternutare et p nasum materiã euacuat. Aut Recipe sinapis. ʒ. ii. maiorane serpilli anna. m. se. bulliant in lib. iii. aque donec reddeat ad lib. se. postea coletur et colature addatur oximellis simplicis. ℥. iii. et stomaco ieiuno gargarizetur istorum triũ ultimo ordinatorũ utatur modo uno modo altero saltẽ ter in ebdomada diebus interpositis et non nisi postquã sumpserit pill. aut medicinã ultime ordinatam.

## Quinta intentio.

Alteretur mala complexio capitis et ipm caput cõfortetur iuxta. v. intẽtionẽ ad hãc pficiendã intẽtionẽ. sunt auxilia plura. primũ est usus diamusci dulcis de quo sumat. ʒ. ii. se. ante diẽ p horã cõuenit et usus diambre modo consimili. Ad idem facit egregie frequens odoratio nigelle taliter preparate. Recipe nigelle per diem et noctem in aceto infuse. inde ad umbram exsiccate postea parum torrefacte ultimo pistate. ℥. ii. ligetur etiam in sindone tincta in grana et odoret frequẽter. Valet ad idẽ. Recipe laudani.

ʒ.i.thuris sandarace nucis musc. gariofilorũ anna. ʒ.sem. pistent et fiat puluis de quo quãdo uadit dormitũ spargaẽ sup cõmissurã coronalẽ et sagitalẽ de mane postea cũ surgit remoueatur caput pectinando. Item Recipe nucis muscate macis gariofilorum.anna.ʒ.i.laudani thuris sandarace.anna.℈.ii. rosarum rubearum mirti.anna.ʒ.i.sem.conterãtur et fiant species ex quibus fiat saculus capitalis cum sindone tincta in grana qui sup caput portetur et omni mane et sero suffumigetur cum thure carbonibus ignitis sup asp so usus istorum medicaminum sit post euacuationem uniuersalem que dicta est eradicatiua uno istorum utendo et modo alio uerũ securior est istorum usus post mensem augusti exacto calore magno. Istis ut scriptum ẽ ad impletis si non uideatur curatus redeat cum per quindecim dies steterit et iterato que scripta sunt replicet nam egritudo tanti temporis difficile est eam in breui remouere tempore.

## Quod si istis factis.

Curatus non fuerit et replicare remedia su prascripta noluerit petat balneum sancti philippi aut petrioli quod arbitror sibi esset utilius ad quod accedendũ est de mense Aprilis ad finem et ad principium septẽbris. premissa primo corporis et capitis purgatione. Et si accesserit petriolum intret primo in ortu solis per tres dies in balneo caldenallarum cũ q̄ in eo per horam steterit intret i lecto et corpore pannis mediocriter tecto tentet sudare si sudauerit abstergatur cum pannis calidis sudor induat et inde ad horam prandeat et similem ordinem seruet duobus diebus sequentibus exactis istis tribus i ortu solis intret balneum militis stando per horam in eo et aquã capiat aliquando ad collum saltẽ ter in ebdomada et cum exiuerit balneum intret lectum et faciat ut dictum est de balneo caldenallarũ cũq̄ indutus fuerit uadat ad duciam aque petrioli et ibi aquam ad caput accipiat per horã ab ea incipiendo que minus calida est acta hora faciat sibi caput exsiccari deinde fricari cũ aqua quam inferius ordinabo et postea stet p mediam horam et prandeat. cum uero transiuerint hore septem a fine prandii reddeat ad duciam ad caput et istum ordinem seruet tempore toto quo steterit in balneo. Hoc excepto cum se per diem unum duciauerit ad duciam unam alio die mutet se adduciam propinquã illi parum calidiorem et sic se permutãdo de nec appropinquet ad ultimam ceteris calidiorem ad tres ducias in qua quiescat. tẽpus stãdi ad balneum debet esse unius mensis con[t]ri debet antequã balneũ intret habere uẽtris beneficium et cũ est in balneo non bibat nec aliquid comedat nec etiam post exitum a balneo et a ducia nisi corpus et caput sit refrigeratum et caueat a statione sub diuo post solis occasum et dietam obseruet in primo capitu. ordinatam. Quod si uentris pateretur stiticitatem faciat ante introitũ balnei sibi fieri distere ex decoctione capitis arietis cum melle et sale aqua qua caput in rorandum est cũ eleuatur a ducia dum est exsiccatum. Recipe aq̃ uite quatuor uicibus sublimate lib.ii. laudani.ʒ.i.sem.gariofilorum nucis muscate cipe ri anna.ʒ.i.thuris sandarace anna.℈.iiii.pistentur modo grosso et infundantur in dicta aqua que sit in uase uitreo optime clausa.

Cum adest dolor colli ungatur cum incipit cum oleo de camomilla cum uero minui incipit ungatur cum oleo de costo.

Cum gingiue non dolent sepe in ore teneat decoctione que sic fit. Recipe gallarũ cipressi gallarum bistorte.anna.ʒ.i.sem. thuris sandarace.anna.ʒ.i. bulliant in uino rubeo põtico qualitatis lib.i.sem.usq̄ ad consumptionem medietatis postea coletur et de hac colatura calida in ore teneatur et cũ ea dentes et gingiue fricentur cõfortat gingiuas et dẽtes ne suscipiant materiam. Recipe specierum yere simplicis.ʒ.i.mirabolanorũ chebulorum.ʒ.sem masticis.℈.sem.aloes.ʒ.i.sem.agarici.℈.ii.gingiberis gra.iii.misceantur simul et cum succo caulium et oximelle simplici reformetur pasta pro pill.ex qua cum opus fuerit reformentur pillule septem pro tribus. Ex quibus sumat a tribus usq̄ ad quinq̄ post cenã quando uadit dormitum. Istarum pillularum usualium que sunt sine custodia sumat ut dictum est quando sentiret caput graue aut excessum fecisset in cibo et potu. Finis.

¶ Bauerius de Baueriis.

## Assiduus labor

quem pro fide christiana uenerabilis religiosus frater Marcus de Bononia tulit et neq̄ ferre desistit et amor meus in eum uel potius deuotio me cõpellunt ut neruos extendam omnes ad suarũ malarum dispositionũ curã quã libenter aggredior sperans in deum redemptorem nostrum. Cuius ipse frater Marcus est euangelizator q̄ dabit sibi gratiam liberandi mihi uero bene consulendi. Varie sunt dispo-

sitiones quibus iste uenerabilis pater laborat prima est exitus saniei ab aure absq3 ulcere. secunda est corruptio operationis uirtutis auditiue que dicitur tinitus aut sibillus. tertia ē nocumentū diminutionis auditus. Prima dispositio que cōmuniter dici potest morbus ꝑprie tamē accidēs appellari debet quoniā ē existens mutatū. ꝙ sit sanies ab aure egrediens absq3 ulcere facile declarari potest. nam superfluitas saniosa ab aure egreditur nō precedētibus signis solute continuitatis in aure neq3 in cerebro nec in ptibus capitis nec etiam signis quibus concludere possumus in eisdē ptibus fuisse apostema. igitur ista sanies nō ꝑuēit ab ulcere cōseqntia tenet qa si esset ulcus a quo emanaret sanies dicta ipsum esset aut ꝑpter solutionem cōtinuitatis factā aut propter apostema qđ ad supporationem uenisset. Sed antecedens uidetur manifestum siquis diligēter quesiuerit signa solutionis continuitatis. et apostematū et bene hūc uenerabilē uirum examinet cognoscet uerissimū esse quod dicitur. modus generationis istius superfluitatis ab aure egredientis est. nam huius reuerendi patris est cerebrū frigidum et humidū respectu tempati multū. unde fit ut multas materias flegmaticas multiplicet quarū ptem transmittit ad concauitatē ossis petrosi que ibidem retenta propter tuortuositatē foraminis auris aut fortitudinem uirtutis retentiue et destituta a regimine nature possidetur a calore preter naturali et ad saniem conuertitur que sua malicia irritans uirtutē expulsiuam extra aurem pellitur. Et ex hoc apparet. primo quare est ꝙ aliquando plus aliquando minus de hac materia egreditur quoniā hoc contingit. secundū quod in cerebro plus aut minus materie repitur que cerebrū irritet ad sui expulsionem. Nam secūdū quod ab eo plus ad auris concauitatē expellitur aut minus contingit plus minus ue ab aure materiā exire. Apparet secundo que sit istius dispositionis causa. Nam causa efficiens est calor preter naturam occupans materiam in concauitate auris contētam a natura destitutā. Causa uero materialis est materia a cerebro pulsa ad ipsā auris concauitatē causa huiusmodi expulsionis a cerebro est materia aggrauans cerebrū aut sui multitudine aut sui qualitate irritans ipsum ad sui expulsionem causa autē multiplicationis aut qualitatis male est malicia cōplexionis frigide et humide cerebri et indebitū regimen sex rerum non naturalium. Secunde dispositionis que proprie est accidens multe assignantur cause ut patet per Auic. quarta tertii capi. de sonitu tinnitu et sibillo inter multas. puto causam esse uentositatem et uapores qui cōmouent aerem existentem in concauitate auris et ipsum inundare facit. Ex cuius inundatione cōmouetur aer quietus existens in panniculo cooperiente concauitatem et anfractuositatem ossis petrosi et hic imutatus imuttat organum auditus. et ex hoc sentitur uox ista qꝫ tinnitus siue sibillus uocatur. unde Auic. loco supra allegato tinitus ē uox quam incessanter homo audit exterius. i. ac si esset exterius aliam causam puto materiam esse ebuliētem siue agitatam a calore preter naturam que existens in concauitate ossis petrosi suo motu mouet aerem uaporosum in concauitate auris existētem et hic uaporosus aer motus cōmouet aerem complantatū siue quietum qui neruum auditiuū imutat et ex hoc sentitur sonus qui esse exterius putatur cum tamen non sit. Et ex isto apparet ꝙ hoc nocumentū auditus est per essentiam in capite qa est continuum. Secundo apparet quare quibusdam corrupte audientibus uidetur audiri cursus aquarum huius causa est uapor humidus et inundans et collidens humiditatem ad panniculum siue organum auditus. Apparet tertio quare quidam percipiunt sibillum qa uapor est subtilis et uehemēter motus ad timpanum auditus. ex dictis multa inferri possunt que breuitatis causa obmitto. Diminutionis auditus causa est materia que ad neruos quinti paris a cerebro transmittitᷣ et facit opillationem non integram in substātia nerui eiusdem paris per quem neruum defertur aut deferri debet spiritus animalis ad panniculū tenuissimum cooperientem superficiem concauam ossis petrosi et anfractuosi in quo panniculo fila nerui quinti paris cōmiscentᷣ quoniam panniculus ipse ab eo trahit originē et ipse est auditus organum cum potentia auditiua in actum non exeat nisi secundum quod mouetur ab obiecto. obiectum uero licet excellenter sit sonans et diffundat speciem suā in aerem exteriorem uel in aerem in concauitate auris contentum et imutetur aer quietus existens in poris panniculi et nerui auditus non bene sentitur obiectum nisi adsit sufficiens quantitas spiritus animalis qui non ex toto sed secundum partem prohibetur uenire ad organum auditus propter opillationem factā non totalem in substātia dicti nerui ut dictum ē. nā si ex toto fieret opillatio ex toto illius auris ꝓhiberetur auditus cōcurrit insuper humiditas que a cerebro ad auris concauitatem pelliᷣ et ipsum humectat panniculū

cooperientem interius concauitatem ossis petrosi et organum auditus qui in debita dispositione debet esse siccus remollit. unde ad debite percipiendum sonos indisponitur. Et nisi timerem prolixitatē ponerem signa causarum nocumentorum. Nocumenta ipsa declarant se ipsa sed consideranti signa facile haberi possunt ideo ea ponere obmittam ad curam transiens.

## In cura istarum dispositionum multe sunt habende intentiones.

Vna est et prima ad minorandam materiam in capite contentam. Secunda est materiā digerere. Tertia est eiusdē materiei euacuatio. Quarta est ipsius a capite ad alias ptes diuersio. Quinta est capitis confortatio et malicie Complexionis frigide et humide remotio. Sexta uero est auris exsiccatio Septima ē uaporis et uentositatis in cōcauitate auris existētis et opilationis nerui quinti paris remotio. Octaua est debitum regimen in sex rebus nō naturalibus ponere.

## Prima intentio.

Intentio prima sic adimpletur. Recipe pillu. de yera composita siue yere Nicolai pill. colchiarum anna. ℈.i. fiant pill. v. istas pill. materiam a capite minorantes accipiat post finē cene imediate precedentis per nouem horas super quas cum ceperit potest per horam cum dimidia dormire deinde uigilet donec ab hora sumptionis supra scriptarū pill. transiuerint hore quinqȝ in fine quarū comedat.

## Secunda intentio.

Digeratur materia iuxta intentionem secundam Recipe syrupi desricados oximellis simplicis anna. ℥.i. aquarū betonice mellis saluie anna. ℥.i. misce et aromatiza cū nuce muscata et modico cinamomi. Istū syrupum calidum sumat post finem precedētis cene ad horas octo super quem potest ad libitum suum dormire et ipsū taliter continuet octo diebus.

## Tertia intentio.

sic adimpletur. Recipe pill. fetidarum descriptione Rasis. ix. almansoris pill. cochiarū anna. ʒ. sem. fiant pill. vii. numero. Istas pill. eradicatiue materiam a capite euacuantes sumat in die imediate sequente ad diem complete assumptionis supra scriptorum syruporū per horas nouem a fine cene imediate precedentis super quas potest cum eas ceperit dormire per horam cū dimidia postea uigilet donec transeant hore. v. ab hora assumptiōis et tunc accipiat ciatum aque ordei calide cum. ℥. sem. zucari ru. et inde ad horam prādeat.

## Quarta intentio.

Diuertatur materia a capite ad partem oppositam iuxta quartam intentionem. Istorū diuertentium quedā diuertunt simul materiam extra corpus educunt quedam uero solum diuertūt sed materiam extra corpus nō educūt. De primis est clistere q̄ sic fit. Recipe anisorum carui cartami. anna. ℥.i. malue feniculi anna. m. i. centaure minoris. m. sem. caricarum numero octo fiat decoctio i sufficienti q̄titate aque. postea coletur de colatura accipiatur. lib. i. se. cui addantur cassie. ℥. i. yerapig. yeralogodion anna. ʒ. iii. olei de camomilla. ℥. iii. salis. ʒ. iii. et stomaco ieiuno calidum supponatur. Recipe specierum yere. ʒ. sem. agarici. ℈. i. salis geme. ʒ. sem. mellis quantū sufficit fiat suppositoriū quod stomaco ieiuno supponatur. Istis duobus diuertentibus pariter et euacuantibus potest uti quando placuerit ꝑ post assumptionem pill. minoratiuarū. Diuertentibus materiā a capite ad ptem propinquam et eam euacuantibus uti non debet nisi postquā pill. eradicatiuas ceperit. Recipe piretri costi scaphisagrie āna. ʒ. ii. foliorum lauri origani roris marini anna. ʒ. sem radicis yreos anna. ℈. i. masticis. ʒ. vi. gumi arabici dragaganti anna. ʒ. iiii. masti. dragantū gumi arabici mollificentur cum muscilagine sebesten et rebus aliis grosso modo puluerizatis cum dictis gūmis misceantur et fiant pill. ad magnitudinem unius auellane et exsiccentur sub tegula calefacta istarum pill. sumat unam per horas duas ante prandium et ipsam masticet semper expuendo humiditatē q̄ ad os uenerit et hoc medicamine taliter utatur bis in ebdomada diebus interpositis. Recipe succi acori succi ciclaminis amborū per residentiam clarificatorum anna. ℥. se. aque maiorane. ʒ. vi. zucari canditi. ʒ. ii. misce et fiat capupurgiū hoc capupurgio sic utatur ante prandium per. ii. horas impleatur os aqua deīde flectat caput ad posteriora et trahat quatuor aut quinqȝ guttas calidas predicti capupurgii per nasum et taliter utatur quando nō fecerit masticatoriū suprascriptum bis in ebdomada diebus itermissis Recipe piretri. ʒ. sem. ellebori albi. ℈. i. puluerizentur subtilissime de isto puluere trahatur per nasum ad quātitatem unius grani frumenti ante prandium per duas horas. Illis diebus quibus nō utetur aliquo suprascriptorū duorum medica

minum imediate descriptorum. Materiam di uertentia absq; euacuatione sunt fricationes incipiendo a genibus trahendo ad pedes cum pannis calidis stomaco ieiuno. Et postea ab inguinibus ad genua inde ad spatulas ad nates postea ad brachia et tamdiu ad istas ptes fiant donec ptes rubere incipiant et ad eandē intentionem facit appositio uentosarū ad spatulas et post ipsarum remotionem fiant fricationes super illas ptes quibus applicite steterint trahēdo ad inferiora. Et ad idem ualet locio tibiarum incipiendo a genibus cum decoctione que sic fit. Recipe foliorum lauri roris marini saluie origani anna.m.i.sauine mentastri anna.m.sem.incidantur omnia et buliant in sufficienti quantitate aque pro locione tibiarum ut dictum est. Et hec fieri debet ieiuno stomaco: istorum trium diuertentium utatur modo uno modo alio. Ad idem ualet leuis capitis pectinatio et fricatio non fortis capitis cum pāno calido stomaco ieiuno et huiusmodi pectinationem et fricationem faciat singulo die.

## Quinta intentio.

Confortetur caput et remoueatur eius mala complexio frigida et humida iuxta intētionē quintam. Recipe ligni aloes macis gariofilorum granorū paradisi amomi anna.ʒ.i. maiorane.ʒ.ii.laudani.ʒ.iii.puluerizentur omnia et misceantur de isto puluere aspergat᷑ super ptem anteriorem capitis incipiendo a principio ortus capillorum per latitudinem quatuor digitorum et ascendendo usq; ad mediū capitis et hoc faciat quando uadit dormitum. et inde supponat birretum suum parum calidum. Recipe pulegii origani calamenti serpilli anna.ʒ.ii.granorum paradisi.ʒ.i.sem.rute sicce sticados maiorane anna.ʒ.iii.macis.℈.sem.gariofilorum storacis sicce anna.℈.ii.ambre.℈.i.musci.℈.sem. puluerizentur omnia per se et inde misceantur istius pulueris medietas ligetur in sindone tincta in chermes seu grana alia medietas incorporet᷑ cū.℈.i.sem.laudani puri cū uino maluatico dissoluti et fiat pomum uicissim odoret alterum istorum. nam magnum prestat iuuamentum in confortando cerebrum. Aliud capitis confortatiuum est ut de mane ante cibum quādo surgit et in sero ante cenam ponat pannos lineos calefactos capiti et eos teneat bene compressos et cum infrigidantur remoueantur illi et alios superponat. et taliter faciat tribus aut quatuor uicibus mane et sero. Recipe foliorum lauri galange ambre croci ligni aloes anna.℈.ii.puluerizentur omnia et inde cum syrupi de sticados reformentur pill.vi.℈.ʒ. istarum pill.accipiat.ii. quando uadit cormitum et taliter utatur ter in ebdomada diebus interpositis. Recipe diambre diamusci dulcis anna.℈.i.sem.misce de isto electuario accipiat.ʒ.ii.de mane quādo surgit illis diebꝫ quādo in sero non accepit pill.imediate suprascriptas. Istis medicaminibus caput confortantibus uti incipiat postquā ceperit pill.eradicatiuas et usus fuerit per sex aut octo dies diuertentibus suprapositis.

## Sexta intentio.

Exsiccetur auris iuxta sextam intentionem. Recipe scorie ferri.℈.i. teratur subtilissime et cum sindone cribetur postea misceatur cū quadruplo sui aceti uini quod sit forte et buliant simul donec acquirat spissitudinē ad modū mellis de hoc medicamine cui nihil est cōpar ad exsiccandum humiditatem auris auctoritate Rasis.iii.continentis. Imponatur i aure una aut due gutte et iaceat inde super ptem sanam per horam mediam et hoc medicamie taliter utatur de mane quando surgit et in sero quando uadit dormitum. Ad idē ualet hoc medicamē. Recipe uini albi.℈.i.mirre.ʒ.i.sem.buliat mirra in dicto uino usq; ad cōsumptionem medietatis uini. postea coletur et colatura utatur ut dictum est de medicamine immediate precedente. et horum duorum utatur modo uno modo alio. Et eis uti incipiat post quā ceperit pill. ultio descriptas et usa fuerit paternitas sua octo diebus diuersionibus et ceperit uti confortātibus caput. Pro usu istorum medicaminum et aliorum qui ponentur ut adimpleatur septima intentio.sunt aliq cano.obseruandi. Primo nequid auri imponat᷑ nisi prius fuerit facta mūdificatio ceruminis auris et aliarum superfluitatum ibidem repertarum. Secundo ꝙ medicamē in aure ponat᷑ tepidum hoc est non calidum neq; frigidum. Tertio non ponatur in aure medicamen multe quantitatis sed sufficit una aut due gutte. Quarto nō imponatur uice secunda medicia in aure nisi prius sit munda auris a medicia precedenti cum coto aut liciuio. Quinto cum impositum fuerit medicamē in aure egra iaceat super partem sanā per horā mediā aut amplius.

## Septima intentio.

Resoluatur uentositas et uapores in aure existentes et remoueatur opillatio nerui quinti paris iuxta septimam intentionē. Recipe ser

pilli abrotani ſticados arabici maiorane pule
gii mentaſri origani anna.m.i.colloquintide
℥.ſem.herbe incidantur et buliāt omia ſimul
cū urceis tribus aque donec redeat ad duos
et ponatur in uaſe quod cooperiri poſſit oper/
culo in quo ſit foramē et in eo ponatur arun/
do perforata ita ꝙ uapor nō poſſit per aliā p/
tem quā per arondinē exire. et alia arondinis
extremitaſ ad auris concauitatē ponatur et fu
mum per quartā ptem hore recipiat. cum ue/
ro decoctio infrigidatur ita ꝙ nō amplius eſ/
fumat habeat lapis fluuialis calefactus et ſub
mergatur in decoctione et effumabit hoc me/
dicamen efficaciſſimū eſt ad exſiccandū aurē
ad remouendū tinitum et aperiendū opillatio
ne neruí auditus. Cū ſurrexerit a ſuffumigio
claudat aurem cū cotto calido in quo ſteterit
muſcus. Ad idē ualet ſi facti fuerint duo ſacu
li ex rebus imediate ante ſcriptis et caleſiant
ſuper aſſarē calidā cipreſſi aut pini et poſtea
auri unus ſupponatur et cum infrigidatˀ po/
natur alter. et ſic fiat tribus aut quatuor uici/
bus ꝙ ſi etiam capiti dicti ſaculi ſupponātur
facient ad predicta notabile iuuamentū Reci
pe caſtorei grana.vi.conteratur cum oleo nar
dino diligenter et ponatur in aure gutta una
aut due. Item recipe ellebori albi croci caſto/
rei nitri.anna.ʒ.i.aceti mellis anna.℥.i.bu/
liant ſimul donec totū reddeat ad ſpiſſitudinē
mellis et hoc medicamine licinium liniatur et
auri imponatur et dimittatur per tres aut qua
tuor horas et poſtea remouetur. Iſtud medica
men ponitur a Raſi.iii.continentis eſt effica/
ciſſimum i caſu iſto. Iſtorū medicaminū uta/
tur uno tribus aut quatuor uicibus poſtea a/
lio et eis taliter uti incipiat poſtquā ceperit pil
lulas erradicatiuas et uſa fuerit diuertentibuſ
aliquibus diebus.

## Ultima intentio.

Conſiſtit indebito regimine ſex rerum non
naturalium. de quibus breuius quam potero
me expediam. Aer habitationis ſit clarus abſ
ꝗ uento et malo odore declinans ad calidita/
tem et ſiccitatem ꝙ ſi talis nō habetur fiat ar/
te.ſ.calidus et ſiccus. incendēdo ignem i ca/
mera cum lignis ſiccis boni odoris cuiuſmo
di eſſet iuniperus pinus habies ſauinam lau/
rus ros marinus et quecūꝗ ſint his ſimilia.
Ad idem ualet Recipe ſtoracis calamitte ſpe/
cierū alipte muſcate galie muſcate anna.℥.
ſem.laudani turis gumoſi anna.ʒ.vi.piſten/
tur et fiat puluis de quo ponatur coclear me/
dium ſuper prunas. Suffumigari etiā poteſt
aer habitationis cum granis iuniperi poſitis
ſuper prunaſ. Et ex his ſatis patere poteſt qui
aer ſit ſibi nociuus. Caueat ab accidentibus
animi cuiuſmodi ſunt furor ira triſtitia ſolli/
citudo aſſidua. conuenit gaudiū lecia bene
ſperare. Cōuenit exercitium tempatum poſt
cibi preaſſumpti digeſtionem et emiſſis ſup/
fluitatibus prime et ſecunde digeſtionis. hoc
exercitium fieri poteſt equeſter aut pedeſter
uſꝗ ad ſudorem excluſiue loco exercitii con
ueniunt fricationes tibiarum et aliarum parti
um ut dictum eſt iuxta quartam intentionem
Somnus ſit ſex aut ſeptem horarum de noc/
te et non de die ſed non amplius octo nec mi
nus quinꝗ ſitꝗ primo ſuper latus dextrum
deinde ſuper ſiniſtrum ꝙ ſi non ſufficienter
dormiuerit reuoluatur ſuper dextrū et ſit ca/
pite bene eleuato et corpore pannis debite tec
to ꝙ ſi contingerit propter aliquam cauſam
ꝙ in nocte non dormiret ſufficienter dormiat
de mane ante prandium ꝙ ſi tunc non poſſet
dormiat poſt prandiū interponēdo inter ſom
num et horam prandii unā horam ad minus
cum dimidia. Dimittat omnes cibos difficiliſ
digeſtionis et omnes qui ad caput euaporant
et eos qui ſunt humoris flegmatici generati/
ui et caueat a uinis potētibus in caput euapo
rantibus. Eligat ſibi panem conuenienter co
ctum et debite fermētatū cuius etas duos aut
tres dies non tranſcendat ꝙ ſi in eius confec
tione aliquid ſalis ponatur laudatur magis.
Vinum ſit album clarum declinans ad aliqua
lem dulcedinem ſitꝗ pauciferum tēpore quo
fiunt purgationes cum uero facte fuerint po
teſt uti parumper potentiori. Carnes ſint per
dicum faſianorū turturum auium paruarum
degentium in dunetis ut ſunt turdi merule fi
cedule et ſimiles. Ex domeſticis ſunt caponeſ
galline iuuenes pulli pipiones uolare incipiē
tes et precipue hi qui ſunt ex columbariis.
Ex quadrupedibus ſilueſtribus conueniunt
carnes caprioli leporis et apri. Ex domeſticis
uero capreti caſtrati agni annualis et uituli.
Conueniunt oua recentia ſorbilia aut i aqua
decocta que non ſint dura abiecto albumine.
Lac butirum caſeus dimittantur. Piſciū uſuſ
eſt malus ſi tamen aliquādo utitur ꝙ raro ſit
ſint lucii ſuper graticulā cocti aut timali uel
capedani trilie paſſeres trute carpiones et ſi/
miles. Nocent legumina omnia uti tamē po
teſt brodio cicerum rubeorum et farre et mi/
lio licet parum ſit uentoſum. Ex herbis con
ceduntur que ſunt calide et ſicce ſicut maiora
na ſerpillus ſaluia origanum petroſillus feni
culus menta ſicca et cōſimiles ſed fugiat que
ſunt frigide et humide ut portulacha ſpinacia

lactuca et reliqua olera frigida et humida. Ex fructibus herbarũ caueat a citrullis anguriis melonibus et dimittat fungos et tubera caue/at ab omnibus acruminibus et dimittat fruc/tus frigidos et humidos cuiusmodi sunt mal/la pira poma pruna ceresa persica et castanee sunt male. Conceduntur uue passe enucleate et etiam que habent nucleos si diligenter ma/sticentur et ficus sicce et fistici et grana pini munda et postea submersa tribus aut quatu/or uicibus in aqua bulienti et auellane prius torrefacte. Species quibus uti debet sup fer/culis suis sunt. Recipe zenze. beledi. ℥. i. ci/namomi optimi. ℥. i. sem. nucis musca. pipis granorum paradisi gariofilorum. ana. ʒ. i. ameos. ʒ. i. sem. croci. ʒ. ii. zucari albi. ℥. ii. fiant species. Vitetur omnis repletio et preci pue rerum prohibitarũ quare rectum est ut a mensa surgat existentibus reliquiis famis et nunquã ad saturitatẽ se repleat. Nocet etiam tollerantia famis unde cum uerus adest appe titus comedendũ est neq̃ prius bibendum ẽ quã sex aut octo bolos comederit neq̃ in eadẽ mensa sumat res diuersas. Sed sit paternitas sua una aut duabus contenta et cibaria q̃ sunt facilioris digestionis premittantur illis q̃ sũt difficilioris. Studeat etiam omni die habere uentris beneficium saltem non transeant duo dies quin habeatur. et si non naturaliter saltẽ cum clisteri aut suppositorio descripto ĩ quar ta intentione. aut accipiantur. ℈. ii. istarũ pil lularum Recipe pillu. cochiarum. ℈. ii. fiant pill. v. istas sumat per horas duas post cenam Cena leui premissa placeret etiam ꝙ omni si ne octo aut decem dierũ sumeret dosim simi/lem descriptarum pill. postquã absoluerit pur gationem superius scriptam.

¶ Bauerius de Baueriis.

Ex litteris que mihi scripte sunt hunc casũ ac/cepi uir ãnorũ xxvi. aut. xxvii. uel circa in anno. xxv. s. e etatis incurrit sco/tomiam uertiginem et epilensiam nulla causa primitiua precedente ut cognoscatur an ꝑdic tus iuuenis omnes predictas egritudines pa tiatur uel solum earũ alterã premittere opor/tet quod uertigo et scotomia cõueniunt et dif ferunt. Conueniunt quia utraq̃ fit ex uapo/re existẽte in uiis. Spiritus uisibilis et in ue/nis et arteriis anterioris partis cerebri et fa/cit utraq̃ corruptionem ĩ uisu et uirtute ima/ginatiua et propter hoc Galie. ut apparet pri mo continentis nõ fecit differentiã inter uer tiginem et scotomiam. Et Auicẽ. prima tertii tractatu quarto propter supradictam causam de ambobus simul determiat licet rubrica ca pituli sit solum de uertigine et similiter in eo dem cap. determinat Serapio et Rasis in diui sionibus. Sunt quedam alia in quibus conue niunt ut apparet ex Auic. in cap. supra allega to ubi dixit. Et multociens fit cõmunitas sco tomie et uertiginis non propter materiam cõ prehensam in cerebro imo propter rem incipi entem continuari cerebro sua qualitate et fa/cit possidere scotomiam et uertiginem etc. Sed uelle prosequi omnia in quibus conue/niunt nimis longum esset. Sed differunt quo niam uertigo est quando homo non regit se ipsum sed cadit tamen est sine oculorum obte nebratione. sed scotomia est cum obtenebrati one oculorum. unde Gilbertus anglicus sco/tomia dicitur quasi scopomia a scopes ꝙ ẽ di uisio et mia ꝙ est musca quia apparet pacien/tibus uidere ante se quasi muscas uolãtes uel alia corpora nigra. Sed uertigo dicit a uerto quia res apparent uerti et uolui uel quomodo libet moueri. unde ypocra. ut primo ponitur continentis. Scotomia est quasi habens eam imaginetur omnes res quas intuetur reuolui coram se et subito deficit sensus uisus et pre meditatur ꝙ oia que sibi representantur sint obscura. Sed uertigo est ut dixit Auic. capi. supra allegato. ut habenti ipsam imaginetur quod res super ipsum uoluantur et ꝙ eius ce rebrum et corpus ipsius reuoluantur quare non regit se ita ut firmetur imo cadit etc. Sed inter scotomiam fortem ex qua cadit patiens et epilensiam est differẽtia ut primo habet cõ tinentis cap. ii. quoniam in scotomia non fit tortura oris neq̃ spasmus nec spuma et hoc ẽ ualde memorie comendandum. que dispositi ones solent esse in epilensia omẽs aut plures Est alia differentia quam ponit Auic. licet nu meret tres sed due earum uidentur inter debi lem uertiginem et epilensiam. sed tertia inter fortem et epilensiam ubi dixit in cap. supius allegato. Et que ex ea. s. uertiginẽ est fortis ẽ similis epilensie. uerum tamen nõ fit cũ spas mo sicut epilensia. Ad rem nostram redeũdo puto hunc iuuenem pati fortem uertiginẽ uel scotomiam. nam cum accidit sibi insultus ca/dit aut caderet nisi adiuuaretur sed cum pati/ens cadit ad terram est fortis uertigo. Vnde aueroys. iii. coll ʒ. Si cerebrũ acquirit multã malam complexionem propter preseuerantti/am causarum tunc cadit patiens in terra sicut cadit epilenticus. i. notum est quod istud est si

gnum fortis uertiginis. Et Geraldus super ix. almansoris. Casus in terra accidit quãdo passio est multum fortis propter multitudinẽ fumorum. unde cõmunicatur parti posteriori cerebri que est principium uirtutis motiue Et ista est similis epilentie nisi quia in ista nõ est spasmus. Quando passio est debilis et fumi sunt pauci ita ꝙ non inferunt nocumentum parti posteriori tunc nõ cadit. Dixi hũc iuuenem pati fortem uertiginem uel scotomiam quia uertigo et scotomia differre uidentur quia in scotomia obtenebratur uisus in uertigine autem non licet omnia in girum uideantur moueri sed in utraqꝫ cum fortis fuerit cadit patiens ut ex superius dictis patere potest Sed neqꝫ per relationẽ neqꝫ p ea q̃ mihi scripta sunt intelligere potui nunquid oculi tenebrescant tempore poxismi uel non ideo sub disiunctione dixi pati scotomiam uel uertiginem que passiones et si inter se differant non tamen tanta est differentia que uariet curam multum ut apparebit. Dico ulterius iuuenẽ ipsum non pati epilentiam ꝙ faciliter probatur ex premissis nam in casu non patitur spasmum non oris torturam neqꝫ spumam igitur etce. Preterea epilenticus silet quousqꝫ transit poxismus sed iste iuuenis stans in poxismo si interrogatur respondet ut relatum ẽ et ideo ut premissum est concludendum uidetur pati iuuenem istum uertiginem aut scotomiã Et cum cõtingat istam passionem fieri a causis primitiuis et aliquando a causis corporeis uidetur ꝙ ista sit ex causis corporeis cum passio ista fiat nulla causa primitiua precedente sed eius que fit a causis corporeis fit aliquando a causa per cõmunitatem aliquando per essentiam in ipso cerebro uidetur ꝙ ista sit potius per essentiam in cerebro. unde Galie. ut primo ponitur continentis. quando accidit ab aliquo membro presentitur formicatio in illo tamdiu donec uapor resolutus ab eo petat cerebrum et inducat scotomiam. Cum igit̃ ante insultum nullum percipiat in membro nocumentũ uidetur ꝙ non sit per cõmunitatem ab aliquo membro. unde Auicẽ. in cap. superius allegato. In ea que fit a retentione materierum uaporosarum precedentium. i. iã diu contẽtarum et antiquatarum in cerebro et generatarum in ipso sunt signa. Egritudo assidua non tamen continua licet quotidie sentiatur caput lesum aliqua lesione. i. nõ ẽ sequẽs egritudinem in aliis membris. Cum igitur omnia alia membra inueniuntur sine lesione et accidit uertigo tũc ipsa est ex cerebro et nõ est excitata cum repletione nec sedata cum uacuitate a cibo etc. Et est ĩ capite grauitas etce. Causa uertiginis per proprietatem in ipso capite est uapor siue uentositas que peruenit ad uenas et neruos cerebri cum igitur uapores mouentur mouent suo motu spiritum animalem in quo species rerum imprimuntur et in uirtute imaginatiua representãtur ex quo iudicatur omnia moueri fit etiam aliquando ex malicia complexionis ex qua spiritus agitantur quemadmodum aqua ab igne agitatur cũ bullit. unde de istis duabus causis dixit Auicena in loco ut supra. Et quãdoqꝫ fit uertigo ex causis corporeis aut presentibus in uacuitate cerebri contentis in ipso et uaporibus ꝑuenientibus in uenis que sunt in ipso et ĩ neruis etc. Cum ergo mouẽtur uapores illi mouent suo motu spiritum animalem qui nõ dirigitur neqꝫ rectificatur nisi ĩ illis uenis etc. et infra. Et quandoqꝫ fit non propter motum uaporum in ipso cerebro sed propter maliciã complexionis diuerse in ipso ex qua consequtur excitatio motus agitabilis in spiritu non cum motore corporeo permiscente ipsum ex uapore aut alio sicut accidit illud ex motu diuerso prouenïente ex aqua et igne cum agregantur. Ipsi uero uapores uel uentositates eleuantur a materia contenta in cerebro a caliditate agente in ea aut a motu. unde Auic. ut supra. Aut ex humoribus omnis generis cõtentis ipso qui euaporant paruo motu aut caliditate. Et si isti uapores et uentositates possint elleuari ab omni humore credo tamen ꝙ in casu isto eleuentur ab humore flegmatico. unde Auic. ca. ut supra. Et scias ꝙ scotomia et uertigo cum prolongatur tunc egritudo est frigida. et prima tertii. Omnis egritudo cuius tempus prolongatur est frigida secundum omnem eius essentiam. Et Rasis in diuisionibus signa facta a flegmate sunt conturbatio sensuum et albedo coloris et multitudo somni et sputi. et Auic. dixit grauitas in capite uel in membro in quo flegma continetur. Oportet hunc iuuenem in hac sua dispositione esse ualde sollicitum et diligentem ut curetur. unde almansor. lib. iiii. Incubus et uertigo si fortes fuerit et diu perseuerauerint epilentiam futuram significat. et Auicẽ. primo cano. fen. iii. Cui frequenter accidit scotomia de se ipso sit sollicitus et humorẽ grossum euacuet ne ad epilensiam pueniat et apoplesiam. Et. iii. cano. fen prima uertigo frequens nunciat epilensiam. Apparet igitur ipsum esse paratum in casum epilensie et apoplesie.

## Cura istius egritudi

nis est duplex una que fit tempore poxismi. et alia tempore interpollatiōis ipsius et maxime preueniendo ante poxismum. que fit tempore poxismi fit ponendo pacientem in loco obscuro et brachia et manus fricentur et tibie et pedes et fiant ligature dolorose supra genibus per quatuor digitos cum misticis. deinde relaxentur et fiant fricationes et aspergatur facies cum uino aqua mixto.

## cura tempore interpo

lationis a poxismo duobus perficitur instrumentis dieta scilicet et potione cura per dietā completur per debitam administrationem sex rerum non naturalium ab aere incipiendo.
Vitare debet aerem uentosum turbidū et splēdorem solis et lune et ignis et candellarum ac censarum eligere debet aerem quietum et clarum declinantem ad caliditatem et siccitatē.
Caueat ab ira tristitia sollicitudine timore desperatione sue sanitatis et alienet a se considerationem ad rem omnem cito reuolubilem et ab aspectu locorum profundorum et uerticū montium et aspectu nubium que uolare uidētur uites loca ubi sunt hominū tumultus aut magna agitatio Letetur gaudeat et de se bene speret. Nocent omnes fortes motus et omne exercitium in quo caput ad inferiora inclinatur et subita ipsius reuolutione caueat insup ab omnibus motibus subito factis et impmeditatis et a reuolutione subita ab uno latere ad aliud latus et intueri res que in girum mouentur et defluxus aquarum et sonos fortes.
Nocet insuper quies desidiosa exerceat se ante prandium et cenam iam prandio digesto in loco ameno prius pulsis superfluitatibus prime et secunde digestionis. et cum per exercitium lassatur quiescat illico. Et uitare debet somnum maxime diurnum et precipue immediate post cibum sit somnus de nocte capite prius bene eleuato et corpore cōuenienter pānis tecto et sit locus obscurus et a frigore tectus neqꝫ prius dormire incipiat quā due hore transiuerint a fine cene quod si in nocte propter aliquā causam non dormiret. debet enim esse somnus sex aut septem horarum non minor quinqꝫ non amplior octo posset in die ex actis horis duabus a fine prandii dormire.
Nocent superflue uigilie. unde Auic. prima tertii. Superflue uigilie replent caput uaporibus. Omnis uertiginosus abstinere debet ab omnibus cibis fumosis uentosis et uaporosis et potibus condimentis euaporationem facientibus ut sunt aromata calida mustarda et acrumina. Vtatur pane bene fermentato et cōuenienter cocto facto ex bono tritico in quo non fuerit lolium permixtum et non sit minoris temporis unius diei nec maioris triū dierum. Carnes sint perdicum fasianorum turturum auium paruarum degentium in pratis et nemoribus et non in paludibus ut sunt turdi merale et relique parue aues. Ex domesticis sunt pullorum pipionum uolare incipientium et querentium extra domum uictum et caponum iuuenum. Ex quadrupedibus conueniunt carnes edi et castrati et agni annualis et caprioli et apri interdum ab aliis uero abstineat. Et ex istis carnibus ex pinguibus eligat partes macras et nullo pacto comedat pinguedinem. et he carnes melius preparantur assate quā elissate si stomacus fuerit ad digerendum fortis. Piscium usus non conuenit nec lactis nec butiri nec casei. Conueniunt oua recētia sorbilia aut tremula. dura uero aut frixa nocent. Generaliter legumina sunt mala precipue fabe lentes fasoli uti tamen aliquādo potest panico milio farre rixo. et brodio cicerum rubeorum dimissis granis. Caueat ab omnibus herbis frigidis et humidis ut lactuca spinacia portulaca etc. uti potest saluia feniculo maiorana serpillo borragine et buglosse etc. Nocēt acrumina omia ut alia cepe bulbus porri. Dimittantur omnes fructus ut poma pira ceresa auelana amigdale mora uti potest fisticis et passulis dulcibus. Vtatur uino albo paucifero non dulci nec pontico sed inter hos in sapore medio licet abstinentia a uino esset conuenientior. unde Auic. de cura scotomie dixit. Scotomiam uero habens non tātum iuuatur a uino sicut a potu aque. Posset loco uini uti hoc potu. Recipe acori. ℥. se. saluie maiorane anna. m. sem. anisorum carui. anna. ℨ. ii. buliant omnia in lib. iiii. aque usqꝫ ad consumptionem tertie partis postea coletur et colature addatur mellis. ℥. iii. et reducatur ad ignem et cum bullire incipit despumetur et tamdiu buliant ꝙ nihil supersit spume deinde coletur per saculum in fundo cuius ponatur. ℨ. i. sem. cinamomi modo grosso concussi et erit potus ualde conueniens.
Caueat a diuersitate ciborum i una mensa et sint cibaria sua facilis digestionis et boni nutrimenti nec comedat usqꝫ ad sacietatem imo a mensa surgat cum reliquiis famis neqꝫ prius comedere incipiat nisi prius senserit cibū preassumptum esse digestum. Curet omi die habere beneficium uentris bis aut semel et

hoc naturaliter aut cum arte faciendo suppositorium cum melle aut cũ radice rafani infusi in aqua salita uel cum clisteri ꝙ sic fit. Recipe florum camomille melliloti anna.m.i.malue.m.i.sem.cartami.anisorum anna.ʒ.i. fiat decoctio de qua accipiantur.ʒ.xviii.quibꝰ addantur yerapig.ʒ.vi.cassie.ʒ.i.olei de camomilla.ʒ.iii. salis.ʒ.iii. fiat clistere quod stomaco ieiuno supponatur.

## Cura per potionem

quatuor habet intentiones. Prima est materiam digerere. Secunda est materiam digestã euacuare. Tertia est cerebrum et caput et totum confortare. Quarta est cõuertere fumos et uapores ad partes inferiores.

## Prima intentio.

Completur sic si uisum fuerit medico presenti caput esse multum repletum minuatur repletio exhibendo.℈.ii.sem.pillu.de yera Nicolai per horam ante diem demum tardet prãdium suum per horas quinqꝫ post pill.exhibitionem. Deide Recipe syrupi de sticados.ʒ.sem.mellis rosati colati oximellis simplicis. anna.ʒ.vi. Item Recipe acori.ʒ. sem. saluie maiorane anna.m.sem.sisileos.ʒ.ii. ysopi. m.i.passularum sine nucleis.ʒ.i.buliant omnia in lib.iii.aque usqꝫ ad consumptionẽ duarum partium postea coletur et de colatura accipiatur.ʒ.iii.et addantur supradictis syrup. iste est pro una uice accipiat calidum in aurora et continuet tamdiu donec in urina appareat digestio secundum iudicium medici presentis.

## Secunda intentio.

Et tunc compleatur secunda intentio exhibendo.ʒ.i.pill.cochiarum et plus et minus secũdum quod fuerit uisum presenti phisico.

Vnde dixit Rasis.ix.almãsoris. Caput multociens ex pill.cochiis soluatur. exhibeantur igitur hora et ordine conuenienti secundum prudentiam presentis phisici facta purgatione uniuersali etiam cum reiteratione si opus fuerit fiant euacuationes particulares de conuenientibus est administratio clisteris acuti ꝙ simul euacuat et diuertit. unde Auic.post euacuationem administretur clistere ex decoctione centaure et colloquintide quod sic fit. Recipe centaure minoris.m.i. polipodii.ʒ. sem.origani saluie anna.m.sem. cartami.ʒ. i.ficuum pinguium numero.vi.fiat decoctio de qua accipiatur lib.i.sem. inqua buliat colloquintida ligata in petia linea subtili.ʒ. se. agarici.ʒ.ii.usqꝫ redeat ad.ʒ.xv. Postea exprimatur petia et addatur mellis.ʒ.i.sem.yerapig..ʒ.sem.olei ueteris.ʒ.iii. salis.ʒ.iii. et calidum supponatur istud clistere taliter administretur per dies sex.postquã precedentes pill.sumpserit.ponantur uentose sine scarificatione in parte posteriori colli ubi caput collo coniungitur.unde primo continentis auctoritate orabasii ponantur uentose in pupi.et fiant gargarismata.ponantur uentose stomaco ieiuno per diem unam post administrationem clisteris acuti neqꝫ permittantur stare in loco applicato longo tempore sed solum p tẽpus quo dicerentur pater noster tria. Inde remoueantur et fiant fricationes et hoc taliter reiteretur semel aut bis in ebdomada. Fiant gargarisma. Recipe piretri.ʒ.ii. sinapis.ʒ. i.sem.acori.ʒ.iii. pistentur modo grosso et buliant in lib.ii.aque usqꝫ ad consumptionẽ medietatis postea coletur et colature addãtur oximellis simplicis.ʒ.ii.oximellis squilliticì ʒ.i.sem.et gargarizetur bis aut ter ante prãdium.et eo uti incipiat per duos dies postquã pill.cochias ceperit. Masticatorium. Recipe acori.ʒ.sem.masticetur.unde Rasis de proprietatis acori. est si masticetur confert in hac egritudine et diascorides idem dixit de carpo balsamo quare cum eo fiat masticatio uti incipere poterit masticari in die sequenti post assumptionem pill.et quando utitur uno istorũ non utatur alio.odoret euforbium castoreum nigellam et muscum post euacuationem et dixit serapio fiat sic Recipe nigelle per noctem in aceto infuse et inde torrefacte.ʒ.i.castorei ʒ.ii.euforbii.ʒ.i.musci.ʒ.sem.pistẽtur omnia et ligentur in sindone tincta in chermes hoc est in grana frequenter odoret: hoc facere incipiat postquã ceperit clistere acutum et gargarizauerit et masticauerit saltem semel.

## Tertia intentio.

Completur cum rebus ab intus et ab extra administratis ab extra fiat saculus talis. Recipe corticum citri.ʒ.ii.thuris sandarace anna ʒ.i.florum camomille gallarum cipressi anna.ʒ.sem.laudani.ʒ.ii.pistentur modo grosso et fiat saculus cum sindone. huiusmodi saculus ponatur super partem anteriorem capitis ubi sagitalis cõmissura coronali coniungitur et eo taliter utatur cum precesserit purgatio uniuersalis et facte fuerint alique res particulares. Recipe diacori.ʒ.iii.pliris arcoti

con. 3. i. misce de isto electuario accipiat quã do uadit dormitum ad quantitatem unius ca/ stanee et eo sic utatur tribus uicibus in ebdo mada diebus interpositis.

Ultima intentio sic exequetur fiant fricationes ad brachia traben do uersus manus a spatulis trahendo ad infe riora a coxis uersus pedes ante prandium et cenam ponantur uentose super spatulas sine scarificatione ponantur uentose super caput scilicet super cõmissuram coronalé et hec pu/ to sufficere quãquã multa alia scribere potuis sem que omnia administrentur secundum qd' uisum fuerit eximio doctori magistro philip po afferaxiis phisicum. Finis.

¶ Bauerius de Baueriis.

Ir nobilis do minus Antonius de cõmittiba de padua patitur malam com/ plexionem frigidam et humidam cerebri la/ bentem tamen magis per humiditatem quam per frigiditatem cum abscisione uule aut no/ tabili eius diminutione. Ex prima egritudine sequitur in cerebro suo per uiam indigestio/ nis nutrimẽti quo cerebrũ debet nutriri mul tiplicatio humiditatis multe flegmatice cuius pars per sputum euacuatur pars etiam descẽ/ dens inferius ad stomacum est causa debilita tis digestiue eius non dubito ꝙ stomacus ma le digerens est causa eleuationis fumorum i caput qui frigiditate cerebri cõdẽsati et ad na turam aque conuersi que aqua per anfractus cerebri et porrositates eius sparsa adiuuat ma liciam complexionis frigide et humide cere/ bri. unde Auic. secũda primi doctrina prima cap. viii. Et est cum societas peruenit ad casũ quemadmodum cum cerebrum egrotat et as/ sociatur ei stomachus et debilitatur tunc eius digestio. et mandat cerebro uapores malos et nutrimentum indigestum et auget ipsius ce/ rebri egritudinem. et sic ex hac egritudine ꝑ ueniunt pacientes ad durabilitatem et circuiti onem. Et si hec materia flegmatica descende/ ret ad pulmonem tussim causaret et anhelitus difficultatem. et ut paucis multa concludã pa/ ratus est iste iuuenis ad eas egritudines quas Auic. numerat quarta tertii cap. de coriza et catarro ex lesione uero uule aptitudinem ha/ bet incurrendi nocumenta que ab Auic. po/ nuntur fen. nona cap. i. de anotomia gutturis et fen eadem cap. de remoratione nocumento rum incisionis uule. Et habet insuper epar ca lidum multum. unde per uiam adustiõis mul totiens in eo fiunt humores melẽconici et hi sua mala qualitate cor alterant et totius habi/ tudinem male disponunt ꝙ facile ẽ uidere ex tibiarum dispositione propter earum uarium colorem. Et iste due dispositiones cause fue/ runt apostemans duri cancerosi quod partes plures occupauit oris et nasi usqꝫ ad uulã in/ clusiue et palatum et gingiuas. nam aptitudo illarum partium ad suscipiendum et epatis ad mandandum fuerunt ꝑdicti apostemans cau se. Virtus enim de membro principali solici/ ta quod ad ipsum ab epate mandabatur. pepu lit ad partes propinquas tanquã respectu ce/ rebri ignobiliores. Istum casum ego Baue/ rius collegi ex signis essentialibus et sufficiẽ tibus que hic ponere non curaui tum breuita tis causa tum quia res ex se satis mihi esse no ta uidetur. et quia stantibus dispositionibus supra narratis periculum est nec hic nobilis uir incurreret apostema aliquod aut leprã uel aliquam egritudinem ab humore adusto pen/ dentem ideo indiget preseruatione. regimen preseruatiuum in duos diuidam tractatus pri mus erit de modo debito obseruãdo in sex re bus non naturalibus. In reliquo uero pone/ tur regimẽ medicinale. Tractatus primus cõ tinebit cap. vi. iuxta numerum sex rerum nõ naturalium ab aere incipiam.

## Capitulum primum

de aere. Cum aer nobis maxime necessarius sit et ineuitabiliter nobis occurrat ideo de eo principaliter medici mentionem faciunt uolẽ tes tamẽ sub eo alia tria elemẽta cõprehẽdi et ea q̃ aeri annexa sunt. Cauere debet ab aere uehemẽter calido et pariter uehementer frigi do et humido uentoso precipue flante austro aut borrea et ab aere turbido et mali odoris a radiis solis precipue in estate stãte in stufis ꝑ cipue calidis et humidis eligat sibi aerẽ clarũ euentatũ declinantẽ ad caliditatẽ et siccitatem et magis ad siccitatẽ quã ad caliditatẽ. ꝙ si aer uniuersalis talis haberi nõ possit fiat arte aer habitationis ꝑticularis accendatur in camera ignis cũ lignis siccis boni odoris sicut iuni/ perus laurus sauina roris marinus etc. aut suffumiget locus habitationis cum thure sto race sicca sandaraca laudano granis iunipe/ ri superponẽdo unũ istorũ prunis ꝙ fuerit aliqualiter puluerizatũ sed nõ ingrediat' locũ nisi fumus siue uapor prius cessauerit nõ ap/ propinquet multũ igni faciẽ nec caput et pre/

cipue post assumptum cibum. De aqua et proportionali aque côuenit sibi ut cibaria sua decoquantur in aqua calibeata quoniam aq ferree confortant mébra nutrimenti. unde Aui. secúda primi cap. xx. quod incipit quidam ornate loquétium. ferree uero aque stomacú iuuát et splené et. ii. cano. simplici. ccclxxxviii. aqua enea et ferrea conferunt uisceribus.
Et ita si opus est uinum linfare non utatur nisi aqua predicta. Lauet sibi caput bis in ebdomada aut semel cum lisiuio q sic fit. Recipe cinerum tursorum caulium lib. i. q si haberi non potest loco eius sumatur cinis fermentorum lib. i. aluminis sulfuris uini anna. ℥. i. sem. misce super hanc mistionem existentem extensam supra pánum lineum sub quo sint palee perbibeantur huiusmodi decoctio. Rec. foliorú lauri rorismarini saluie assari an. m. i. sene. ℥. i. sem. incidantur incidenda subtiliter et pistanda modo grosso pistentur et buliant in urceis. v. aque donec redeat ad quartá. Postea coletur per cinerem sulfur et alumen ut dictum é. et hec colatura reseruetur et quádo uult caput lauari abscisis prius capillis fricetur caput cum uno aut duobus rubeis ouorum. deinde accipiatur de lisiuio iam dicto q̃tum sufficit pro capitis debita lotione et cum ponitur ad ignem ut calefiat ponat in eo pulluis qui sic fit. Recipe laudani. ʒ. i. garffiloru nucis musc. anna. ℈. ii. pistentur et fiat puluis qui ligetur in petia subtili rara et ponat in lisiuio et dum calefit hec petia sepe exprimatur cúq caput lotú est bene exsiccetur pánis calidis et mediocri fricatióe deinde caput debite tegatur ita ut calore nimio non extuet neq frigore ledatur. De terra sue habitatiõis non sit prope palludes neq ualles aut decursus aquarum nec sit mõtuosa multum eligat locum ad siccitatem decliuem.

## Capitulum secundum

de accidentibus animi. Cauere debet ab omnibus passionibus animi tristiciá inducentibus. unde Galie. iii. regni textu continenti. xxxii. Abstinere uero manifestum est quoniam ab intemperátia oportet harum omnium anime passionum ire tristicie furoris timoris inuidie et sollicitudinis exterminant eni hoc et mutant corpora ab ea que secundum naturam consistentia. gaudeat letetur pro posse bene speret de salute sua quoniam deo concedéte preseruabitur et uersetur cum amicis et dilectis.

## Capitulum tertium

de somno et uigilia. Somnus diurnus nocet unde Auic. tertia primi cap. viii. de somno et uigiliis. In die quoq dormire est malum generat enim egritudines humectantes et reumatismos et corrúpit colorem et generat splenem et laxat neruos et efficit pigriciam et debi itat desiderium et generat apostema et febres et frequenter nec minus nocent superflue uigilie. unde Auic. cap. supra allegato. Sani ergo de re somni cogitare debent ut ipsis tépore exhibeatur et in sua hora non superflue et ab ipso impedimento sibi caueant q cerebro ipsorum et omnibus suis uirtutibus afferunt uigilie. Et prima tertii cap. de epilensia. Superflue uigilie caput replét uaporibus. cóuenit somnus de nocte nisi propter aliquam causam fuisset impeditus aut propter lassitudinem succedentem motibus corporibus aut animalibus tunc in die conceditur somnus.
Sitq primo super latus dextrum deinde super sinistrum sed nullo pacto super dorsum. Vñ de Auic. ut supra. Resupine dormire malum ad malas prepans egritudines frigidas sicut appoplesia frenesim incubum quoniam superfluitates ad posteriora declinare facit etc. nec placet iaceat super uentrem ne capitis superfluitatem ad faciem declinarent. Sit somnus sex aut septem horarum nó amplius octo nec minus quinq cum dimidia sit capite debite elevato et corpore pannis debite tecto neq dormire prius incipiat quá hore due transiuerint a fine cene.

## Capitulum quartum

de motu et quiete. Nocet exercitium superfluum nec minus quies nimia et omne exercitium immediate post cibum factum. Conuenit exercitium temperatum ambulando et equitando ante prandium et post prandium. cum hore sex aut septem exacte fuerint a fine prádii pulsis primo supfluitatibꝫ prime et secunde digestionis. Exercitium uero particulare sit pectinatio capitis de mane leuis fricatio cú panno calido et fricatio brachiorum incipiendo ab humeris trahendo uersus manus legere uoce aliqualiter alta non laudo tibiarú fricationes propter tumorem in quem incurrere consueuerunt.

## capitulum quintum

de cibo et potu. Cauere debet ab omnibus cibis difficilis digestionis ut sunt carnes salite et bouum ueterum et ab his qui generant chimos uiscosos et animalium cutes tenche et

anguille et a falsis et amaris acutis pingui/
bus et uehementer dulcibus. et ab omnibus
multũ in caput euaporantibus ut sunt accumi
na et fructus. unde Auic..iii. tertii nihil ẽ ma
gis euaporatiuum quã fructus et qui sunt opi
latiui sicut panis agimus aut nõ bene coctus
Eligere debet panem ex munda farina in cui
us confectione aliquid ponatur salis sed mi/
nus eo ꝙ cõmuniter poni solet ut prohibeat
frumenti uiscositatẽ sit debite coctus cõuenie
enter fermentatus non pluris temporis dierũ
trium nec minoris unius diei a quo crusta ex
cutiatur hora comestionis. Carnes sint auiũ
siluestrium fasianorum perdicum turturum
franquilinorum alaudarum et reliquarũ auiũ
degentium in pratis aut nemoribus sed non
in stagnis aut paludibus sicut anates aut an/
sares et similes. Ex domesticis laudantur ca/
pones iuuenes carnosi uiuentes in aere libe/
ro et galline iuuenes et pulli. pipiones nõ lau
do cum sint difficilis digestionis et trahant lõ
gam moram in stomaco. xiii. tertii. Ex qua/
drupedibus conceduntur carnes caprioli pre
cipue iuuenis. unde tertio almãsoris sunt me
liores ceteris carnibus quadrupedũ siluestri/
um. et caro leporis iuuenis in raro tamen sit
usu propter sui melanconicitatem et interdũ
carnes apri iuuenis. Ex domesticis uero lau/
dantur carnes edi uituli lactãtis castrati et ag
ni annualis et carnes limaciarum que appro
priate epati conferunt ut apparet. xiiii. tertii.
ca. de rebus epati conuenientibus. et caro ra
narum que ponitur a Serapione bezoar le/
pre ab aliis abstineat et a uisceribus omnium
animalium sicut cerebrum pulmo splen inte/
stina et stomacus licet Auic. laudet i cura ma
le complexionis calide epatis uentres auium
aque et epar. unde Auic. xiiii. tertii cap. de cu
ra male complexionis calide epatis dixit no/
cent eis epar splen et carnes grosse sicut teu/
corum et arietum. et animalium neruosorum
dure carnis et similium. He carnes melius
parantur elixe in aqua ferrea et uase ferreo ꝙ
alio modo quoniam sic preparate conferunt
stomaco et sunt facilioris digestionis et non
sunt ita apte ut ex eis humores generent adu
sti. Ex his que ab animalibus accipiuntur no
cent oua assata donec fiant dura ut patet per
Auic. in cap. prius allegato. oua sorbilia aut
tremula recentia conueniunt quoniam sunt
complexionis temperate ut patet ex Auic. In
de uiribus cordis ꝙ si aspergãtur modico ui
ni granatorum aut agreste tẽpore calido lau
datur. Oua etiam in aqua confracta albumi/
ne abiecto laudantur. Dimittat lac caseum et
quecũꝙ cibaria fiunt ex lacte et caseo preci/
pue ueteri et butirum. Piscium usus absolu/
te non laudatur propter eius euaporationem
et frigiditatem et humiditatem et hoc respec/
tu capitis et stomaci. licet respectu epatis ubi
essent squamosi frãgibilium carnium et odo/
ris boni non uituperantur sicut ex aquis dul
cibus lucii capedãi scardaue et similes ex ma
ri solee aurate etc. quicquid tamen sit melius
est abstinere quã frequenter uti. Ex herbis ꝓ
hibẽtur que sunt frigide et humide tanquam
capiti nocentes et que sunt multum calide et
sicce tanquã epar inflãmantes conceduntur ꝗ
sunt temperate aut propinque temperamento
sicut borago buglossa lupullus conuenit en/
diuia cum speciebus suis. possunt etiam que
sunt frigide et humide per misceri cum his ꝗ
sunt calide et sicce permixtione ad totum per
ducente aut prope ipsum. Ex fructibus herba
rum conceduntur capares cucurbita tempo/
re magni estus cum modico croci et melones
dulces. Ex herbarum extremitatibus conce/
duntur sparagi et lupulli. dimittat fungos et
tubera omnia nocent legumina ut lentes fa/
sioli fabe et similia. Interdum sumere potest
brodium cicerum rubeorum et panicũ et far.
Accumina nocent omia ut alia cepe rafanus
etc. Ex fructibus uituperantur qui sunt frigi
di et humidi facile putrescibiles ut ceresa mo
ra dulcia et similes ficus persicca mala pira et
precipue dura. Conceditur uue passe aliqua
liter pontice auellane torrefacte quoniam nõ
est in eis calefactio plurima et sunt aperitiue
opillationum et sunt boni nutrimenti. xiiii.
tertii cap. de cura male complexionis calide ĩ
epate. uue recentes que appense steterint per
aliquot dies eiectis corticibus et bonis. grã/
na uero fistici conueniunt sed quia uehemen
ter sunt calida eorum usus ad hiemem refer/
ueretur nisi prius per duos aut tres dies in/
funderẽtur in aqua endiuie et inde in umbra
exsiccarentur conceditur etiam parum cito/
nii cocti in fine mense poma granata dulcia
et muza in estate. Species quibus uti debet
super cibariis suis iuuantes digestionem et
epar confortantes. Recipe cinamomi electi.
ʒ. i. sem. zenze. ℈. i. gardamomi. ℈. ii. san/
dalorum citrinorum et rubeorum ana. ℈.
ii. croci. ʒ. sem. pistentur et fiant species. Ca
uendum est a uino acuto potenti et a uino dul
ci et grosso et a uino nouo turbido et nocet ui
num ualde forte. unde Auicẽ. capitulo supra
allegato. Nocet eis uinum ualde nisi sit
propter consuetudinem aut propter debilitatẽ
digestionis tunc enim oportet ut sumat in po

tu subtile quia cõsuetudo est inueterata in ui/ni potum ideo ex toto non est dimittendum.

Vtatur uino paucifero albo subtili claro aut coloris ficioli habens rem modicam dulcedi/nis aut sit medium inter dulce et põticum q᷑ si aqua indiget sit calebrata uel ferrata.

## Capitulum sextum de

inanitione et repletione. Vitare debet omnem repletionẽ nõ dico solum humoralem de qua in sequenti tractatu sed cibalem de qua ad p̄/sens pro aliqua premittentur documẽta. Pri/mus nunquã cibus accipiendus nisi affuerit appetitus ad ipsum et cum uerus affuerit ap/petitus non est cibus differendus quoniã tol/lerare famẽ stomacũ malis replet humoribus tertia primi. Secundum non accipiatur cibus aut potus stante fastidio aut abominatione. Tertium cibus non est accipiẽdus stante uen/tris magna sticitate sed curandũ est ut prius uentris beneficium habeatur. Quartũ in una cibatione non sint diuerse dapes sed sufficiat unus aut duo cibi. Quintum quicquid assu/mitur indigens masticatione antequã deglu/tiatur optime masticetur. Sextũ cum plura in una mẽsa accipiuntur ab eo est incipiendum quod facilioris est digestionis. Septimũ nun/quã cibi aut potus tanta sit quãtitas ut stoma/cus grauetur imo bonum est a mensa surge/re stantibus adhuc reliquiis famis. Octauum non debet in cõmestione tempus prolongare ne cibo acquiratur diuersitas digestionis. om/nes iste regule colligi possunt ex tertia primi capi. de eis quod comeditur et bibitur. Si ue/ro ob aliquã causam cibus in stomaco corrũ/petur quem cognoscet ex eructuatione fetida tunc prouocetur uomitus si sit ei facilis cum huiusmodi uomitiuo. Recipe radicum que co/meduntur lib. sem. seminis atriplicis. ℥. i. scis aneti. ℥. sem. fiat decoctio de qua accipiantur ℥. vi. quibus addantur oximellis simplicis. ℥. ii. sem. et tepidum totum sumatur et postq̄ biberit stet per duas tertias hore et digito lin/guã comprimat aut penna oleo intincta gut/turi imponat et agitando uomitum prouocet ut cibus corruptus educatur. Si in uentre in inferiori repletio apparuerit quam sentiet ex grauitate et tensione illius ptis tũc fiat diste/re q᷑ sic fit Recipe malue borraginis cum ra/dicibus suis blite florum camomille ãna. m. i. anisorum. ℥. i. pistentur pistanda mõ gros/so et incidantur incidenda et fiat decoctio de qua colata accipiatur. ℥. xvi. quibus addãtur cassie zucari rubei anna. ℥. i. olei. ℥. iii. salis quantũ sufficit fiat distere et calidũ stomacho ieiuno supponat ut educatur repletio fecalis. aut humoralis ex cibo corrupto omni die co/netur habere uentris beneficiũ bis aut semel si nõ põt naturaliter saltẽ cũ suppositorio aut clisteri ordinato. Et uitare debet omnẽ super fluã inanitionẽ tũ ne uirtus debilitet̃ tum et̃ ne calor conuertens se sup humores eos ma/gis adhurat. Cum coytus sub inanitionẽ con/tineatur ab eo caueat. unde Auicẽ. xiii. tertii cap. de rebus ex quarũ usu nocetur stomaco ex rebus magis nociuis stomacho est coytus et eius dimissio est ex rebus magis conferen/tibus. et hoc de primo tractatu.

## Tractatus secundus.

Plures cõtinet intẽtiones quarũ prima ẽ ma/teriei cõmunis minoratio. secũda est materie ꝓprie digestio. tertia erradicatiua euacuatio. quarta materiei diuersio a supioribus ad infe/riora. quinta est cõfortatio digestiue stomaci. sexta est splenis cõfortatio. septima uero phi/bitio assensus uaporũ ad caput. octaua est ca/pitis cõfortatio ne recipiat. nona est remissio male cõplexionis epatis calide et eius confor/tatio. decima est descriptio medicaminũ usua/lium quibus uti debet inter unã purgationẽ et aliã de qua statim dicetur.

## Prima intentio.

Recipe florum sticados arabici. ʒ. ii. florum boraginis et buglosse et uiolarum anna. ʒ ii. sem. seminis endiuie. ʒ. ii. passularũ sine nu/cleis. ℥. sem. fiat decoctio de qua accipiatur q̄/tum sufficit ad dissoluendũ cassie nouiter cũ predicta decoctione extracte. ℥. i. diasene. ʒ. ii. sem. electuarii indi maioris. ʒ. i. et fiat po/tus hunc potum calidũ et non tepidũ summat per horam ante diem super quẽ cum accepe/rit potest una hora dormire et non amplius. inde surgat et ambulet p camerã clausis fene/stris donec trãsiuerit hore. v. ab hora sumpti/onis dicti potus et tũc prãdeat et non assumat ante aliquod lauatiuũ et eodẽ mane continuet se in camera.

## Secunda intentio.

Vir iste ut debite ꝓseruet̃ indiget purgatione ĩ pricipio ueris et autũni uel circa. et qr purga/tio itegrat̃ ex digestio et euatio et hũores alio et alio mõ repiunt̃ dispositi in uere et autũno ideo oportet istis tpibus ista uariari. et qa hu/mor p cuius augmẽtũ piculũ imineret ẽ hũor adustus grossus facieſ opillationẽ et sua sicci/tate et calidita. nocẽs iõ oportet digestiuũ rati/ne grossiciei humoris eẽ subtiliatiuũ. gratia

uero opillatióis esse apitiuum et pp humoris siccitatem et caliditatem esse humectatiuũ et infrigidatiuũ et quia mala qualitate predicti humoris male disponunt cor cerebrum splen et stomacus. et propter hoc conuenit ut in digestiuo ponant aliqua supradicta mēbra cōfortantia. Digestiuũ tpe ueris administrandum Recipe sticados arabici foliculorũ sene epithimi anna. ℥. i. sirici crudi semis accetose minoris corticũ citri et semis eiusdē inundati. anna. ʒ. vi. mellisse capillorum ueneris politrici recētis scolopendrie anna. m. i. buglosse accetose scariole omniũ cũ radicibus suis anna. m. i. sem. pistentur modo grosso pistāda et incidantur incidēda et fiat sic accipiant. xxx. lumacie siue coclee quod idem ē et a cortice extrahantur et mundent ab earũ muscilagine et decoquãtur donec sint optime cocte postea coletur et in colatura infundantur res predicte per diem et nocte. in predicta decoctione calida deinde decoquant et cũ res ipse cocte fuerint addantur succi pomorum dulciũ. ℥. iiii. suci fumiterre dispumati. ℥. iii. et iterũ parũ buliant postea coletur et colature addatur aceti passulati quantũ sufficit ad mediocritatē accetosandũ cũ zucaro albo quantũ oportet et fiat syru. Si coclee haberi non possint fiat modo dicto cũ decoctione ranarũ. Recipe suprascripti syrupi. ℥. ii. aque lactis caprini. ℥. iii. misce iste est pro una uice. istũ syrupũ sumat post finem cene imediate precedētis ad. viii. horas super quē potest ad libitũ dormire et ipsum taliter cōtinuet donec apparebit presenti medico digestio in urina. Tempore Autunni digeratur materia sic. nã hoc tempore sunt humores magis adusti. Recipe succi boraginis scariole endiuie omniũ dispumatorũ anna lib. i. succi lupullorũ et fumiterre preparatorum anna lib. sem. suci malorũ bene redolentiũ. ℥. iiii. infundant in dictis succis calidis per diē et nocte epithimi foliculorũ sene polipodii quercini anna. ℥. sem. sirici crudi semis accetose. anna. ℥. sem. florum uiolarũ boraginis et buglosse anna. ʒ. vi. cuscute tamarisci anna. ℥. sem. florũ sticados arabici. ʒ. i. buliant et cum cocta fuerit coletur et colature addatur zucari albi quantum sufficit et fiat syrupus et accetosetur cum acceto decoctionis corticum caparum postea passulatum. Recipe suprascripti syr. ℥. ii. aquarum mellisse scolopendrie endiuie anna. ℥. i. misce iste ē pro una uice sumat in aurora et continuet donec in urina digestio apparuerit.


# Tertia intentio.

Erradicatiuum post syrupos in uere exhibendum Recipe cassie fistule cũ aqua endiuie noviter tracte. ℥. sem. diasene. ʒ. iii. reubarbari ℈. iiii. spice. ℈. i. agarici. ʒ. i. salis geme. ʒ. i. reubarbarum cum spica infundant in aqua endiuie quantũ sufficit ad eius imbibitionem cũ modico uini albi agaricus subtiliter incidatur et non pistet et cũ sale gema infundantur in oximelle simplici quantũ sufficit p sui imbibitione et stent hec infusa saltem per horas sex reliqua dissoluant cum aqua endiuie absinthii mellisse et scolopendrie omniũ ptibus equalibus et addant expressiões reubarbari et agarici et factis bonis expressionibus fiat potus. Hunc potũ erradicatiue solutiuũ sumat in die sequenti ad diē cōplete assumptionis supra dictorũ syruporũ calidũ et non tepidum super quē potest una hora dormire inde uigilet per camerã ambulando donec transeant hore quinq ab hora sumptionis et tunc accipiat. ℥. v. aque ordei calide cum. ℥. i. zucari albi inde ad horam prãdeat et ea die qua medicinã sumit non egrediatur domum. Imo de mane stet semi clausis fenestris. Si post purgationē presenti medico apparuerit urina inspecta et gratia consuetudinis ut uena aperiatur fiat flobotomia ex qua extrahantur sex aut septem. ℥. sanguinis ex uena epatis et plus aut minus secundũ quod uisum fuerit presenti phisico et hoc post quinq dies a die solutiui. Solutiuum et erradicatiuum tempore autunni post syrupos assumptos. Recipe cassie cum aqua endiuie et fumiterre nouiter extracte. ʒ. v. diasene. ℥. iii. cōfectióis amech ʒ. ii. electuarii de suco rosarum. ʒ. i. seri caprini quantum sufficit ad conficiendũ et fiat potus quem sumat modo et ordine dicto in solutiuo accipiendo in uere. Quod si uidet ad quatuor uel quinq dies post solutiuum quod requiratur flebotomia fiat ut dictum est semper tamen cum consilio medici presentis.

# Quarta intentio.

Diuertatur materia iuxta quartam intentionem cum fricationibus brachiorum cum positione uētosarum super spatulas et super nates cum scarificatione si oportet aut sine et clisteria et suppositoria ad hanc intentionem sũt iuuantia et prestantia notabile iuuamentum.

De conuenientibus diuersiuis esset apertio emoroydarum ex qua optimum sperandum ē iuuamentũ. Modus aptionis ē oprimat uēter ita ut uene circa anũ appareãt postea fomētet anus cũ aq decoctóis mētastri et edere ter



restris inde fricetur anus cum panno aspero infuso in felle tauri in quo. ʒ.i. aloes sit dissolutum aut fricetur cum pte silvestri folii ficus quod prius fuerit fricatum adeo quod lac egrediatur uel fiat suppositorium ex coto infuso in lacte ficus et supponatur. Ad idem ualet radix luf minoris mundata et ad formam suppositorii redacta et supposita. possent a capite fieri diversiones per masticatoria gargarisma nasipurgia et sternutationē sed iste modus non placet quoniam nasus palatum uula gingiue fuerūt ex apostemate lese. Et cū sint iste ptes facte debiles non uidetur tutum ad eas per diversionem materiam attrahere. nec etiam divertendum est a superioribus membris ad ptes inferiores per fricationes tibiarum et coxarum propter tumorem tibiarū in quem solitus est incurrere.

## Quinta intentio.

Confortetur stomacus iuxta quintam intentionem Recipe oleorum de absinthio. ℥.i. mastricis spice anna. ℥.sem. laudani. ʒ.i. mente macis anna. ℈.i. galie musc. galange anna. ℈.sem. coralorum rubeorū coriandrū preparatorū anna. ℈.ii. aceti. ʒ.ii. cere albe parum et fiat unguentum molle quo ungat stomacus ante prandium et cenam cū manu calida. inde supponat panniculus calidus et hac uti incipiat post purgationem. Recipe gariofilorum macis galange anna. ℈.ii. laudani. ʒ.i. coriandorum prepatorum coralorū rubeorum anna. ʒ.sem. picis. ʒ.i.sem. terbentine quantū sufficit et fiat cerotum extensum sup alluca subtilissima ad formam scuti cuius cuspis ad os stomaci. applicetur ps latior uersus umbilicū et continue teneatur. si uero cerotū est sibi gratius uncione applicet ipsum ut dictum est aut cum usus fuerit uno. xv. diebus utatur inde alio.

## Sexta intentio.

Recipe olei de caparis. ℥.i. olei de lilio. ℥.se. scolopendrie. ʒ.i. acori tamarisci anna. ℈.i. semis agni casti corticū radicum caparum anna. ʒ.sem. aceti. ʒ.iii. cere quantū sufficit et fiat unguētum quo ungatur regio splenis ante prandium et cenam aut saltem de mane. ꝑmissa semper aliquali fricatione illius ptis.

## Septima intentio.

Prohibeatur assensus uaporum ad caput iuxta intentionem prepositam hec adimpletur uariis instrumentis. Primum est coriandum ꝑparatum habens coopercturam unam zucari. Secundum est nespila non complete matura. Tertium est frustum citonii assi. Quartū est sumere duos aut tres bolos casei ueteris licet prius fuerit prohibitus tanquā cibus mō conceditur tanq̄ medicina diacitonitem cum speciebus sunt etiam alia que ad hanc intentionē a nostris doctoribꝫ ponūtur sicut lac acetosū et aqua frigida de quibus non scribo quia nō conueniunt nostro proposito: istorum auxiliorum quodcūq; sumat accipiat in fine mense et nihil post bibat aut comedat.

## Octaua intentio.

Confortare caput ne recipiat a membris ad ipsum transmittentibus est eius maliciam cōplexionis emendare et ipsius lassum corrigere. De rebus ad hoc cōuenientibus est accessus ad balneum habens mineram sulfuris et aluminis cuiusmodi sunt balneum petrioli et sancti Philippi in territorio senarum ad que itur ad finem aprilis et ad principium septembris et conuenit etiam balneum cinericiū salsum et nitrosum sicut balneum sancte Helene de padua ad quod itur a mēse maii usq; ad mensem septembris ad quodcūq; istorum uadat premittatur purgatio. et si opus est cū reiteratione nec in aliquo istorum corpus infundatur. esset enim causa maioris adustionis humorum. Seruetur iste ordo de mane in ortu solis premissa euacuatione superfluitatū prie et secunde digestionis exponatur caput ducie et recipiatur aqua super caput supra cōmissuram coronalem ubi cōiungitur cum sagittali per horam unam qua ora exacta exsiccetur caput cum panniculis calidis ad ultimum fricetur cum manu cum medicamine quod sic fit. Recipe aque uite tribus aut quatuor uicibus sublimate lib.i.sem. ponatur in uase uitrio stricti orificii et in eo infundatur laudani. ʒ.ii.sem. gariofilorum nucis musc. macis anna. ʒ.i thuris. ʒ.ii. et optime claudatur cum hoc ultimo fricetur caput prius depositis capillis et colli ps posterior. inde debite caput pānis muniatur ne frigore offendatur et postea ad horam prandeat transactis horis septē a fine prandii reddeat ad duciam consimilem seruando modum qui dictus est. et unū considerādum si sunt plures ducie et una sit alia calidior ab ea icipiat que minus est calida et cū ipsam una die ceperit transferat se ad propinquam calidiorem donec ueniat ad eā adeo calidam que tamen sine nocumento possit tollerari. et huiusmodi tempus duciandi debet esse unius mēsis ad minus. Recipe calami aromatici. ʒ.ii. sandarace thuris anna. ʒ.i. rosa-

rum.m.sem.florum camomille quartam.m. i.nucis cipressi.ʒ.ii.gallie musc. laudani anna.ʒ.i.contundantur omnia et misceãtur et fiat saculus capitalis in sindone tincta in grana ad formam bireti religiosorum et exhibeatur. Istũ saculũ ponat sub suo birreto et portet die ac nocte cum fuerit purgatus et balneũ susceperit. Recipe sandarace.ʒ.ii. nigelle in aceto infuse per noctem et in umbra exsiccatte postea torrefacte.℥.i.calami aromatici ligni aloes anna.ʒ.sem.laudani.℥.sem.rosarũ ℥.sem.cõtundantur et fiat pomum et odoret sed non odorare incipiat nisi post purgationẽ nam ante forsan dolores capitis induceret.iuxta illud ypocratis muliebria educunt ex aromatibus etc.

## Nona intentio.

Remittatur malicia caliditatis epatis et cõfortetur de rebus hoc facientibus mihi expertũ est balneum de aquis in comitatu pisarum licet alia sint balnea.s. habentia mineram ferream et eneam cuius est balneum auinionis ĩ comitatu senensi et balneum candenellarum prope petriolium hec tamen balnea habent actualem caliditatem satis intensam que huic uiro non uidetur conuenire ad balneum aquarum itur a fine iunii usq; ad medium augusti est fere nullius actualis caliditatis et habet ferri mineram cum aliquali ere usus eius est ut iam sole per horam horto habito uentris beneficio et urine ingrediatur balneum stando in eo duabus aut tribus horis quoniam nullã affert molestiam exeunte a balneo intret lectũ pãnis mediocriter copertus et si sudauerit abstergat̃ sudor et se induat et inde ad duas tertias hore comedat transactis horis sex aut septẽ a fine prandii reddeat et stet in eo duas aut tres horas et faciat ut dictũ est fieri de mane. Recipe olei de spica.℥.sem.uiolati rosati neñufaris anna.ʒ.vi.sandalorum rubeorũ boliarmini spodii anna.ʒ.i.cere parũ et fiat unguentum molle quo ungatur regio epatis licet huiusmodi non fiat nisi post euacuationẽ postquã fuerit ad balneũ intueatur urina quã si rubea uiderit et acutam utatur uncione. Si autem urina non fuerit accensa dimittatur.

Confortatur epar cum rebus appropriate ualentibus sicut limacie species endiuie et auellane et epar adib harum rerum usus plurimũ conuenit. Vnde Auic.xiiii.tertii cap. de sermone uniuersali de curis epatis. Et omnes q; dem endiuie species et proprie amara que ad rubedinem declinat.cõferunt lesionibus epatis calefactis quidem cũ syrupo acetoso infrigidatis uero cum melle et epar adib iuuatiuũ est sua proprietate.et carnes limaciarum similiter.et in cap.de rebus que epati conueniũt. dixit et auellane sunt conuenientes omnibus epatibus quoniam non sunt uehementis caliditatis et sunt aperitiue et chimus earum ẽ bonus.et epar adib.i.lupi et caro limaciarũ sũt conuenientes cum proprietate que sunt in eis placet mihi usus ranarum quoniam sunt bezoar lepre ut dixit serapio in suo de simplicibus et Auic.ii.cano.cap. de rana notum est lepram causari ab humoribus adustis quibus caro ranarum sua proprietate resistit. Cõuenit confectio que est cordis cerebri stomaci et epatis.confortatiua letificatiua et est triaca cõtra uenenositatem et maliciã humorum melãconicorũ adustorum. Recipe margaritarum splendidarũ.ʒ.i.sem.smaragdarum.ʒ.i. limature eboris ossis de corde cerui anna.℈. iiii.coralorum rubeorum iacintorum rubeorum granatorũ anna.ʒ.i.ligni aloes sandalorum mustellinorum siue citrinorũ anna.ʒ.i. sem.foliorum auri numero.xx. cancrorũ fluuialium exsiccatorũ.ʒ.ii.limature calibis in aceto prepate secundum modũ quẽ ponit seruitor.℥.sem.musci.℈.sem.pulueriзent̃ omnia et cribentur et conficiantur cũ syrupo qui sic fit. Recipe passularum enucleatarũ.℥.i.liquiricie munde.℥.sem.sirici crudi corticum citri anna.ʒ.iii.pistentur siue quassentur et ĩfundantur in aqua calida in qua aurei.xx.fuerint infusi et bulierint postea extrahantur et addantur succi pomorum redolentium.℥.iii. succi granatorum acetosorum.℥.iiii.suci buglosse scariole endiuie et acetose omnium clarificatorum per residentiã anna.℥.iii.et buliant predicta usq; ad consumptionem medietatis inde coletur postea addatur zucari tabarzet quantum sufficit et fiat syrupus cum quo pulueres conficiantur et fiat electuarium aut confectio in tabulis uel morsellis.Et cum foliis auri deauretur sed non nimis decoquat̃. Cancri qui hanc confectionem ingrediuntur sicut prepari debet. Recipe cancrorum fluuialium bonarum aquarum et mundentur ab intestinis et testis et carnes ponantur in olla noua uitreata optime operculo clausa in furno postquã panis est extractus et permittant̃ ibidem stare donec exsiccentur ut possint puluerizari de isto electuario siue confectione ad hoc propositum optime ualente sumat de mane quando surgit pulsis superfluitatibus prime et secunde digestionis ad quantitatem nucis et inde super bibat.℥.i.uini albi.sed quãdo sumit syrupum aut medicinã uel pillu.di

mittantur in usu huiusmodi electuarii multū est confidendum.

## Decima et ultima in

tentio. Recipe specierum yere simplicis. ʒ.i. sem. masticis. ʒ. sem. mirabolanorum indorum et chebulorum. anna. ℈.ii. aloes optimi ʒ.ii. sem. agarici. ʒ.i. zenze. salis geme. anna. gra. v. epithimi. ℈.ii. pistentur et conficiantur cum succo caulium et aqua absinthii et fiat magdalion ex quo formentur pill. septē. pro. ʒ. de quibus accipiat a tribus usq; ad. v. quando uadit dormitum per horas. ii. post cenam et eis taliter utatur cum interpositiōe decem aut octo dierum ꝙ si semel in mense sumeret p horam ante diem. ʒ.i. et differret inde per horas quinq; prandium afferet magnā utilitatem.

## Digestiuum usuale

Recipe aquarum endiuie scolopendrie lupullorum absinthii accetosi simplicis anna. ℥.i. misce sumat quatuor diebus continuis singulo mense precipue tempore calido inter unam purgationem et aliam deinde sumat. ℈.ii. uel ʒ.i. pill. suprascriptarum per horam ante diē

## Ad tibias que tume

scunt Recipe rosarum mirti gallarum cipressi anna. m.i. cōtundantur modo grosso et buliant in aqua in qua fabri suum extinguunt ferrum et cum ista lauētur pedes et tibie a genibus infra de mane cum surgit et hoc ter aut quater in ebdomada. Sit deo laus.

¶ Bauerius de Baueriis.

## Dispositio isti

us Reuerendi patris est morfea alba cuius causa ē defectus uirtutis immutatiue ptis morfeate. nam et si interdum concurrat mala dispositio epatis que est causa flegmatis generatiua et eius multiplicationis in isto non puto epar concurrere. Cum huius uenerabilis patris tam complexio totius quā sui epatis est calida imo cōplexio est calida et humida cum aliquali declinatione ad colericitatē sicut facile comprehendi potest signa epatis sui contēplantibus quam quā igitur epar suum nō generet sanguinem flegmaticū malicia mēbri morpheati corrumpit ipsum. Et hec uisa est sentēna Gal. quā refert Auic. vii. quarti cap. de morphea dum dixit. Et quādo cōponitur hec materia cōuertit nutrimentū ꝙ euenit ad eā ad naturā suā. et si sit melius nutrimentū sicut cōplexio bona conuertit materiā corruptā ad rectificationē et facit eam conuenientē. et sicut arbores permutantur de plantatione ad plantationē et cōuertunt a uenenositate ad comestibilitatē et a comestibilitate ad uenenositatem sicut narrat Gal. Et aliquando ꝙ arbor nominatus alabicha est in persia uenenosi fructus et cū plantatur in egipto est fructus eius de his que comeduntur. Et sicut color animalis et plāte cōuertunt materias secundū membri quoniam ipsa sunt ei secundū regiones. Et quoniā mēbrū flegmaticū et caro eius sicut caro ostracorum conuertit sanguinē bonū ad complexionem flegmaticā. Ex hoc infero in cura istius dispositionis nō expedire facere euacuationē a toto cū flegma non habundet in isto patre. nā si euacuario a toto conueniret esset ad euacuandum causam antecedentē ab epate genita sed hoc non oportet per ea que superius dicta sūt. unde. Auic. Et cū corpus ē mūdū ab humore faciente morpheā et cōplexio ē equalis tunc dimitte medicinas que bibunt̄ quoniam fortasse afferūt nocumentū et minus etc. capi. supra allegato. quare cum intentio sit habenda ad causam coniunctā istius dispositionis et medicine per os sumpte ipsam non euacuant ad eas que ab extra approximant̄ uertetur studium nostrum harū medicinarū que dā sunt uehemētius abstersiue quedā fortiter attractiue nōnulle uero ulceratiue de his medicinis cōueniunt. Primo Radix dragontee subtiliter trite et cū aceto uini albi permixte. et cū ea locus morfeatus liniat̄. Ad idē egregie facit sulfur albū dissolutū in sero lactis accetosi ualde. et cū hoc liniat̄ locus morfeatus ante prandiū et cenā et meridiē. Itē fricet̄ locus morfeatus cum radice cucumeris asinini cū aceto antequā predicte medicine approximentur et pariter alie que dicent̄ prepetur locus morfeatus cū fomētatione facta cū aqua calida donec locus rubeus fiat aut prius locus fricetur cum foliis ficus.

## Medicamen efficax

ad hoc. Recipe olei uitelorū ouorū cū quo cōteratur et dissoluatur armoniacū et lineat̄ locus quinq; aut sex uicibus in die. Ad idē Recipe celidonie radicis lapacii acuti anna. ℥.i. buliantur in uino albo donec sint decocte postea cū ipso uino lauetur locus morfeatus diligenter et inde exsiccētur. et statim liniatur cū infrascripto unguento. Recipe succi celidonie succi lapacii acuti succi enule et scabiose omniū post residentiā. ʒ. sem. adipis anse

ris. ʒ. vi. argenti uiui extincti. ʒ. ii. cere parũ et fiat unguentũ istorũ medicaminũ utatᷣ primus i. his tribus prius scriptis administrando unum illorum per quatuor dies deinde alium per tantũdem tempus postea aliud. Quod si per hec dispositio nõ remoueretᷣ fiãt alio duo primo unũ inde per quinq̧ dies aliud. Multa alia possem scribere ad istud propositũ ualentia. Sed quoniã puto ad curã ista sufficere. et sunt inter cetera magis familiaria ideo ab aliis desisto. Laudo tamen antequã hic uenerabilis pater incipiat uti suprascriptis medicaminibus prius sumat infrascriptas pill. In sero quando uadit dormitum materiam a capite deponentes ne curreret ad locum dum localia administrantur.

## Circa regimen.

Vitare debet aerem humidum et frigidum. tristitiam. quietem multã. et exercitũ superfluũ et balneationẽ et fricationẽ supra repletionẽ. Et somnũ superfluũ et uigilias superfluas caliditatẽ innatã resoluentes. et caueat a nutrimentis frigidis et humidis cuiusmodi sũt pisces et olera humida et fructus humidi.

## Pillule sumende

de quibus facta est mentio supra. Recipe pillu. de yera cõposita. ʒ. i. fiant pill. numero septem. istas sumat p duas horas post cenã quando uadit dormitũ antequã locabilibus medicinis utatur.

## Contra pollutionem.

Recipe olei rosa. ℥. i. olei de mirto olei de citoniis. ʒ. vi. plumbi usti cerusę amborum lotorum cũ aqua lactuce lapidis emathitis anna. ʒ. i. anuli. ʒ. i. sem. florũ salicis florũ nenufaris anna. ʒ. i. et sem. camphore. ʒ. ii. radicum nenufaris semis lactuce coriandorũ anna. ʒ. sem. pistentur omnia subtilissime et cribentᷣ. et cum modico cere albe fiat unguentũ molle quo ungatur a loco ubi cingitur infra usq̧ ad os caude quando uadit dormitum et de mane quando surgit. et hoc fiat ter aut quater in ebdomada. Ad idem Recipe succi mente. lib. sem. masticis olibani anna. ℥. sem. nucis cipressi. ʒ. ii. balaustie. ʒ. i. galange. ʒ. i. pulueris cinamomi quart. se. olei citoniorũ olei rosat. anna. ℥. i. aceti parũ cere q̄ sufficit fiat unguentum. Ad idem ualet plastra plumbi locis multis perforata infusa per diẽ et noctem in aceto posita super renes. et hec maxime ualet in colericis.

## Reseruatiua a

peste uirtutibus omnibus familiaria ipsarũq̧ uirtutũ omnium confortatiua et proprie uirtutis animalis et proprissime uitalis in corde. Recipe syrupi de citro uel de limonibus ℥. i. sem. aque acetose. ℥. iii. misce. Aliud Recipe aque acetose. ℥. ii. uini albi odoriferi. ℥. sem. boliarmeni. ʒ. se. zucari ro. ʒ. i. misce. Aliud pill. non solutie. Recipe boliar. ʒ. i. terre sigillate. ʒ. ii. syru. de citro quantũ sufficit pro pill. conficiẽdis misce et fiant pill. ix. pro. ʒ. istarum. pill. nõ solutiuarũ assummat a tribus usq̧ ad quinq̧ ad libitũ in mane cũ surgit uel in aurora bis in ebdomada aut ad minus semel. et post istarũ assumptionem stet tribus oris ad minus ieiunus et postea comedat. Aliud Recipe tyriace zucari rosa. anna. ℥. i. uini albi odoriferi nõ nimis uinosi. ℥. i. sem. misce istam misturam sumat post horas duas post cenã imediate precedentẽ deinde post ipsius assumptionẽ dormiat ad libitũ et stet ieiunus horis septem ad minus post ipsius assumptionẽ.

## Confectio.

Recipe specierũ tria sandali. ʒ. ii. diarodõ abbatis. ʒ. se. terre sigillate. ℈. ii. boliar. ʒ. iii. gemarũ et margaritarũ electuarii de gemmis sine speciebus. ʒ. ii. zucari albi. ℥. xviii. misce. et cũ aqua buglossa quantũ sufficit ad cõficiendũ fiat cõfectio sollida in morsellis. ʒ. trium pro quolibet morsello. Alia confectio. Recipe diaborigiãti. ℥. ii. dia buglos. ℥. iii. zucar. ro. ℥. iiii. terre sigillate. ʒ. sem. boliar. ʒ. iiii. specierũ triasandali. ʒ. ii. et gemarum et margaritarum electuarium de gẽmis sine speciebus. ʒ. iii. misce et cũ iulep uio. q̄r. se. ad incorporandũ et fiat cõfectio solida i morsellis. ʒ. trium pro quolibet morsello istarum omniũ medicinarũ suprascriptarum assumat modo unã modo aliã in mane cũ surgit omni ebdomada diebus intermissis hoc mõ uidelicet una die assummat aliquã ipsarũ et alia die nõ assumat aliquã. Deinde post ipsarũ assumptionẽ stet ieiunus horis tribus ad minus p̄ter quã post tyriace assumptionẽ suprascripte stet ad minus ieiunus horis septẽ. Pill. nõ solutiue. Recipe xiloaloes. ʒ. sem. cornu cerui. ℈. ii. sandali rubei. ℈. i. termentille. ʒ. se. terre sigillate. ʒ. sem. boliar. ʒ. iii. coral. rub. ℈. ii. semen acetose. ℈. i. diptami. ℈. i. zedoarie ʒ. ii. gemmarũ electuariũ de gemis sine speciebus. ʒ. i. sem. margaritarũ. ʒ. i. xilobal. ʒ. sem. camphora gra. iiii. syru. de citro. q̄r. se.

ad incorporandū pro pill. cōficiendis. Si uero diligit medicamen fortius confortatiuum cōtra pestē pill. prioribus tūc utatur istis pill. secūdis cū modis et ordinibus descriptis i assumptione dictarū primarū supra scriptarum quinimo istis pill. secūdis aliquotiens utatur ut supra singula ebdomada satis semel iste ēt pill. secūde presentes multū iuuāt actu peste laborantē quas tūc ipso actu peste laborante bis in die singulo sumat stomaco ieiuno ante prandiū et ante cenā per duas horas. Si uero uult ex hmōi medicine potū tunc omnium illarum pulacrū simul mistarum sumat. ʒ.i. cū aqua acetose et uini albi odoriferi nō multum uinosi anna. ʒ. sem. misce. et fiat potus et ipso potu taliter utatur cū modis et ordinibus descriptis in assumptione et usu pill. immediate suprascriptarū.

## Solutiuum facile et

usuale. Recipe aloes scicotrini. ʒ. vi. mirre. ʒ iii. croci. ʒ. i. sem. reubarbari. ʒ. ii. agarici. ʒ. i. spice. ℈. i. corticū citri. ʒ. i. sem. citri. ℈. ii. termentille. ʒ. sem. granorū ribes. ʒ. ii. uel tantūdem se. acetose sandali ru. ʒ. ii. Coralli rub. ʒ. i. sem. boliar. ʒ. iii. camphore. ʒ. i. misce et cū rob de ribes et syrupi de citro. anna quart. sem. ad incorporandū et forment pill. septē pro. ʒ. si uero nō reperitur rob de ribes tunc fiat cū tantūdem syrupi de citro. istarum pill. sumat a duabus uel tribus usq ad quinq uel septē in mane cū surgit uel per unam horā ante cenam omni septimana bis uel semel. Et si ipsas pill. sumit in mane tunc immediate post ipsam assumptionē stet ieiunus horis quinq.

## Regimen.

de rebus nonnaturalibus et primo de aere.

Aer habitationis rectificetur ipso loco habitationis pluries asperso ex aceti ptibus duabus aque ro. ptem. i. simul mixtis ita ꝙ continue idem locus habitationis dicte misture odorē sapiat. cum uero transit ad aerem liberū portet in manu sepissime odorando petiā lineā si ue spongiā infusam in aceto non multū acuto partes. ii. aque ro. ptem. i. de ambabus ꝙ sufficiat ad dictā infusionē. Aut portet pomū laudani in manu proportionale tempori bo anni ipsum frequenter odorando et uitet cōmunionē multarū personarū. Vtatur uino claro nō uinoso sed paucifero. colore albo seu sicioli uel coloris granatorum et saporis agrestis aut aliqualiter bruschi quinimo acetū in pestis tēpore pestis est prestantius uitet uina uinosa nigra dulcia. Vtatur pane bene fermentato bene cocto et cū aliquantulo salis et composito ex octo ptibus farine frumenti et nona farine milii et aqua fluuiali seu cisterne ē melior. Vtatur carnibus tempatis et frigidis et siccis aut non multum calidis ipsis tamen omnibus bene digestibilis uidelicet pullorū. perdicum fasia. laudarū turdorū auicularum puarum in arboribus degentiū. uitulorū nō amplioris etatis sex mensiū nec minoris duorum edorū domesticorū capriolorū siluestriū leporulorū et proprie edulū utatur extremitatibus animaliū supra scriptorū et carnibo eorum neruosis et musculosis et melius his extremitatibus coctis debite deinde in aceto nō multū acuto uel uino granatorū. Vtatur piscibus paruis et proprie luciis cū aceto nō multum acuto uel agresta uel uino granatorum. Vtatur ouis sorbilibus cum agresta uel uino granatorū uel etiā ipsis frixis uel fractis in aqua utatur cū dicto uino uel agresta uel aceto non multū acuto et aqua limphato. Vtatur rebus acetosis in gelatino. utatur etiam panico bene cocto et multum conuenit lentibus debite coctis et est propriū ciceribus spagis aliquotiens acetosella herba seu salsarella sola comesta seu cum aliis herbis et est proprium caparibus cum aceto et aggresta aranceis uino granatorū. Vtatur rebus frigidis potius quā calidis non tamen frigidis excessiue. Vitet res calidas et amplius multum calidas. Vitet lacticinia preter lac acetosum prius tamen a lacte extracto butiro. uitet fructus et maxie putrescibiles et maxime multū humidos. Vitet omia faciliter putrefactibilia motus sit suauis uitet motus laboriosos corporeos seu animales. Vitet quecūq anhelitum frequentant respectu sue naturalis complexionis uel uelocitantia aut magnificantia. Vtatur somno et uigilia mediocribus naturalibus ipso in consistente aut iuuene aut sene non excedēte horas septem in adolescēte uero qui ē. xiiii. an. usq ad. xxv. utatur somno non excedente horas octo et plus secundū ꝙ magis appropinquat sue natiuitati singulo die habeant beneficium uentris saltem semel naturaliter uel artificialiter. Et si sit necessariū beneficiū artificiale uentris habere tunc fiat cum suppositorio cōi et cum suppositorio mellis uel lardi salsi aut enemate cōi. Euitet farmaca efficacia ut turbit gumas esulam. Vitet coitum frequentē et superfluū repletionem nimiam et omia uirtutem dissoluentia. utatur gaudio quantū possibile est uitet tristitiam.

Iura carnium ut galli pullorum caponum perdicum competunt pestilenciatis condita cum agresta et succo aranzi aut cum aceto. nam omnia acetosa tunc cōpetunt et nulla dulcia competunt neqꝫ pinguia. Electuarium cordiale. Recipe zuca. buglosse boraginis uiolati ro. anna. ℥. i. margaritarum. ℥. sem. frametorum zafrani. ʒ. i. misceat simul cum. ʒ. ii. uidelicet manuschristi. cum margaritis et fiat ad formam dactilorū. et cooperiantur cum foliis aurei. In odore pomi citri est mirabilis proprietas rectificās aeris complexionem pestilentie. Trocisci q̄ sūt ex confectione gallie alefangine quam ponit Mesue uel cum frustis aliquibus deinde de q̄ sunt poma ambre sunt optimi ad faciendum suffumigationes in cameris pacientium fe. pestilen. et maxime in tempore frigido nebuloso. Nota pro euacuatione f. enda in fe. pestilen. ꝙ agarico inest mirabilis proprietas. et triacalis contra omne uenenum et inest ei proprietas confortandi cor et letificandi ut notat princeps inde uiribus cordis. Iulep. in pesti. et est cordiale. Recipe aque endiuie aque buglos. aque ro. aque mellis. anna. ℥. iiii. been al. et ru. anna. ʒ. sem. sandalorum al. ru. an. ʒ. sem. succi arangiorum acetosorum quart. sem. ad acetosandum zuca. al. solidi. lib. i. fiat iulep. et detur cum aqua frigida. Confectō in debilibus cordis et fe. malignis. Recipe. margaritarum. ʒ. i. et sem. cinamomi gariofilo. anna. ℈. i. iacinti. ʒ. sem. coral. ru. ʒ. se. limature auri uel argenti. ʒ. i. zuca. al. lib. i. distemperetur zuca. cum aqua buglossa et aq̄ ro. anna. ℥. iiii. et fiat cōfectio in tabulis et cooperiantur cum foliis auri. Magnum secretū ꝙ magnificat arnaldus est uinum in quo extinguitur aurum ignitum potandum tempore pestis. Epithima ad cor. Recipe aque ro. aque bugloss. aque acetose aque nenufaris anna. ℥. iiii. aque mellisse succi citanceorum acetosorum acetositatis citri anna. ℥. ii. succi citoniorum. ℥. i. sandali al. et ru. anna. ʒ. i. spodii rasure eboris semē citri semen acetose anna. ʒ. i. gra. tintorum grana. vi. cāphora. ʒ. se. puluerizentur puluerizanda et misceanť omnia in olla pua bene uitriata et cum sindone ru. bene duplicata ad formam cordis i mersa. Et dicta mistura non frigida sed sola frigiditas remissa in state uel parum tepida in hieme epithimetur cor sub mamilla sinistra per duos digitos et dū incepit calefieri et exsiccari remoueatur.

Bauerius de Baueriis.

Contra lepram et cum defedatione extremitatum et obdormitione cum obtusitate sensus tactus in eius faciem colle auribus et cruribus et manibus apparent excrescentie nodose cum rubedine et duricie sensibiles tamen cum aliquali tentione neruorum quorum alique principaliter in crure tendunt ad saniationem et uirulentiam et plures cōsolidantur licet cum difficultate aliquali. Et anhelitu in sua naturali dispositione non percipitur adhuc imutatus tam urina bene digesta et grossa et spissa tamen clare rubedinis sanguinee et aliis signis laudabilibus preter quam quod habundat multum in se. melanconica etc. Veniendo ad medicinalia oportet cōsiderare in hac egritudine esse habundantiā plurime male materie permisce cum sanguie Et quia materia principaliter peccans est melanconica et transmittitur ad exteriora uideť securius non euacuare sanguinem de uenis magnis. Sed tamen necessarium est euacuare materiam multis uicibus et cum flobotomiis et cum farmaciis operitiuis et uidetur dimittende scarificatiōes et sanguisuge quia dimisso grosso euacuant subtile. et quia uerisimile est ex quo pluries ē flobotomatus et farmacatus ꝙ fecerit flobotomiam de uena magna et ꝙ sit purgatus medicinis fortibus uti fuit operatū in principio se quare in consilio meo ponendo ordinem in seruando et iterādo omnibus. xl. diebus usqꝫ ad integram salutē solum descēdendo ad pticularia.

Primo igitur in isto mēse Augusti cum fuerit fortificatus aliqualiter de precedentibus euacuationibus maxime in. ʒ. quadra lune. Et luna non existente in ariete faciat fieri flobotomia de uena frontis que procedit inter duo supercilia quasi recta a capillis usqꝫ ad supercilia. Et modus flobotomādi ē ꝙ ligeť collū cū panicello aliqualiter stricte infra ut retineantur uene facici et incuruato capite uersus anteriora cum uena apparet satis grossa flobotometur et fiat foramen satis latū ut sanguis grossus egredi possit et dimittatur exire quantitatis. ℥. iij. et postea claudatur. Facta hec flobotomia sequenti mane faciat clistere cōmune et alia die faciat purgationem hanc. Recipe mirabola. in

di. ʒ. iii. polipodii. ʒ. i. sem. sene. ʒ. sem. sticados arabici. ʒ. ii. contundantur et bulliant in lib. i. aque decoctionis passularum usq; ad cōsumptionem medietatis. postea coletur sed antequam coletur ponatur in ea epithimi. ʒ. i. sem. Et permittatur sic stare donec sit tepida et tunc bene fricetur et coletur et addatur zucari. ℥. i. et bibatur duabus horis ante diem super dormiendo per horam et postea nō prandeat usq; ad horas sex ꝙ si hec medicina euacuaret uicibus quattuor sumatur omni septimana bis modo dicto. Si autem plus euacuet diminuatur plus de quantitate secundū discretionem presentis medici. scilicet tertia uel quarta pars rerum positarum in descriptione. Cum autem uenerit quarta septimana purgetur fortius una uice tantū cum hac medicina. Recipe confectionis amet descriptiōe secunda obseruetur debita custodia in usu medicinarum et in capite quinq; horarum sumat. ℥. v. aque ordei tepide post duas horas a que ordei potus prandeat. et postea redeat ad decoctionem supradictam sumendo bis in septimana usq; ad complementum septem septimanarū. His completis quia oportet in eadē egritudine permutare medicinas in sequentibus sex septimanis flobotometur due uene in prima die postquā duobus diebus quieuerit ab assumptione solutiuorum. et primo flobotometur uena que est in manu dextra inter digitum annularē et auricularē et debet tenere manū in aqua calida et fiat apertura satis lata et extrahantur. ℥. ii. sanguinis. Et secūda die flobotometur simul uena in manu sinistra extrahendo etiā. ℥. ii. sanguinis. Intra positam diem unā post hanc flobotomiā incipiet iterū purgare sumendo bis in ebdomada istas pil. Recipe agarici. ℈. ii. aloes. ʒ. i. salis indi. ʒ. sem. ellebori nigri gra. xv. pistentur et conficiantur pill. cū melle aut cū iulep. et sumatur medietas earū in uice una ꝙ si sufficiēter euacuat quattuor uicibus mediocribus sumatur hec quātitas in septimana bis. duabus horis ante diē seruando hunc ordinē qui dicebatur superius quādo sumebatur decoctio ꝙ si nō sufficiēter euacuat uel plus addatur uel diminuatur de quātitate secundū consiliū presentis medici. Itē in quinta septimana istarū secundarū sex septimanarū purgetur semel sumendo istam medicinā. Recipe pill. indarum ℈. ii. pill. de lapide lazuli. ℈. i. reficiantur cū aqua mellis et sumantur in uice una duabus horis ante diē cum bona custodia. et sumatur lauatiuū hinc ad quinq; horas et post lauatiuum per duas horas prandeat et in ultima septimana istarum secundarum redeat ad pill. quibus utebatur ante istas imediate. Cōpletis et istis sex septimanis incipiat et flobotometur primo de saphena pedis dextri extrahē do. ℥. ii. sanguinis. et faciendo latum foramē tenendo pedē in aqua calida. sequenti die flobotometur de saphena pedis sinistri simili modo. et faciat ꝙ habeat lubricum uentrē cū distere. Et post hoc p. duos dies incipiet et purgetur omni septimana bis cum ista purgatione. Recipe mirabolanorum indi. ʒ. iii. agarici. ℈. i. sticados. ʒ. i. sem. salis geme. ℈. i. turbit. ℈. sem. epithimi. ʒ. i. buliant omnia in libra sem. decoctionis passularum postquā sūt contusa non multum forti ebulitione. postea coletur fricando et exprimendo cum manibus et bibatur de mane una hora ante diem bis in septimana obseruando ut est dictum in precedentibus ꝙ si nimis euacuaret presens medicus diminuat de quantitate si parum quod addat. Et in quinta septimana purgetur cū bona custodia capiendo has pillulas duabus horis ante diem. Recipe trociscorum a laudal descriptione a Mesue. ʒ. i. pillularum indarum ℈. ii. confice pillulas terendo trocis a laudal contritione ultima et conficiantur cum aqua mellis et capiatur lauatiuum quod dictum est superius. In omnibus istis. xviii. septimanis capiatur semel in decem diebus. ʒ. i. sem. optime tiriace cum. ʒ. i. aque mellis septem horis ante cibum. Item i reliquis diebus de mane sumat tiriacā diatesseron que est Recipe gētiane bacarum lauri mirre aristologie ro. anna. ℥. iii. mellis dispumati lib. ii. Confice simul in forma electuarii. sumat. ʒ. i. pro uice quatuor horis ante cibum cum. ℥. i. uini grossi dulcis et est uehementer conueniens freqnter sumere de mane tribus horis ante cibum de hac medicīa. Recipe auri purissime. ʒ. iii. balsami electi. ʒ. i. mirre rubee et clare aloes epathici turis minuti laudani puri non sufisticati anna. ʒ. ii. camphore. ʒ. i. pistentur pistāda et linientur linienda subtilissime et incorporentur omnia cum balsamo et olio mādragorino ita ꝙ habeat formam electuarii et reseruetur in uase argenti puri bene opticrato et sufficit. ʒ. sem. pro uice cum uino dulci cocto usq; ad. ℥. i. Semel autē in septimana debet uomere post cibū et comedat carnes bouinas primo et pingues et ferculum pinguem tantum cum brodio galline et sale et cum porris aut cepis coctis in eo et sit cibus bene salitus et comedat festinanter non multum masti

cando et bibat de uino dulci copiose. Et post quam est cibatus bibat hunc syrupum.
Recipe radicum rafani.lib.i.sinapis.ʒ.i.fac bullire in lib.vi. aque usq; redeat ad lib.iii. cum libra una aceti. Et postea coletur et addatur mellis dispumati lib.iii.bulliant simul usq; habeat spissitudinem debitam syrupi. et bibatur cum medietate sui de aqua tepida.ʒ.iii. pro uice statim post cibum supra dictum postea surgat et ambulet per domum et uoluat se supra lectum paruo spacio postea interposita penna faciat q; uomat et pro secũda die nõ comedat usq; ad cenam et i cena comedat pullos. Item in diebus in quibus sumit medicinam solutiuam siue fortem siue debilem non balneetur.sed quando non sumit medicinam solutiuam nec flobotomatur tunc balneetur ut supra sed ipse non debet cooperiri in balneo ad hoc ut recipiat aerem frigidum per anhelitum. Et quia iam est sufficienter purgatus debet fricari in balneo omni uice cum farina fabarum et farina cicerum et.xx. parte sui de sale nitro et postea lauari cum aqua tepida. Et postquam a balneo egreditur quãdo q; inungatur precipue in locis in quibus nõ apparent pustule cum oleo uio.habente aliq̃d de camphora q; sit ualde calidum.
Recipe olei uio.ʒ.iii. camphore.ʒ.i. incorporentur optime in mortario funde et postea calefaciat et ungatur precipue in locis in quibus non apparent pustule.. Loca in quibus apparent pustule inungatur cum huiusmodi unguento. Recipe serpentem unum nigrum et abscindatur caput eius et cauda postea excorietur et ponatur in uase tereo uitreato et fundatur super ipso aceti fortis uini.ʒ.viii. aque libra una Radicis dragantee.ʒ.iiii. decoquantur lentissimo igne quousq; carnes serpentis separentur ab ossibus postea remundẽtur ossa et coletur totum cum panno optime exprimendo et colatura reseruetur in uase uitrio.et ex hoc ergo inũgatur locus qui si fuerit pillosus abradantur primo pili. et hoc fiat tribus diebus.et postea in sequentibus diebꝰ post balneum ista loca epithimẽtur cum epithimate q; infra scribam hoc ordine seruato q; primo in balneo fricentur loca cum farinis supradictis . postea lauentur loca infecta cum hac decoctione.

Recipe fenumeri.ʒ.ii.aque lib.iii.saponis albi.ʒ.ii.bulliant simul lento igne usq; ad consumptionem tertie partis et postea cum hac lauentur loca cauendo ne intra oculos ingrediatur.postquam autem a balneo egreditur lauetur iterum locus talis infectus cum decoctione balaustiarum et extremitatum rubi.postea exsiccentur et epithimentur cum isto epithimate.

Recipe mirabola.indi.et embli.ana ʒ.i.cõburentur bene cum.ʒ.i.gallarum et conficiatur cum aceto et liniatur super locis infectis.

Et quia puto bonum esse q; antequã transiret estas uel saltem totus mensis septembris, si non uidet cum reliquis medicinis bonum melioramentum q; experiatur usum serpentam ideo describam modum quo debet uti eis et usq; ad q; tempus.

Vnus ergo modus est iste. Recipe serpentes qui nascuntur in montibus precipue lõge ab aquis et habẽt caput planum et sunt in medio grossi et si habent uentrem album sunt meliores et habent curtam caudam et sunt de loco sicco et longe a palude et aquis. Et si habent pares dentes in ambabus mãdibulis sunt meliores . et tunc statim abscindantur capita eorum et infra per tres digitos et in cauda per quattuor. Et permittat fluere sanguis . et ille de eis qui est fortioris agitationis et a quo fluit plus sanguis est melior euiscerentur ergo postea et bene lauentur et ponatur in olla noua uel in lebete et ponantur cum eo manipulum unum porrorum tritorum et aliquod de aneto et parum de oleo et aliquid parum de aceto et de sale quantitas sufficiens. et quid parum de pipere et de galanga et buliat simul quousq; carnes ab ossibus separentur et si bullierit cum eo unum pipionem esset delectabilior et non minus utilis et hac decoctione facta comedat patiens carnllas serpentis cum pauca mica panis et bibat sufficienter de brodio et incipiat primo sumere non multam quantitatem.ʒ.ii.uel.iii.dictarum carnium et mediam scutellam de brodio et bibat aliquid de uino odorifero uel si uult incipiat a minori quãtitate et debet hoc totiens reiterare in horis debitis suarum comestionum q; incipiat inflari et incurrere perturbationes sensuum et tunc dimittatur usus carnium et brodii serpentis et redeat ad regimen supra scriptum non comedendo multum pro uice . nam quando inflabitur tandem cutis illa inflata cadet et remanebit cutis noua et mollis. Et postea redeat ad dictam et dimittat serpentes et medicinas solutiuas sed utatur sepe.s.ter in mẽse optia tiriaca uel metridato sumẽdo.ʒ.i.sem.v. horis ante cibum cũ.ʒ.i.uini decoctionis passu

larum. Et quia forte in hac state non habuerit facultatem comedendi uiperas post illas decē et octo septimanas posset bibere uinum de serpentibus loco cōmixtionis serpentium ꝙ fit hoc modo. Accipiantur tres serpentes decollati et euiscerati et preparati modo superius dicto pro decoctione et buliantur in. lx. libra uini donec sint bene cocti uiperi ut separetur caro ab ossibus et uinum ita calidum cum aliquali quantitate alterius uini sibi simul non tamen buliti cum uiperis ponatur in uegete. et sit uinum odoriferum album et consuetum reseruari de quo uino debet sumere in prandio et cena et tociens bibat ꝙ incipiat aut turbari in sensu aut inflari et tunc dimittat uinū istius uini. Tertius modus utendi serpentibꝫ est abominabilis et minus consuetus sed tamen scriptum est a nostris doctoribus. Recipe serpētum unum nigrum et excorietur modo supra dicto et sepeliatur in terra donec fiant in eo uermes deinde recipiatur cum uermibus suis et exsiccetur in sole uel cum lento igne et reseruetur. et detur de isto tribus diebus uno post aliud. ʒ. i. pro uice in aurora cū syrupo de melle uel cum aqua mellis complete decoctionis. Quartus modus utendi serpētibus est cum syrupo et conuenientior iudicio meo in hac dispositione et est iste. Recipe sem. et florum fumi terre foliculorum sene. mirabola. indo. et citrino anna. ℈. sem. polipodii epithimi anna. ℈. ii. uiola. ℈. i. sem. cimini anisorum se. feni. semen aneti anna. ʒ. ii. piperis galange zenzeb. anna. ʒ. i. serpentis preparati modo dicto superius scilicet decollati et euiscerati et excoriati et bene loti cū uino et sale. idest aqua et sale ita ꝙ sit quantitas serpentis lib. ii. et buliant simul cum sufficienti quantitate salis ac si carnes coquerētur quousqꝫ remaneat de aqua lib. iii. et serpētes sint ita discocti ꝙ caro ab ossibus separetur postea coletur et exprimatur bene totum et in colatura addatur zucari albissimi lib. iii. Et iterum reducantur ad ignem et bulliāt simul quousqꝫ habeant spissitudinem syrupi debentis per totum annum reseruari. iste syrupus potest seruari continue per annum in uigore suo. Et quando apparet ei uel medico presenti ꝙ debent uti medicina serpentum utendo cibis et potibus ut est scriptum in regimine debet de mane incipere et bibere. ℈. ii. huius syrupi. cum. ℈. ii. aque buglosse aut decoctionis lupullorum uel capillis uen. recentis in aurora et non comedere usqꝫ ad quatuor horas. Et si uidet ꝙ bene tolleret istam quantitatem aque buglosse et istud perseuerare tociēs ꝙ appareat corpus inflari et ipse perturbari ratione et tunc debet dimitti usus istius syrupi et redire ad regimen scriptum in principio subtiliando tamen cibum quasi ad medietatē consueti quousqꝫ uideatur excoriari cutis. et tunc paulatim redeat ad regimen sanorum. Quintus modus est. Recipe serpētum supra dicto modo preparatorum. lib. ii. porrorum. ℈. vi. aneti. ℈. iii. salis. ℈. i. aque quantum sufficiat buliat simul ad serpentum decoctioné integram. Et ꝙ remaneant aque. l. iii. deinde tolle serpentes et tolle carnem dimissis ossibꝫ et pistetur subtiliter. Et Recipe specierum rosate nouelle descriptione Nicolai. ℈. ii. specierum triasandalorum. ℈. i. cōmisceantur cum dictis carnibus pistando in mortario optima cōmistione. Et postea de brodio dictorum serpentum cum lib. iii. zucari simul bullitis fiat syrupus spissus et sufficienter coctus ꝙ syrupus simul cum dictis carnibus et speciebꝫ sufficienter incorporentur ita ꝙ fiat ad modum electuarii de quo omi mane sumat prio ℈. i. Et si non uidit se alterari sufficienter: potest addere et summere pro uice usqꝫ ad. ℈. ii. uel. iii. quattuor horis ante prandium bibendo parum uini odoriferi ꝙ si magis delectaret eum posset facere dictum syrupum tantum coqui et cōmiscendo cum carnibus predictis et speciebus ꝙ fieret confectio sicca in morsellis sed in urtico ꝙ confectio mollis in modum electuarii est magis utilior. plures alii possunt imaginari quatuor utendo serpentibus sed isti quinqꝫ uidentur mihi magis sibi conuenientes precipue primus et ultimus potissimus in forma electuarii quā in forma solida. Propter illa ultima oportet primo attendere ad purgandas supfluitates capitis cū caputpurgiis et gargarismis hoc mō. primo dū apparent nares humide fiat huius caputpurgium. Recipe celidonie nasturtii piperis longi stafizagrie nucis mus. pulegiū omniū anna. ʒ. i. succi agni casti. ʒ. ix. misceātur et decoquantur donec inspisset̄ ad modū syrupi deinde colet̄ et reseruet̄ in uase uitreato et infūdatur tota decoctio in isto caputpurgiū et ponatur usqꝫ ad supremū nariū et cū ꝑ horā tenuerit abiiciatur et extrahatur ꝑ nares postea aliqd de lacte de coctiōe lactuce. Gargarisma ta autē debet esse primo cū abstersiuis ꝓcipue ꝓp pustulas q̄s habet i ore et lingua hoc mō. Recipe ordei furfuris ficum siccarum anna. ʒ. i. aristologie ro. ʒ. ii. buliant omnia in lib. i. aque quousqꝫ remaneat libra una aque lento igne. postea coletur et addatur mellis rosa. colati. lib. sem. Et cum illo fiant gargarisma

gargarizando tribus uicibus postquam hoc modo gargarizauerit gargarizet uinum granatorum in cuius lib.i.bulierit.ʒ.i.summat et gallarum cipressi.ʒ.sem.sed pro illis pustulis quas habet precipue pro paruis satis dictum est. Pro magnis autem attendatur hoc ꝙ alique earum sunt ulcerate alique non.et non ulceratarum quedam sunt suppurate et quedam non. Ille igitur que non sunt ulcerate neqꝫ suppurate post exitū a balneo et in diebus in quibus non utitur balneo utatur isto unguento quo ungatur. Recipe radicam dragontee.ʒ.iiii.rasure laudi porcini.ʒ.ii. coquantᷣ simul quousqꝫ radices sint bene cocte. postea radices pistentur bene cum equali pódere ansugie porcine et fiat unguentum de quo ungantur dicte pustule ille uero pustule que sūt suppurate et per se non aperiuntur aperiantᷣ cū ferro et permittatur currere putredo ex eis et tunc restat una consideratio in pustulis aptis. Et in quibusdam earum apparet caro bona neqꝫ apparet pruritus neqꝫ corrosio et iste debent cum unguentis incarnatis sicut uerbi gratia. Vnguentum palmeon uel unguentum triafarmacon uel cum unguento magistrali ꝙ sic fit hoc modo. Recipe litargirii albi lib.i.plumbi adusti lib.sem.tuthie alexandrine decies extincte in lacte asine.ʒ.ii.pistētur subtilissime et tritomnentᷣ cum sandone. postea ponantur in mortario et infundantur ole.rosato aceti uini albi anna partes equales et incorporentur paulatim cum dictis puluer ibus quousqꝫ totum appareat sicut mel currens postea ponantur ad ignem et bulliant lētissime continue agitando cum spatula de ligno salicis quousqꝫ sit sufficienter coctū et optime incorporatum et cum illo supposito curetur usqꝫ ad consolidationem: uel cum alio consolidatio secundum consilium presentis medici. In illis autem pustulis apertis in quibus apparet caro mala uel pruritus potest apponi unguentum supradictum de dragontea et si non sufficit comisceatur cum equali mensura unguenti egipciaci descripti a Mesue ꝙ si non sufficit abstergantur cauterizetur locus cum uiridis herbis cum sale armoniaco et sale uino anna partem equalem qui pulueri zentur et comisceantur cum aceto ita ꝙ non fiant ad modum paste et supponatur ulceribꝫ illis. Et prouidendum cum astucia presentis medici ne uirtus cauterii transeat ad loca sana postea mundificetur locus a crusta et curetur cum unguento supradicto de litargirio.

Vel si cauterium potentiale timeatur ponatur aristologie.lon.radix secundum quantitatem loci cauterizando cum oleo feruenti et ita ferrens supponatur loco quousqꝫ ueniat ad carnem sanam et remota crusta curetur cum unguento supradicto de litargiro uel similibus. Quod si ista omnia non contulerint oportet ultimate uenire ad cauteria que fiunt cum ferro ignito et melius modus et efficacior est ꝙ in capite fiant.v.cauteria unum super comissura coronali parum uersus medium capitis. Secundo in extremitate frontis ubi terminā tur capilli sed ī loco capillorum duo sup duo cornua capitis et unum in parte posteriori iuxta extremitatem ossis capitis parum supra et debent illa cauteria aut in uice una aut in pluribus peruenire usqꝫ ad os. Et cirugicus post discoperturā ossis leuiter debet tāgere os cū ferro ignito ita ꝙ scamina una remoueatᷣ leuiter. Et post ista quinqꝫ cauteria ponatᷣ cauterium indurato splenis ꝙ solum pertranseat cutim. Sed quia in nostro infirmo iam sunt infectiones manifeste in locis supradictis si necessitas cogit fiant cauteria minuta. una supra extremitatem nasi duo super duas maxillas duo super spondilibus colli sex super spondilibus dorsi.unum profundum sup nodum caude duo super humeris duo super cubitis duo super genibus duo super calcaneis duo super anchis et quelibet iunctura manus et quelibet iunctura pedis et requirit unum ꝑuum non penetrans nisi cutem et dimittātur aperta per mēsem et postea consolidentᷣ cum unguento supradicto de litargirio debet autē presens medicus sua solerti prudentia secundum ꝙ uidet fortem uel debilem impressionē respectu que approximantur aut bonam infirmi tollerandam uel malam metiri iudicio extimatio arbitria numerum uicium et freqntiam et quantitatem continuam respectu approximandarum et quandoqꝫ addere et quandoqꝫ minuere secundum ꝙ sibi uidetur quoniam certa rei quantitas in morbi necessaria. nec calamo scribere nec lingua proferri potest que una res maxime facit hanc nostram arbitrariam et coniecturatiuam.

Balneum ꝙ supra dixi fit hoc modo ponatur in balneo hoc Recipe malue uiolarie.anna lib.x.et quando non habentur Recipe uiolarum siccarum et florum nenufaris anna libra.i.ordei.lib.iiii.hec uel illa in aqua sufficienti bulliant et in illa aqua tepida et delectabilis caloris balneetur per quartam partē hore uel circa postea exsiccentur cum linteis calidis.

¶ Finis.

¶ Bauerius de Baueriis.

Auiganti ua ria solent accidentia aduenire quorum unum est nausea siue stomaci conturbatio cui sic succurratur. accipiantur post cibum antequam euomat coriandi conditi et confecti cum optimo zucaro coclear unum. Aut accipiat quod melius est duos aut tres bolos infrascripte confectionis. Recipe conserue citoniorum absque speciebus libram unam masticis granorum mirti fameos coriandorum preparatorum anna. ℈.iiii. pistentur pistanda subtilissime et cum miuia citoniorum fiat confectio sollida i morsellis quorum quilibet sit duarum. ʒ. est profecto huic accidenti efficax remedium. Solet interdum accidere dolor capitis propter humorem agitationem cui sic occurritur exhibendo syrupum infrascriptum per duas horas post cenam et iterum in mane ante diem per horam. Recipe syrupi de papauere. ℥.i. oxizacare. ℥.sem. aque decoctionis coriandorum preparatorum. ℥.iii. misce. Item ante cibum fiat ad brachia fricationes trahendo uersus manum et postea ad coxas et ad tibias.

Nonnunquam aduenit fluxus uentris cui sic prouidetur Recipe granorum mirti copularum glandium a cassie hypoquistidos thuris cipe ri sandarace balaustiarum ana.m.i. decoquantur omnia in lib.iii. aque usque ad consumptionem medietatis postea coletur facta forti expressione de hac colatura recipiatur lib.i. miuie citoniorum syrupi de mirto anna. ℥.i.se. olei citoniorum olei de mirto anna. ℥.i. sepi renum capri. ʒ.iii. dissoluatur piguedo cum decoctione postea alia addantur et fiat clistere.

Ad idem ualet ungere uentrem a furcula inferiori infra usque ad pectinem cum infrascripto unguento. Recipe olei rosati olei de mirto anna. ℥.i. trociscorum de spodio trociscorum de bolo armeno et de balaustiis anna. ʒ. ii. cere quantum sufficit et fiat unguentum.

Si acciderit sitis ualida ut aliquando solet aduenire. Recipe syrupi de limonibus. ℥.ii. aque fontis tantidem misce et paulatim potetur.

Valet ad idem iulep uiolaceum aut rosatum accipiendo de quouis istorum. ℥.ii. cum. ℥. iii. aque ordei. Si acciderit instantia uigiliarum succurretur cum infrascripto syrupo sumpto per duas horas post cenam. Recipe syrupi uiolati syrupi de nenufare anna. ℥. sem. syrupi de papauere. ʒ.vi. aque decoctionis papaueris albi. ℥.iii misce. Valet ad idem lauare pedes in sero cum hac decoctione ante cenam. Recipe florum nenusfaris uiolarum lactucarum solatri foliorum uitis et salicis florum camomille anna.m.i. aneti.m.ii. decoquantur omnia in sufficienti quantitate aque cum qua lauentur tibie usque ad medietatem coxarum et brachia usque ad cubitos per horam ante cenam. Cum accidit aliquando debilitas uirtutis conferunt brodia pullorum aut caponum iuuenum carnosorum cum. ℥.ii. aque buglosse aut boraginis. et. ℥.i. uini albi aromatici. et de hoc potu sepe sumat saltem in omni fine quinque horarum ad quantitatem quinque unciarum. Item ualet ad idem contusum pullorum aut caponum iuuenum. Valet ad idem electuarii regum de quo sumatur coclear unum et i die aliquando. Item confectio dia margariton de scriptione Nicolai et omnia ista ualent quando cum debilitate apparerent signa frigiditatis sed si apparerent signa caliditatis summatur coclear unum infrascripti electuarii post quod sumantur. ℥.iii. brodii pulli aut. ℥.iii. aque sublimationis pulli uel post accipiantur ℥.iiii. aque borraginis aut buglosse. Recipe diaboraginati diabuglosati zucari uiolati zucari rosati anna. ℥.i. manuschristi cum perlis ℥.ii. foliorum auri et argenti anna numero. x. misce totum et diligenter incorporetur in mortario. Cum epar uestrum sit calidum stomacus uero humidus et ad frigiditatem declinis utamini frequenter de infrascripta confectione summendo de ea ante prandium unum morsellum per horas duas et idem ante cenam Recipe specierum diagalange descriptione mesue in suo antidotario. ʒ.iii. specierum tria sandalorum sine camphora. ʒ.ii. zucari triumcoctarum quantum sufficit et fiat cum aqua rosata. confectio in morsellis quorum quilibet sit trium dragmarum. quod si stomacus magis calefieri indigerit sumat infrascripte confectionis rotulam unam eo modo qui dictus est de suprascripta. Recipe cinamomi electi. ʒ. ii. zenzeb. ℈.ii. granorum paradisi. ʒ. sem. pistentur pistanda subtilissime et cum aqua absinthii fiat confectio in morsellis quorum quilibet sit trium dragmarum. Quod si per usum confectionis uidetur epar inflammari. ungatur regio epatis ante prandium et cenam per horas duas cum unguento sandalino aut cum ceroto galieni. Si uenter fieret stiticus summantur tres aut quinque de infrascriptis pill. ante cenam per duas horas que etiam sumi possunt post cenam in introitu lecti ubi esset dolor capitis aut esset caput graue. Recipe specierum de yera simplici. ʒ.iii. mastic-

ʒ.i.mirabolanorum chebulorū et citrinorū. anna. ʒ. sem. agarici. ʒ.i. sem. salis geme. ℈. i. aloes loti cum aqua endiuie ad pondus omnium et fiat cum succo absinthii et melle rosato colato magdalion ex quo formentur pillu. numero septem pro qualibet. ʒ.

Si casus foret quod deus auertat incurreretis febrem tertianā notam que est pendens ex cōmixtione colere cū flegmate. nam in talem febrem estis magis inclinatus quā in aliam sic procedendum est. Primo in hora minoris afflictionis fiat clistere tale. Recipe malue blite foliorum uiolarū mercurialis. anna. m. i. incidantur herbę et buliant in sufficienti quantitate aque cum fuerint cocte colentur de colatura accipiantur. ℥. xviii. quibus addantur cassie. ℥. i. yerapigr. ℥. sem. olei uiolati. ℥. iii. salis. ʒ. ii. et stomaco ieiuno suscipiatur. et hoc fiat ubi non esset fluxus uentris. Die sequenti si fuerit dies minoris febris aut dies quietis accipite hoc minoratiuum per horam unam ante diem post cuius assumptionem differatis prandium per horas quinq; tunc comedatis absq; assumptiōe alicuius lauatiui. Recipe prunorum numero octo tamarindorum. ʒ. iii. florum borraginis buglosse et uiolarum anna. ʒ. ii. fiat decoctio de qua accipiantur. ℥. ii. in quibus infundantur reubarbari electi. ℈. iiii. squinanti. ℈. i. et sic stet in infusione per sex horas demum coletur facta optima expressione et in ea dissoluantur mane. ℥. i. sem. loco cuius potest dissolui cassie nouiter tracte. ʒ. vi. et fiat potus q calidus exhibeatur. Cum transiuerint duo dies post minoratiui assumptionem sumat in aurora si non fuerit tunc principium febris aut eius augmentum uel statum infrascriptū syrupum quod si ea hora aliquid istorū esset tūc differat eius acceptionem usq; ad declinationem paroxismi aut ad horam quietis febris et postquā syru. assumpserit differat cibum p tres horas aut ad minus per duas cum dimidio. Recipe syrupi acetosi simplicis. ℥. i. syr. uiolati syrupi de duabus radicibus anna. ℥. sem. aque endiuie. ℥. ii. aque feniculi. ℥. i. misce iste est pro una uice sumat quinq; uicibus postquā syrupū acceperit ut dictum est in die sequenti imediate ad diem ultimam complete acceptionis capiat infrascriptam medicinam. uidelicet. Recipe florum sticados arabici florum rorismarini anna. ʒ. i. sem. florum boraginis buglosse florum uiolarum anna. ʒ. ii. passularum sine nucleis. ℥. sem. agarici optimi. ʒ. i. sem. salis geme. ℈. i. reubarbari optimi. ʒ. ii. spice. ʒ. sem. manne. ℥. i. agaricus infundatur cum salis gema in oximelle simplici per sex horas ad minus reubarbarum īfundantur cum spica in aqua endiuie per sex horas de reliquis fiat decoctio de qua colatura accipiatur quantum sufficit ad dissoluendum māne. ʒ. x. loco cuius potest poni. ℥. se. cassie nouiter extracte ex cāna sua postea exprimantur fortiter agaricus et reubarbarum et expressiones addantur māne aut cassie dissolute et fiat potus hunc calidum accipiat per horam ante diem super quo potest dormire p mediam horam. deinde uigilet quousq; ptransiuerint hore quinq; ab hora assumptionis in fine quarū accipiat ciatum brodii macri aut aque ordei cum. ℥. sem. zucari rubei et inde ad horam comedat non grauando se multo cibo. Quod si pillu. essent magis grate quam medicina loco medicine suprascripte accipiat ʒ. i. pillu. aggregatiuarum hora et modo de medicina superius scriptis. Assumpta suprascripta medicina si febris cessauerit bene est. Si uero remanserit tribus diebus post medicine assumptionem incipiatis sumere infrascriptum syrupum. Recipe syrupi de bisantiis ℥. i. acetosi simplicis mellis rosati colati. anna. ℥. sem. aque absinthii aque cicoree aque apii. anna. ℥. i. misce iste est pro una uice cōtinuet ipsum sex diebus summendo ipsum calidum in aurora si tunc temporis non fuerit principium paroxismi siue febris aut status uel eius augmentum in quo casu differat ipsum assumere in declinatione febris aut postquam fuerit declinata ut dictum fuit in modo accipiendi syrupum precedentem. Post completam assumptionem suprascripti syrupi immediate accipiat medicinam solutiuam ultimo descriptam aut pillu. eo ordine et modo q descriptus est. Quod si epar nimis in tali febre calefieret ungatur regio epatis ante prandium et cenam per horam unam cum infrascripto unguento. Recipe sandalorum alborum et rubeorum ann. ʒ. ii. spodii. ʒ. i. absinthii. ℈. ii. olei rosati. ℥. i. cere parum et fiat unguentum. Hoc unguento taliter uti incipiat ut dictum est postquam sumpserit primā medicinam. Si uero stomacus esset debilis et non bene digereret ungatur ante prandium et cenam infrascripto unguento. Recipe succi mente succi absinthii succi citoniorū anna ℥. se. olei de mastice olei de mirto olei de spica anna. ℥. i. buliāt oia simul usq; ad cōsumptionem sucorum. deinde addatur masticis aloes. āna. ʒ. i. ciamomi ganofilorū. an. ʒ. se.

cere albe quantum sufficit et fiat unguentum molle. et hoc taliter uti incipiat postquam primam acceperit medicinam et inde continuet. sed si uenter esset stiticus utatur alternis diebus clisteri superius scripto aut quotidie ubi opus sit. Si sitis ualida esset teneatis in ore liquiriciam abrasam et parum contusam postea infusam in aqua ordei aut nucleum prunorum aut sebesten uel zucarum canditũ uel gargarizare aquam ordei aut sumere aliquid iulep uiolati cum aqua ordei debite permixti. Si uero adesset uigiliarum instantia ante cenam per mediam horam fiat ad tibias a genibus infra et ad brachia a cubitis uersus manum infrascripta locio Recipe corticum papaueris albi.m.ii.latucarũ.m.i. aneti.m.i. se. florum camomille.m.i.contundantur omnia contundenda et bullant in sufficienti quantitate aque et fiat ut dictum est. Confectio qua uti posset in casu tali esset manus xpi.

Bauerius de Baueriis.

Egritudo largo modo istius iuuenis est defectus in actione mingendi propter acuita'em urine irritantis uirtutem expulsiuam concurrit etiam debilitas uirtutis contentiue ut ex signis ab ipso habitis et hinc inde perscrutatis satis plene patere potest huius egritudinis cura habetur duobus instrumentis dieta.s.et potione. Dieta consistit in debita administratione sex rerum non naturaliũ a quibus incipiam et primo ab aere. Cauere debet ab aere uehementis caliditatis et ab aere humido et nebuloso pariter ab aere uentoso et precipue flante austro eligat sibi aerem clarum aptum declinantem ad aliqua'em frigiditatem sed in qualitatibus passiuis ad temperiem. et quia uestes ad aerem reducunt̃ nõ teneat ptes renũ nimis calidas neqꝫ adeo parũ tectas ut suscipiant frigus sed i omnibus moderationem sequatur. Caueat insuper ne ab igne ptes renum calefaciat nec etiam taliter ut sol in eas imprimat sed in his omnibus teneat renes moderate calidos aut parum ad frigiditatem declinantes. Caueat ab ira tristicia furore et sollicitudine gaudeat letet̃ bene speret de salute sua et uersetur cum amicis et dilectis. Somnus sit de nocte et nõ de die sit primus super latus dextrum. deinde reuoluatur super sinistrum sed uitet somnum resupinũ super dorsum sitqꝫ sex aut septem horarũ nõ amplius octo nec minor quinqꝫ sitqꝫ corpore conuenienter pannis tecto et capite decenter eleuato fugiat omne exercitium forte seu ambulando seu equitando et omne aliud in quo renes laborant et pcipue post cibum loco exercitii conueniunt fricatiões brachiorum stomaco ieiuno conuenit exercitium moderatũ peditando aut se manibus exercẽdo ante prãdium et ante cenam. et quia coytus ad exercitium reducitur caueat ab eo frequenter facto et precipue cibo existente in stomaco. dimittere debet omnia cibaria difficilis digestionis et mali nutrimenti et uiscosi et omia cibaria uehementis caliditatis aut salsuginis et omnem potum dulcem aut grossum aut turbidum.

Dimittat panem agimũ aut indebite coctum et omne cibarium factum ex pasta agima. Dimittat insuper carnes bouinas caprinas et pecurinas et cutes et uiscera animalium quadrupedum et extremitates non utatur piscium uiscosorum carnibus cuiusmodi sunt tenche anguille et similia. Caueat a caseo precipue antiquo et butiro et ab omnibus leguminibus uentositatem generantibus sicut sunt fabe fasioli et similia. Dimittat herbas omnes calidas et siccas et tubera et fungos et fructus stiticos cuiusmodi sunt coctana pruna et pira alcria eligat sibi panem ex farina munda facta ex optimo tritico qui sit debite fermentatus et decenter coctus sitqꝫ non minoris etatis unius diei neqꝫ pluris trium aut quatuor dierum a quo eiitiatur cortex superior quando comeditur. Carnes sint ex perdicibus fasianis turdis et reliquis auibus degentibus in pratis aut nemoribus non in paludibus neqꝫ stagnis aut ex caponibus iuuenibus carnosis nõ pinguibus et gallinis iuuenibus et pullis. ex quadrupedibus uero conceduntur carnes caprioli et leporis iuuenis et edi uituli lactantis et castrati et agni annualis a reliquis uero abstineat et he carnes melius preparantur elissate quam assate. Ex piscibus conceduntur pisces parui squamosi degentes in aquis currentibꝫ bonis cuiusmodi sũt capedani trute lucii scardue et reliqui similes et hi meliores sunt preparati super craticula quam alio modo conceduntur oua sorbilia aut tremula recentia antiqua uero frixa aut dura nocent. Ex leguminibus interdum conceditur brodium cicerũ rubeorum far milium et similia. Ex herbis conceduntur spinacia blita attriplex cum quibus misceatur modicum petrosili. Conceduntur fructus herbarum cuiusmodi sũt capares melones et precipue pars melonis cui semina adiacent et cucumeres ex fructibus uero conceduntur passule poma dulcia amigdale excoriate pruna ceresa dulcia bene matura ante ci

bum. Vinum sit album subtile pauciferu medium inter dulce et ponticum ꝙ si album cu his conditionibus haberi no possit habeat rubeum seu cisiolum ꝙ si permixtione cu aqua indigeret limphetur cum aqua cisterne aut fontis clara. Cauere debet ab omni superflua repletione et precipue rerum prohibitarum nocet etiam nimia inanitio et cibi abstinentia no comedat usqꝫ ad sacietatem sed a mesa surgat semper cum reliquiis famis nec comedere incipiat nisi senserit preassumptum cibum esse digestum et sit contentus uno aut duobus cibis et ab eo incipiat ꝙ est facilioris digestionis ꝙ si senserint stomacum grauatum curet uomitum prouocare cum uomitiuo ꝙ sic fit. Recipe semis atriplicis semis caulium semis aneti anna. ℥. sem. bulliant in lib. iii. aque usqꝫ ad cosumptionem medietatis postea colet de colatura capiatur. ℥. v. quibus addant aceto si simplicis. ℥. ii. et totum tepidum et no calidum bibatur cum biberit stet per tres quartas hore deinde agitetur et moueatur et si uoluerit bene est si non premat linguam digito aut imponat pennam oleo intintam i guttur et agitando uomitum prouocet deinde colluat faciem cum modica aqua permixta cum aceto et lauet os deinde ad mediam horam prandeat aut cenet si uomitum fecerit ante cenam. Curet quotidie habere uentris beneficiu bis aut saltem semel ꝙ si naturaliter haberi non possit fiat cum clisteri ꝙ sic fit. Recipe malue spinacharum blite. anna. m. i. decoquantur deinde coletur de colatura accipiantur. ℥. xv. quibus addatur cassie. ℥. i. benedicte. ʒ. iiii. olei uiolati. ℥. iii. salis. ʒ. ii. et calidum stomaco ieiuno supponatur.

## Cura per potionem

plures continet intentiones. prima est materiei digestio. secunda est eius euacuatio. tertia est diuersio. quarta est renum et uiarum urine malicie complexionis remissio.

## Prima intentio com

pletur sic. Recipe syrupi de duabus radicibus syrupi uiolati anna. ʒ. vi. aquarum seminum comunium frigidorum. ℥. ii. capillorum ueneris. ℥. i. misce iste est syrupus pro una uice sumat ipsum frigidum in aurora et sic cotinuet ipsum septem diebus.

## Secunda intentio ad

impletur hoc modo Recipe pill. de benedicta ℈. ii. pill. aurearu descriptione Nicolai. ℈. i. misce et cum electuario de suco. ro. reformentur pill. septem istas pill. accipere debet post completam assumptionem syrupi p horas nouem post assumptionem cene imediate precedentis sup quibus potest domire cum ceperit eas una hora deinde uigilet et surgat quo adtranseant hore. v. ab hora sumptionis. et post accipiat ciatum unum aque ordei frigidu cu. ℥. i. zucari albi deinde ad horam comedat et non se grauet multo cibo ꝙ si potus esset sibi gratior qua pill. sumat hanc medicina eo modo quo dictum est de pill. Recipe liquiricie munde ordei excoriati anna. ℥. sem. floru uiolarum. ʒ. ii. semis portulace semis endiuie anna. ʒ. i. fiat decoctio de qua accipiatur quantum sufficit ad dissoluendu cassie nouiter tracte. ℥. i. electuario de suco ro. ʒ. ii. ℈. ii. et fiat potus.

## Tertia intentio.

Diuertatur materia iuxta tertiam intentionẽ fiant fricationes ab humeris usqꝫ ad manus ante prandium et ante cenam cibo digesto et huiusmodi diuersiones fiant saltim alternis diebus. Item prouocetur uomitus cum uomitiuo ꝙ sic fit. Recipe aque ordei lib. i. buliat in ea semis atriplicis floru aneti anna. ℥. se. usqꝫ ad consumptionem medietatis postea coletur et colature addatur accetosi simplicis. ℥. ii. et tepidu bibatur et stet per mediam horam et primatur lingua et uomitus prouocetur demum ad unam hora prandeat non se grauando multo cibo et huiusmodi uomitiuo taliter utatur post assumptione pill. aut potus superius scriptorum per quattuor dies et sic continuet semel in ebdomada.

## Quarta intentio sic

perficitur. Recipe trociscorum alchechengi sine apio. ʒ. ii. zucari uio. ℥. ii. zucari. ro. ℥. i specierum triasandalorum sine camphora. ʒ. i. misce et cu syrupo uiolato reducatur totum ad formam electuarii de quo sumat ad quantitatem unius castanee ante prandium per tres horas et eo sic uti incipiat postqua assumpserit potum aut pillu. predictas per dies tres et taliter utatur tribus diebus in ebdomada diebus intermissis. Ite Recipe olei de mirto olei rosati anna. ℥. i. rasure eboris. ʒ. i. sandalorum rubeorum coralorum rubeoru anna. ℈. i. seminu coium frigidorum semis malue anna ℈. ii. cere albe parum et fiat unguentum molle cum quo ungat loca renu et partes penis et uirge. Item aque mellis lib. iiii. in quibus buliant florum sticados. ℥. i. prasii. m. i. cuscute. ℥. sem. carui anisorum anna. ʒ. ii. co

tundantur contundenda et incidantur Incidē da et buliant usq ad consumptionem medie/tatis postea coletur et colature addatur mellis quātum sufficit et fiat iulep longum summat ʒ.iiii.in aurora. Recipe pill.de yera Nicolai pill.aggregatiuarū anna.ʒ.sem.fiant pillule septem.

Bauerius de Baueriis.

# Pectabilis uir

Franciscus de Triachilis patit̄ stuporem in ambabus tibiis a suris usq ad pedis medietatem huic stupori coniungitur debilitas neruorum tibiarū quare non nisi magno cum labore potest rectus stare sed genu flexus minus laborat sunt iste dispositiōes antique iam sunt septem anni et ultra quibus ceperunt licet a quatuor ā is citra uise sint augmentari. Harum dipsositio/num causa imediata est mala complexio frigida et humida cum materia faciente opillatio/nem et prohibente debitum transitum spirituum sensitiuorum et motiuorum ad neruos et eadem mala complexio ipsos spiritus alterat a sua debita dispositione ad dispositionem nō conuenientem sensui neq motui ob quā causam he operationes in dictis ptibus sunt lese Dispositiones predicte note sunt ex quid nominis stupor et debilitas ne uorū causas cognoui ex signis essentialibus et sufficientibꝰ que breuitatis causa non refero. He dispositiones sunt graues et difficiles. nam neruorū egritudines non nisi forti medicina curantur ut refert Io. Mesue auctoritate Gal. in suo de appropriatis est etiam difficilior quoniam antique sunt preterea multum periculose. unde Auic. secūda tertii cap. de stupore. Et ois quidem stupor omnis membri cum perseuerat et sit fortis nunciat palesim aut spasmum ad/uenientem ei. Et parum infra. Et scias cū stupor perseuerat et non remouet ipsum euacuatio deinde succedit ei uertigo annunciat palesim. Et tertia primi summa octaua cap. i. Quando multus in toto corpore fuerit saltus regat̄ flegmatis euacuatio ne hoc habēs spasmum incidat et apoplesiam. Et similiter cum perdurauerit ut sensus sint turbidi et motio/num assit debilitas cum repletione. et parū infra. Cum membris multociens accidit ut sē/sus amittatur regatur cui hoc accidit cū eua/cuatione flegmatis ne ad paralesim perueniat Affirmat ipsum spectabilem uirum aliquādo quando est iuxta ignem caligas uehementer calere q uix sensus manus eam suffert caliditatem tunc uero tibie minime eā pticipant cal/liditatem qua propter magnum studium cum omni diligentia adhibendum est ne incideret aliquam egritudinem quas supra dicte dispositiones pronosticantur. Cura istius egritu/dinis potius dispositionū duo requirit instrumenta medicinalia dietam. s. et poticnem dieta cōsistit in debita administratione sex rerū non naturalium a quibus incipiam et primo ab aere et sibi annexis. Caueat ab aere frigi/do et humido et etiā multum frigido dato q esset siccus idem dicendum est de regione de ciuitate de camera. Sit igitur locus habitationis eius expositus plage orientali aut meridionali et sit calidus et siccus et sit camera a terra eleuata neq sit antiqua habens edificia neq testitudinales reuolutiōes lapidum sitq re/mota a cursibus aquarum et flatu uentorū p/cipue meridionalium sit aer clarus boni odoris calido et siccus q si naturaliter haberi nō possit talis fiat arte cum igne in camera incēso cum lignis iuniperi uel lauri uel sauine et similibꝰ odoriferis lignis sicut iuniperus rosmarinus et fiant suffumigationes cum laudano aut storace thure sandaraca uel granis iuniperi et similibus sit uestibus condecenter munitus et suffultus pellibus pro qualitate tēporum et caueat a frigore pedum omnino ti/biarum et capitis ita q secundum temporum uarietatem uariet birreta ita q caput a frigore munitum sit.

# De accidentibus animi.

Caueat ab ira tristicia furore et breuiter ab omnibus anime accidentibus uirtutem debilitantibus et distrahentibus ipsā a suis operationibus cōuenit letari gaudere de salute sua bene sperare et cum dilectis amicis uersari. Et quia coytus ad accidentia animi reducitur propter delectationem quam homo in eo percipit dico q ab eo caueat et non utatur nisi p longa interualla et tunc digestione comple/ta.

# De motu et quiete.

Exercitium omē forte nocet eo q nerui tibiarum sunt debiles et forti motu dissoluitur uirtus et redditur impotentior et exercitium omne post cibum factum est malum. conuenit cū cibatus fuerit leuis ambulatio faciens cibum ad stomaci fundum descendere et ante cibum fiat exercitium parum fortius adeo ut corpus calefiat et uene intumescant q si tibie per tale exercitium laxarentur multum dimittendū

esset exercitium brachiorum conuenit pedib; quiescentibus et tibiis. nam tale diuertit ab inferioribus ad superiora loco exercitii conferunt fricationes brachiorum stomaco ieiuno cum panno lineo calefacto et capitis pectinatio cum leui fricatione. Noceret etiã multa q̃es calorem naturalem ebetando sed quies sit tempore exercitii prohibiti et tunc cum quiescit caueat ne tibie sint multum procliues ne per talem situm humores ad inferiora declinent.

## De somno et uigilia.

Caueat a somno nimio et a somno super repletione non tamen nimis nocent superflue uigilie. Sitq; somnus de nocte et non de die. et primo super latus dextrum deinde super sinistrũ sitq; capite bene eleuato et corpore pãnis cõuenienter tecto sitq; septem aut octo horarum non minor sex neq; amplior octo horis nec prius incipiat dormire quam fluxerit hore due a fine cene. Si casus contingeret ne in nocte dormire possit dormiat in die ante prandium ꝙ si tunc dormire non possit dormiat post prãdium saltem per horam cum dimidia. Caueat insuper cum est in lecto a pluribus reuolutionibus modo ad unum latus modo ad aliud. nam talis motus est causa corruptionis cibi in stomaco et i corpore toto faciunt superfluitates augere dimittat insup resupine dormire ne superfluitates ad nucam defluant.

## De cibo et potu.

Nocent omnes cibi frigide et humide cõplexionis et difficilis digestionis aut mali nutrimenti quales sint tales cognoscetur per cibos qui concedentur. Cibus conueniens in qualitatibus suis debet esse calidus et siccus subtiliatiuus aperitiuus abstersiuus et mundificatiuus tales enim uirtutes et operationes necessarie sunt ut aduersentur lapsui qui frigidus est et humidus ut contrarientur materie que grossa est propter subtilitatem et ut uie reddãtur aperte que opillate sunt a materia uiscosa et quia materie partibus membrorum sunt affixe requirunt absterssionem et quia uie et canales in quibus dicte materie continentur sũt aperiende si materie euacuari debent. Et hoc quidem perficitur per uirtutem aperitiuam incisiuam et absterssiuam in quibus apparet nõ facile esse bene hunc uirum dietare. Vinũ sit colore album aut colore granatorum potẽtia pauciferum medium inter dulce et ponticum sitq; unius anni aut saltem sex mensium ꝙ si uinosum esset permisceatur cum aqua cisterne plus aut minus secundum uini potentiam laudabilius tamen est pauciferum quã uinosum ne opus sit tanta aqua permisceri. Si loco uini uteretur aqua mellis facta ex decem p̃tibus aque et una mellis dispumari dari et bulierit usq; ad consumptionem quarte partis aque et optime dispumatur et ultimo aromatizetur cum modico cinamomi optimum esset precipue a principio Nouembris usq; ad principium Martii. Panis sit ex farina optimi frumenti in quo nihil penitus sit lolii neq; sit ex toto a furfure munda sit bene coctus et debite fermentatus in cuius compositione sit modicum salis sitq; duorum aut trium d erum et non comedatur calidus quando a furno extrahitur sed sit iam infrigidatus. Ex carnibus cõueniunt perdices fasiani turtures turdi merule et aues parue degentes in nemoribus et nõ in paludibus. Et ex domesticis carnes caponum gallinarum iuuenum pullorum et pipionum uolare incipientium et precipue querentium extra domum. Ex quadrupedibus siluestribus conueniunt carnes caprioli leporis iuuenis cuniculi et apri iuuenis. Ex domesticis capreti castrati uituli et he carnes melius preparantur elixando cum radice apii aut feniculi uel sparagorum aut cum ciceribus rubeis ĩ sero tamen possunt assari aliquando. Dimittat horum animalium uiscera et pinguedinẽ cutes et cerebrum. Pisces non conueniũt nisi rarissimo usu et tũc sint parui squamosi capti in optimis aquis sicut in aq̃s dulcib; Capedani trute carpiones lucii in salsis ni'ie aurate passeres. Conceduntur oua sorbilia recẽtia aut tremula. Ex leguminibus cõuenit brodium cicerum rubeorum decoctorum cũ modico saluie et rorismarino milium panicum et ferculum ex spelta pilata factum. Herbe q̃bus uti potest sunt saluia feniculus caules petrosilus maiorana menta serpillus ros marinus cicorea. Si uero utitur blita aut spinacis non nisi cum predictis. Dimittat acrumina omnia ut cepe porri. Ex fructibus conceduntur passule amigdale et auellane parum prius torrefacte a ceteris abstineat siue cocte sint siue crude.

## De inanitione et repletione.

Omnis nimia repletio siue cibi aut potus nociua est qua propter a mensa surgat cũ reliquiis famis. et potus tantus sit ne cibus ĩ stomaco exundet si in quantitate cibi contigerit excedere et stomacus grauaretur aut stoma

mus repletus non bene digereret si uomitus non sit ei multum difficilis prouocetur sumēdo ciatum aque decoctionis rafani et florum aneti cū fuerit tepida aut sumat. ℥.ii.oximellis simplicis cum decoctione tepida rafani nā huiusmodi uomitus diuertit materiam et euacuat. Curet omni die habere uentris beneficium bis aut semel et si non potest naturaliter habere habeat arte cum clisteri ꝙ sic fit. Recipe malue florum camomille melliloti ana.m.i.cartami.℥.i.sem.fiat decoctio de qua accipiantur.℥.xv.quibus addantur cassie.℥.i.yera pig.ʒ.vi.olei.℥.iii.salis.ʒ.iii.et calidum stomaco ieiuno administretur uel fiat suppositorium ex melle et sale aut ex radice rafani infuse i aqua salita aut ante cibum sumat a.ʒ.se. usqꝫ ad.℈.ii.pill.elefanginarum.

# Regimen medicinale

quinqꝫ habet intentiones. Prima est materierum minoratio. Secūda est eiusdem digestio Tertia est ipsius erradicatio. Quarta est materierum diuersio. Quinta est male complexionis tibiarum et partium pedum remotio et ipsarum ptium confortatio. Prima intentio sic completur. Recipe agarici electi.ʒ.i.sem.salisgeme.ʒ.sem.zéze.℈.i.pulueris sticados ʒ.sem.hermodactilis.ʒ.i.anisorum.℈.ii.incidatur subtiliter agaricus et reliqua pistētur et infundant in.℥.iiii.aque saluie et.℥.i.cassie nouiter tracte cum.ʒ.vi.zucari ru. Et sic ad minus per octo horas maneant deinde calefiat fortiter ad ignem et coletur facta bona expressione et colatura calida exhibeatur per octo horas post finem cene precedentis sup quē potum potest per horam dormire cum acceperit deinde uigilet donec trāseant hore quinqꝫ ab hora sumptionis et tunc accipiat.℥.i. zucari rub.cum medio ciato brodii macri et inde ad horam comedat. Quod si pill.sibi essēt gratiores accipiat.℈.ii.pill. de sarcacolla modis et ordinibus iam dictis in minoratiuo in forma potabili.

## Secunda intentio.

Digeratur materia iuxta intentionem secundam hoc modo. Recipe syrupi desticados.℥.i.mellis rosati collati syrupi de duabus radicibus anna.℥.sem.aque saluie mellisse betonice anna.℥.i.iste est ꝑ una uice detur calidus in aurora super quem potest ad placitum dormire et continuet ipsum octo diebus aut tam diu donec digestio apparuerit in urina medico presenti qua apparente eradicetur materia iuxta tertiam intētionem que sic complet.

## Tertia intentio.

Recipe pill.de sarcacolla descriptione maiori Mesue in suo antidotario.ʒ.i. fiant pill. vii. aut accipiatur.ʒ.i.pill.cochiarum descriptione Rasis.ix.almansoris aut accipiat minoratiuum in prima intentione descriptum in aucta dosi agarici secundū ꝙ uisum fuerit presēti medico quodcūqꝫ istorum solutiuorū acceperit sumat modo et ordine qui dicti sunt i assumptione minoratiui prime intentionis. Et huiusmodi minoratiuum quodcūqꝫ fuerit sumat in die imediate sequenti post completam apparitionem digestionis materie. Si decreuerit ire ad balneū petrioli. Recipe gelemabim syrupi desticados anna.℥.sem.syrupi. de bizancis.ʒ.vi.aquarum absinthii aque feniculi aque lupullorum anna.℥.i.misce iste est syrupus pro una uice. istum syrupum accipiat calidum in aurora et taliter continuet per dies sex aut octo et eo sic uti incipiat in fine mēsis Augusti. Recipe pill.de yera composita siue Nicolai.ʒ.sem.pill.de sarcacolla de scriptione mesue.℈.i.misce et fiant pill.v.istas pill. sumat per horas.ix.post finem cene imediate precedentis in die sequenti imediate ad diē cōplete sumptionis supra dictorum syruporum super quas potest cum ceperit per horam dormire deinde uigilet donec transeant hore.v. ab hora assumptionis suprascriptarum pill. et tunc accipiat.℥.sem.zucari ru.in.℥.vi.aq ordei calide et inde ad horam prandeat.

## Quarta intentio.

Diuertatur materia cum aliquo uomitiuo ut supra scripto cum clisterio uel faciendo fricationes ad brachia et ad spatulas etc.

## Quinta intentio.

Variis completur instrumentis ab intus et ab extra administratis ab intus recipiat quando uadit dormitum.ʒ.ii.diacori aut tantūdē acori conditi cōfert etiam sumere.ʒ.i.tiriace aut metridati post finem cene ad octo horas deinde stare septem horas antequā comedat. Pōt etiam sumere.ʒ.ii.sem.talis electuarii p tres horas aut quatuor ante prandium Recipe specierum diambre specierum diamusci dulcis. anna.℈.ii.specierum diagalange.ʒ.i.zucari albi quantum sufficit et cum aqua acori fiat electuarium istorum confortatiuum summat modo unum modo aliud.ab extra uero sic fiat.Recipe lixiuii panni locii quantum sufficit

pro lotione pedum et tibiarum in quo prius buliant saluie radicum radici urtice foliorū lauri et lotio fiat stomaco ieiuno. Et ipsum facere incipiat per duos dies postquā sumpserit medicinā erradicatiuā et tam faciat semel in die et ipsam continuet per dies quinq3 . cūq3 lotus fuerit inungat ptes debiles post earum exsiccationem cū infrascripto medicamine. Recipe olei de costo olei de yreos anna. ʒ. ss. storacis sicce laudani anna. ʒ. i. cere rubee parum et fiat unguentum molle quo ungat cū manu calida. deinde supponatur lana succida leuiter carpinata postea utatur alio medicamine q̄ sic fit. Recipe bretonice uel florū sticados arabici saluie serpili maiorane ana. m. i. acori radicum yreos anna. ʒ. ii. carui aniso rum sisileos anna. ʒ. i. pistentur pistanda et incidantur incideda et buliāt in uino albo mediocris fortitudinis deinde supponantur tibie et pedes fumo predictarum rerum ipsis superius stantibus copertis et stufentur q̄ s. uinū infrigidatur nimis cito habeantur lapides fluuiales igniti et ponantur in dicto uino et recipiatur fumus ut dictum est. Cūq3 sic fecerit per sextam ptem unius hore exsiccentur tibie et pedes cum panniculo calido deinde ungat cum infrascripto unguento manu calidā. Recipe dialtee marciaton unguenti agrippe anna. ʒ. sem. postea supponat lana succida carpinata hmōi stufa cum uncione fiat ante cenā et eam teneat taliter per totam noctem de mane uero quando surgit lauet cum uino decoctionis supra dictarum rerū postea calceis duplicatis calcietur ita ut ad pedes neq3 ad tibias frigus suscipiat. Et hmōi medicamine taliter continuet per decem dies in fine quorū si nō fuerit curatus redeat ad syrupos post quos fiat erradicatiuū et faciat reliquā secundum q̄ hic sunt descripta. Laudo etiam pro hac intētione balneum sulfureū cuiusmodi est balneum petrioli et sancti philippi comitatus senarum nam stare cum pedibus et tibiis in predictis balneis esset prestantis iuuamenti tempus eundi est ad finem Aprilis uel ad finem Augusti corpore prius purgato ut scriptum est.

¶ Bauerius de Baueriis.

Nonnullis dictum est nobilem uirum dominum Franciscum esse leprosū quod an uerum falsum ue sit declarabitur. Si primo signa generis lepre tam incipiētis quā procedentis ab illustribus doctoribus posita per curamus deinde ut clarius fiat quod queritur signa cuiusq3 speciei subiungemus. Incipiam igitur a signis generis lepre incipientis que ab Auic. ponuntur tertia primi tractatu. iii. c. i. Quando incipit lepra incipit fieri color rubeus tendens ad nigredinem. quia a principio non est facta multa adustio. Et iō sanguis non est a sua natura multū permutatus cum eo tamen sunt uapores nigri ab humoribus qui aduruntur resoluti. et etiam aliquę ptes aduste ppter quā causam sanguis ad nigredinem uergit. cum autem color corporis fiat ex colore spermaticorum membrorum et sanguinis sumēdo sanguinem pro massa seminali resultat color rubeus propter sanguis intentionem tendens ad nigrediné ppter causam assignatam representatur autem talis color magis in facie quam in aliis membris propter multitudinem uenarum in facie existentium et subtilitatem cutis et eius raritatem. Auerroys addidit cū tali colore est aliqualis inflatio in facie. Et Gulielmus de placentia lib. iii. sue pratice cap. ix. Dixit hec egritudines grossum siue algale et safati uidelicet rubedo faciei cū pustulis humidis uel siccis male sūt et timende quia in eis semper peccat materia salsa uel melencolica adusta et per modum et naturam eorum dant significationes ad leprā et sunt egritudines preambule ad futuram lepram. Secundum signum apparet in oculis obfuscacio ad rubedinem declinis. Et hoc propter causam supra assignatam quoniam sanguis caliditate urente in principio incenditur cui uapores adusti permiscentur et talis i oculis color representatur. Tertium et apparet ī anhelitū strictura. Et hoc ppter caligines narium que exsiccantur et motui fiunt inobedientes. nam incendium additur et durities et repletio materierum grossarum. s. adustarum unde anhelitus strictura contingit. Quartū et in uoce raucedo causa nocumenti pulmonis nam propter fumos adustos canna pulmonis exasperatur huic signo addidit Auerroys colliget quarto uocis grossitiem. Quintum multitudo in sternutatione. Et propter uapores caput petentes et miringas cerebri eorum acuitate irritantes. Sextum et apparet in naso galmeni idest dispositio qua homo uidetur loqui per nares fit enim strictura narium ex siccitate melenconica illic expulsa uel cāta et forte sse fit. s. strictura et casam. i. in caruunculis que assimilantur pepillis et fortasse fit strictura et cassamu. i. uicium in naribus quasi uelit dicere q̄ in lepra multiplex uicium i naribus potest accidere scilicet ex polipo ex uerruca in na

ribus orta etc. Septimum et incipiunt capilli
in subtilitatem et paucitatem peruenire nam
multi cadunt ex corrosione in radicibus capil
lorum ab humore malo et pauci renascuntur
propter paucitatem boni fumi conuertendi in
capillos qui renascuntur sunt subtiles graci/
les propter stricturam pororum que fit a sic/
citate humoris melenconici lepram facientis.
hoc tamen signum poni potest potius lepre p̄
cedentis quā inicianus. Octauum apparet ue
ne in corpore et parte faciei. Ratio est quoni/
am est incendium in partibus et propter illud
mouentur materie ad illas partes unde replē/
tur uene tali sanguine nigro grosso quem mē
bra renuunt pro nutrimento. Nonum et est
odor corporis et proprie in sudore et odor an
helitus ad fetorem decliuis. et hoc est propter
corruptionem humorum et derelictionem ali
quarum partium a regimine nature et debili/
tatem caloris naturalis. Decimum apparent
mores melenconici mali et dolosi qualis sunt
qui apparet in melenconicis. nam melanco/
nia sic disponit et tanto magis quanto est ma
gis extraneata. et preter naturā. Et precipue
si adest essumatio ut hic. Vndecimum. Et mul
tiplicantur in somno quasi somnia melenco/
nica propter causas dictas. Duodecimum et
sentit in somno quasi super corpus suum gra
uedinem maximam. Nam in ipsis uirtus est
debilis et humores grossi graues et terrestres.
et eorum multitudo in amoitu totius et preci/
pue circa spiritualia et extrema. Istis signis ad
ducit quidam ꝙ apparet macule ad liuidinem
tendentes que ī corpore sepe apparent sed pa
rum morantur et recedunt et adducit in cor/
pore accidere empetigines magnas et morfe/
am nigram non multi dicit de quorum nume
ro est Gilibertus anglicus libro septimo sue
practice ꝙ lepre signum primum est insensi/
bilitas mansiua intrinsecus ueniens et maxi
me extremorum digitorum tam pedum quam
manuum. s. minimi et sibi proximi et muscu
li extremi a parte digiti minoris usq̧ ad cubi
tum. et quandoq̧ ad humerum et pedum simi
liter usq̧ ad genu et quandoq̧ supra et addit
infrigidatio in omnibus predictis locis sig/
num est et quandoq̧ maior quam in aliis. Et
hec infrigidatio quandoq̧ inuenitur sine cau
sa manifesta exteriore ita ut sit quibusdā ual/
de mansiua ꝙ si accesserit causa exterior in/
frigidans de leuissimo frigent loca dicta ita ut
sepe a leuibus casibus infrigidātibus fiat ibi
fortis insensibilitas et formicatio in fronte pa
lato lingua genis et palpebris prio quasi for/
micarum postea quasi punctura acuum. ulti/
mo quasi punctura armorum maiorum Guli
elmus de plascētia libro tertio capitulo. xxii.
sue practice dixit signa cōmunia in lepra sūt
pruritus membrorum cum scabiosa dispositi
one et siti et ardore uehementi et asperitate to
tius corporis. Signum lepre procedentis si
ue ad augmentum euntis. primum est sparsio
in capillis et diuisio et minutio in eis et casus
diuisio fit in leprosis propter materie consum
ptionem continuantis pilum eo modo quo ui
demus in fine Octobris spargi et cadere fo/
lia ab arboribus carentia nutrimento hoc ma
gis facie et capiti contingit quā ceteris parti/
bus propter plures fumos in ipsum recipi q̄
in aliis partibus. Secundum quandoq̧ dislo
catur capillorum locus ꝙ nihil aliud est nisi
infixio pillorum in poris absq̧ materia con
tinuante eos nam leui fricatione cadunt. Ter
tium et scindunt ungues ex nimia adustione
et siccitate et terrestitate sicut in terra euenit q̄
primo fuerat humida si forti caliditate exsic/
catur scinditur. Quartum incipit forma fieri
feda. et facies fit horribilis propter organa et
instrumenta faciei que permutantur aut ad a/
spectum leonis aut ad modum tyri ut de spe/
cie una lepre uidebitur. Et color denigratur
scilicet corporis color corporis ut secundo te
gni patet resultat ex colore membrorum sper
maticorum que albedini attinent et ex colore
materie que per uenas delegatur. cum igitur
talis materia fit nigra quia adusta denigratur
color forma fit horribilis siue per formam in
telligas colorem siue intelligas totius habitu/
dinem. nam talis forma fit horribilis a mala
complexione corrumpente. Quintum et inci
pit sanguis congelari in iuncturis et putresit
Et hoc propter caloris naturalis debilitatem
quem acquisiuit per uiam adustionis et putre
f. et quia a regimine nature destitutus. Sextū
additur difficultas et constrictio anhelitus co
nec peruenit ad difficultatem uehementem et
dispnam magnam. Causa est necessitas aucta
et instrumenti scilicet pectoris inobedientia
et debilitas uirtutis cōsequentis maliciam cō/
plexionis. Septimum et peruenit uox in fine
raucedinis. Huius rei causa superius appa/
ruit. Octauum ingrossantur labia et denigrā
tur quod accidit a materia recte ad ipsa labia
mota et ex facilitate qua in ipsa labia imbibi/
tur. nam labia satis rara sunt ex suo modo cō
positionis iuuat ad hoc multitudo uenarum
ad ipsorum compositionem uenientium ut in
anothomia uidetur. Ex qua apparet quare de
nigrantur nam materia que imbibitur est ni/
gra quia adusta unde labia ex sui presentia de

nigrantur. Nonum et apparet super corpus additio glandosa similis animali quod grece nominatur sathos est animal quoddam quod sub urceis aquarum reperitur et rotundatur. cum tangitur et fit durũ in corporibus leprosorum sub cute fiũt quedam tuberositates rotunde dure ad tactum ex melanconia que sua qualitate coagulatur. Decimum deinde incipit corpus ulcerari quoniam lepra ē non quieta. Vlceratur autem propter maliciam auctã. hec autem est adustio modi specie lepre in processu fit ulceratio maior tam in una specie q̃ in alia sicut in signis specierum apparebit. Vndecimum et corroditur cartilago nasi. Et hoc propter materias adustas que ad nasi cartilaginem descendunt aut corroduntur membra carnosa cum quibus nasi cartilagines cõtinuantur. Duodecimum deinde cadit nasus et eius extremitates et fit uirus fetens. Causa satis intelligi potest per ea que dicta sunt in signo precedenti uirus fetens potest ex naso currere et ex aliis etiam partibus ulceratis eo ꝙ materia que est lepre causa corruptissima ē Tredecimum et reddit uox ad occultationem et hoc est propter debilitatem uirtutis et corruptionem organorum uocis confirmata. Decimumquartum et tunc iam non remanēt pili. Et hoc quidem accidit propter ultimatam consumptionem materie cum quibus continuantur pili cutis. Decimumquintum et denigratur color ualde quod quidem contingit ex ultimata adustione. Decimumsextum et pulsus quidem leprosi est debilis propter debilitatem uirtutis et paucitatem necessitatis cum egritudo sit frigida et tarda non uelox propter debilitatem frigoris et fit necessaria spissitudo cum non sit uelocitas nec magnitudo. Hoc quod de pulsu dicitur maxime in processu uerificatur quando uirtus est multum debilitata et calor naturalis paucificatus et humidum radicale consumptum est materia terrestrificata et infrigidata nã calor naturalis suffocatur et subcumbit propter nimiã materiã melenconicam multiplicatam et non ē uelox scilicet pulsus propter debilitatē frigoris hoc est propter debilitatem frigiditatis causatam. Est in leprosis multiplex frigiditas nam i eis est frigiditas propter paucitatem caloris naturalis et propter frigiditatem melenconie p totum corpus sparse. et frigiditas propter oppillationem et impotentiam expansionis spiritus et uirtutis ad ambitum totius quando igitur ad tantam uenerit debilitatem uirtus non solum est impotens ad magnificandum pulsum sed etiam ad uelocitandum et licet multũ sit diminuta necessitas non tamen tantum q̃ opus sit impulsu frequentia et istud contingit propter uirtutis debilitatem et instrumentorum inobedientiam. Et Auerroys quarto colliget dixit ꝙ rotunditas oculorum est signum maximũ denotans lepram urina est semp alba uel ad albedinē decliuis cum quadã liuiditate et est in substantia tenuis propter siccitatem et semper apparet in ea cõtenta ad modũ farine non ad plenum molitis uel ad modum arene et si agitetur rauce sonat sicut urina eticorum et est multum fetida. Satis de signis generis dictum est restat perquirere de signis specierum. Species autem lepre sunt quatuor secundum quod quatuor sunt humores ex q̃ bus cõtingit generari causam cõiunctã lepre nam cuiuslibet lepre causa coniuncta est colera adusta putrefacta. et non intelligo putrefactionem sicut in febre sed putrefactionē que est extraneatio calidi et humidi sicut est in corporibus siccis et in stercoribus cum igitur ex qualibet specie quatuor humorum possit aliquis talis sic putrere sequitur ꝙ quadruplex erit causa lepre coniuncta differens specie ad modum loquendi medicorum. quarum una q̃ est de sanguine appellatur alopicia que de flegmate tyria de colera leonina sed melenconica dicitur alefangina et hec fuit uiatici sententia libro. vii. sue practice cap. de lepra ubi sic dixit. Lepra ē passio accedens a colera nigra incēsa et putrefacta apparēs i supficie corporis et nascens ex quatuor humoribus. Sed tamē incēsis et corruptis et in colerã nigram mutatis est autē quadruplex uel ē de corruptione sanguinis et uocat allopitia altera de colera rubea. et dicitur leonina alia de colera nigra et appellatur alefangia. Quarta de flegmate dicēda tyria. et hec ē ysaac sniã et hãc uiam sequit Gilber. anglicus et Guliel. de placētia et plures alii. uidet tamē q̃cũqꝫ ex pdictis spēbus i duas spēs quarũ una fit ex quouis dictorũ hũorũ p adustionē et alia ē melancolia fcã p cõgelationē. attamē qa lepra p uiã cõgelatiõis raro cõtīgit et si aliquãdo accidat nõ ē fortiũ accidētiũ iõ multi auctores de tali lepra nihil ex pßerũt sed solũ de fcã p uiã adustionis. et hãc etiã nõ ex pßerũt de omnibus spēbus imo serapio. v. breuiarii dixit. Leprã generari a superfluitate colere nigre. et ista duplex existit una cõsurgēs ex colere citrine adustione et alia ex caliditate scilicet adustione que humoris melenconici et aliabas. octauo theori. dixit duas esse species eius. Vna que fit ex colera nigra quam sanguis diximus esse fecem et purgamentum. Et altera

que est ex colera nigra ex colere rubee adustione generata. Auic. insequens Serapionem et aliabatem posuit tres species eius sicut tres sunt posite inter ambos illos. s. que facta e ex colera adusta et q facta est ex melancolia adusta et que facta est ex fece sanguinis de melancolia facta ex adustione flegmatis aut sanguinis multi non expresserunt quia raro sanguis et raro flegma per adustionem deducitur ut fiant materia lepre. Et si ad hoc deducuntur non sunt seniorum accidentium. unde Auic. cap. supra allegato. Facta ex melancolia colere est magis feda et pluris nocumenti et difficiliorum accidentium et uehementius adurens et ulcerans sed est susceptibilior curationis et facta ex fece sanguinis est uehementior et quietior et non ulcerat et facta ex melancolia adusta similatur colerice in suis accidentibus licet est tardius suscipiens curationem. Istis itaq dimissis ueniendum est ad ponendum signa cuiusq speciei. et quod queritur manifestius fiat. Leonine signa sunt primum oculi rubescunt tumescunt et rotundi fiunt in quibus apparet eminentia uenarum sanguinis colerici abundantia cum quo quedam apparet citrinitas. Secundum color uergit ad citrinitatem et fuscedinem. Tertium corpus totum est magis gracile precipue in extremitatibus. Quartum exsiccatur magis pectus et stringitur. Quintum fixure maxime in membris extremis fiunt plures et maiores et citius euenientes. Sextum corrosio properat ad gingiuas. Septimum urina est coloratior. Octauum sanguis qui in flebotomia egreditur est subtilior. Nonum dislocatio i iuncturis accelerat. Decimum totius corporis ulceratio. Vnddecimu hec species citius omnibus aliis augmentum suscipit. Duodecimum fiunt magis solito clamosi iracundiores et uenenosi magis et apparet serpigines empetigines morfea nigra uel crocea. Signa alefangie sunt coloris totius corporis nigredo intensa magis qua in aliis speciebus. Poderositas corporis maior. Tarditas fixure et ulcerationis respectu leonine. Gracilitas amplior. Vrina pauca et ad fuscedinem quandam declinans. Et sanguinis in flebotomia egressi grossities maior. Et condensatior uelocior. et ad augmentum non propat maior et crebior partium insensibilitas cum stupore qua in reliquis. Copia scrofularu et glandium. semper fere sunt subtristes. Cum sanguis lauatur in lauatura apparet quasi quedam ueniule. Signa alopicie sunt color corporis uergens ad rubedinem magis facies magis rubicunda. et depilatio magna. palpebre ingrossantur et inuersantur. urina magis rubet. etiam sanguis in flebotomia egrediés cito inspissatur. et corpus non apparet arridu sicut in leonina et elefantia. difficultas odoratus. a gingiuis educitur sanies et ex leui scalpatióe ab ipsis et naso effluit sanguis. corpus et facies quoniam rubeis maculis et pustulis diffunditur. cutis et caro mollis et quasi semper sub lucida et aliqua unctuositate perlinita. Signa tyrie sunt multiplicatio nodoru et glandularum et tuberositatum in corpore. color corporis ab albedine trahit ad fuscedinem. corpus totum remanet humidum minus qua in aliis speciebus exsiccatum. oculi i illa specie magis qua in aliis lacrimant. fit pilorum casus cum fissuris et impetiginibus. Vrina grossior et albior. et sanguis peregrediens liquidior et dissolubilior. fecus facies tumescit a qua cortices eleuantur. extremitates. s. manuum et pedum tumescunt scinduntur et cadut ungues. excretaiones et emunctionés plures qua in ceteris speciebus et quádo aliquae ptes scalpuntur excutiuntur ueluti farina et furfures. Cu igitur signa generis lepre et suarum specieru posita sunt superest uidere si in hoc nobili uiro supra dicta signa inueniutur quod si non reperiuntur liquet hunc uiru nó esse leprosum. Incipiamus igitur discurrere primu signu non apparet nam in illo non est color rubeus ut liquet nec palpebraru inflatio nec gossoni uel assafati. de secundo signo posset quis dubitari quoniá oculi sunt rubei sed hoc signum é cóe ad lepram et corrizam et illud ista declarabo. In pectore nulla é strictura q est signum tertium nec quartum ut notum est minus uerificatur quintum. De sexto uidetur dubitatio quaquá non sit nam ut declaraturus sum a materia a cerebro fluente fit aliquando in extremitate nasi opillatio et tunc uidetur cum naribus loqui est igitur signum cóe ad lepram et corrizam. Septimu non apparet aliquo modo nec octauu nec nonu nec decimu i somnio rarissime sommat et somnia facilia quod erat undecimu signu nec grauedine sentit dum dormit q erat duodecimum nec macule apparent nec impetigines nec morfea ut aliqui posuerunt esse signum nullá habet ptem insensibilem que sentire debeat. Si extrema in eo facile infrigidantur illud est sibi quasi ut affirmat cónaturale pariter etiam ex paruo labore calefiunt hoc é propter raritatem texture ipsorum et est signum nó proprium lepre nullam penitus sentit formicationem in fronte aut palato in lingua et genis etcc. Non habet pruritum

et precipue mansiuum qualis est qui lepram precedit aut secum coniungitur nec est scabies nec sitis nec corporis asperitas. Videndū restat si in hoc uiro sunt signa pcedentis post quā signa absoluimus ipsius incipientis. Primum fuit sparsio in capillis et casus eorū qđ minime est in hoc uiro nec dislocātur loca capillorum ꝙ fuit. secundū nec unguibus apparet scissura ꝙ fuit tertium. quartū fuit ꝙ forā incipit fieri fetida etc. ꝙ minime apparet i uiro isto ꝙ si in oculis color uidetur mutatus ē propter causam dictam et infra declarandam ꝙ non cōge'etur in iuncturis sanguis nec putrescat satis liquet quod erat signum quintum nec sextum uerificatur. s. additio contritiōis anhelitus non prouenit uox ad raucedīnē nedum ad finem eius quod fuit. septimū signū nec octauum. s. labiorū ingrossatio nulla glādosa additio apparet in corpore suo ꝙ fuit. nonum nec etiam decimum ꝙ fuit corporis ulceratio non est cartilaginis nasi corrosio ut liquet ꝙ erat. xi. nec cadit nasus aut extremitates aut egreditur uirus fetens ꝙ fuit. xii. xiii. uero ꝙ fuit uox redibat ad occultationē minime est. minime uerificatur. xiiii. ꝙ fuit ꝙ iam non remanent pili. xv. uero fuit ꝙ color denigratur ualde. et hoc non inuenitur. Nam color eius est ut erat antequam suspicio esset istius egritudinis nec attestatur pulsus huic lepre ut facile apparebit tangentis et contrarianti qles sint differētie pulsus leprosi ꝙ fuit. xvi. signum nec oculi in istud retundantur quod apud Aueroym est potissimum signum. urina eius uarii est coloris et modi substantie secundum ꝙ contingit meliorem aut deteriorem in eo fieri digestionem et notum erit uolenti contrariari. Si quis tamen proterue dicta sua defendere uellet et hunc asseuerare leprosum esse diceret. ꝙ et si multa ex istis signis non uerificērur aliqua tamen apparēt. ut ex omni parte eorum dicta refellantur. Descendamus ad experimenta que a nostris doctoribus ponuntur. Primum est ut patiens exuatur si inuenerimus cutem asperam et aspergamus aquam frigidam si ei non adheret nisi sicut foret corpus untum tunc est leprosum Nam cutis in isto aspera non est et ideo non uerificatur experimentum in quibusdam nō leprosis uidi sepe aquam corpori non adherere quod contingit propter fumos quosdā unctuosos aut superfluitates. quarto digestionis que fit in membris que ad cutem expelluntur que cum unctuose sint et cuti inhereant prohibent aquam figi in sanguine uolui experiri. nam eo per flebotomiam extracto et ipso coagulato accepi partem sanguinis superiorem cui super posui sal tritum et statim liquefactū est. nam si super partem coagulatam poneretur in homine non leproso non dissolueretur non apparet sanguis unctuosus. Item sanguis in planta manus fricatus nō sentitur arenosus ad odorem non apparet fetidus descendit sanguis super aquam claram proiectus tardat sanguis post flebotomiam antequā coaguletur. hec experimenta fere omnia habentur a Gilberto anglico collecta que in illo per me experta non uerificantur Gulielmus de plasentia in lib. et cap. superius allegatis posuit signum ꝙ dixit nunquā fallere cū cuius uerba hec sunt et certissimum signum ꝙ nunq̄ fallit est. Quod si medicus quādo dubius fuerit de lepra aspexerit in os leprosi et presserit suis digitis linguam et uiderit circa radicem lingue. i. uue et in palato scissuras et pustulas ustas albas rubeas et citrinas que contingūt ex fumo eleuato a materia que aduritur. unde cum reuerberatur talis fumus horribilis i loco cum ascendit ad caput et non resoluitur immo inficit loca illa secundū ꝙ est. Significat uniuersalem adustionē in materia totius corporis et significat hoc uere lepram. cum igitur diligenti facta inspectiōe minime tales pustule appareant certe concludendum est hunc nobilem uirum non esse leprosum cum nec signa nec experimenta hoc attestentur ut uis minime nec breuitatis causa expedit ut procuramus signa specierum lepre. nam si non est leprosus ut per dicta constat non est in aliqua specie lepre reponendus et ideo superuacuū esset querere in eo signa specierū lepre relinquitur igitur tanq̄ hoc probatū et rationibus et experimentis demonstratū. Declaretur deinceps dispositio ipsius uiri pro cuius noticia sciendum ꝙ iste uir nobilis catarrum patitur sed catarrus tribus modis accipitur. uno modo large pro quocūq; defluxu humiditatum a ptibus superioribus. precipue tamen a capite ad ptes inferiores quicūq; fuerint et tunc grece dicitur roys ꝙ latine est fluxus et sic sumitur ab Auic. secūda primi cap. de morbis cōpositis. Secundo mō minus cōiter pro quocūq; defluxu humiditatū a cerebro ad ptes sibi suppositas siue ps illa sit stomacus siue pectus siue epiglotis siue fauces siue nares et ita de reliquis et isto mō sumit̃ cū diximus fluxus catarralis aut tussis catarralis. Tertio modo stricte accipitur magis proprie pro descēsu hūorū ad pulmonē tātū et hoc mō itelligit̃ cū absolute pfert̃ et dixit mesue ꝙ idē est grece fluo ꝙ latine reuma seu reumatismus

dicitur catarrus enim a cado nam cum humiditates cadunt uel ruunt ad pectus uel pulmonem catarrus dicuntur. et hoc modo tertio sūptus distinguitur contra corrizam et brancū Est enim corriza fluxus humiditatum a cerebro ad ossa narium. unde illa materia que descendit ad nares uocatur chachareri et est coriza et ex istis patet ꝙ catarrus proprie ē accidens quoniam est exiens mutatum ꝙ sequitur immediate ad egritudinem cerebri. potest etiam esse causa morbi quoniam complexionem alteraret uel uiam opillaret aut continuitatem solueret potest etiam dici morbus ī numero queadmodum lapis ī uesica aut uermis et hoc esset quoniam materia ipsa prohiberet imediate certam operationem fieri uel pulmonis dilatationem aut constrictionem. Ad propositum nostrum iste uir patitur catarrum. secundo modo sumptum qui proprie dicitur coriza. nā est mereri fluxus ad ptes nasi et huius catarri causa intrinseca materialis est duplex. una est humiditas in cerebro congesta per uiam indigestionis nutrimenti ad ipsum dilati cuius superfluitas indigesta in ipso remanet et multiplicatur. Alia est humor siue uapor ascendens ad cerebrum ex corpore toto aut ex stomaco uel ex alio siue aliis mēbris quare humor postea in eo remanens descēdit uapor uero ad cerebrum ascendens non resolutus frigiditate cerebri cōdensat. et in aque naturam conuertitur. unde Galie. v. de accidenti et morbo. Accidit catarrus cerebro ex defectu uirtutis digestiue ipsius sicut accidit homoceria stomaco ex defectu sue digestiōis congeritur humiditas in cerebro ex indigestione alimenti ad ipsum delegati. Causa uero lesionis digestionis cerebri aut est malicia cōplexionis cerebri pura uel cum materia. Vt plurimum tamen est mala complexio frigida et humida. quare Aueroys tertio colliget dixit uirtutis digestiue operatio in cerebro. aut diminuitur aut corrumpitur et ad hoc prouenit fluxus uel casus superfluitatum non coctarum ex cerebro ad nares et palatum et uocatur hoc accidens nassa. i. catarrus sed quia alimentum cerebri est frigidum et humidū erit illa superfluitas ex eo congesta frigida et humida. Causa ascensus humorum ad cerebrū est uirtus expulsiua membrorum inferiorū expellens humorem ad ipsum aut est tractus ui doloris aut caloris capitis attrahentis ascēdunt uapores ad cerebrum ipsum eo ꝙ cerebrum ī corpore est sicut media regio aeris ad quam delati uapores aquosi ad propriam naturam reuersi in pluuiam conuertuntur similiter uapores ex corpore delati ad cerebrū nisi resoluti fuerint in ipso refrigerantur et ad naturam reducuntur aquosam. Auic. v. tertii cap. de coriza de utraqꝫ causa dixit Cerebrū quod frigidum est et non digerit illud ꝙ prouenit ad ipsum ex nutrimento et non resoluitur ꝙ ad ipsum ascendit ex uaporibus. Conuertuntur ergo superfluitates nutrimenti inferius. i. inferius descendunt quia inspissantur frigiditatis cerebri et sua grauitate inferius fluunt. Et apponuntur uapores in aquam naturam conuersi sicut conuertitur in alembico illud quod ascendit ad ipsum ex cucurbita quare assidui sunt in ipso fluxus. Causa extrinseca est aut a sole caput calefaciēte aut ex uento calido uel ex olfatu medicinarum calidarum sicut musci croci et aliorum etc. Aut medicine calide cataplasmate uel aliter capitis applicate uel est frigiditas extrinsecus ueniens ex aere frigido aut uento septētrionali et precipue cum caput discooperitur scilicet ad aerem frigidum et uentum frigidum et precipue hora que rarificātur porri cerebri ex balneo exercitio ira aut cogitatione aut aliis ut locutione multa. Multa repletione coitus plurimus et comestione rerum in capite euaporā tium superfluus somnus et pariter superfiue uigilie omnes iste cause facile haberi possunt ab Auic. loco supra allegato. Sciendum tamē est ꝙ humor ad caput expulsus seu ex uaporibus ad ipsum eleuatus in capite genitus est acuitatem participans quare cum miscetur cum humore in capite per indigestionē multiplicato resultat humor habens salsuginē quādam. unde iste catarrus siue coriza est hūor salsuginē habens. est autem catarrus iste aliquando subtilis ut plurimū tamen grossus.

Signa sunt rubedo oculorum mordicatio eius ꝙ currit rubedo tamen est remissa et similiter mordicatio propter materiā flegmaticā obtundentē humorē acutum apparet etiā eminentia aliqua duorum superciliorum et opillatio in foramine quod est in osse fixo in naso. unde non odorat bene et loquitur ac si per nares loqueretur interdū secundum ꝙ opillatio fuerit maior aut minor in loco dicto. Et hec omnia contingūt ratione flegmatis ad ea loca currentis apparet ēt fluxus lacrimarū cū tanta est materie abundantia qui p foramina que ab angulis oculorū ad ipsum nasum materia ad oculos uenit hec signa faciliter colligunē ab Auic. et serap. hec dispō uerenda est. nam catarrus multarū malarum dispositionum potest esse causa ut ostendit Auic. v. tertii capi. proprio.

## Cura istius dispositio

nis duobus perficitur instrumentis dieta sci licet et potione. Dieta consistit i debita admi nistratione sex rerum non naturalium. et pri mo ab aere incipiamus. Fugiat aerem frigi dum et etiam multum calidum et aerem turbi dum nebulosum et uentosum precipue flante austro aut borea et similiter aerem humidum et uaporosum et habenté odorem malum eli gat sibi aerem clarum declinanté ad calidita tem quandam aut ad tempamentum in quali tatibus actiuis. in passiuis uero ad quandam siccitatem paruam tamen sitq; boni odoris et euentatus locus habitationis sit a terra eleua tus non propinquus cursibus aquarum nec cloacis sit expositus orienti. teneat caput et re liquum corpus munitum a frigore ita φ pau citate pannorum ab eo non ledatur nec multi tudine sudet quare uariande sunt uestes et bir reta secūdū temporum uarietatem igni uero non multum propinquet nec ipsum aspiciat. sed si opus fuerit ad ipsum appropiquare ter gum uoluat et a fumo et puluere caueat.

## De accidentibus ani

mi. Nocet sibi furor ira tristicia sollicitudo desperatio. sed conueniunt paciētia letari gau dere bene sperare cum amicis et dilectis con uersari et a frequenti coytu cauere tanquā a re multum nocenti usus eius sit rarus tamen completa digestione in stomaco et epate inter dum conuenit.

## De somno et uigilia

Somnus sit de nocte non de die sitq; primo super latere dextro deinde super sinistro capi te bene eleuato corpore pannis conuenienter tecto non maioris quantitatis horarum septē nec minoris sex nec prius incipiat dormire q̄ transeant hore due a fine cene. Et licet som nus superfluus noceat non minus tamen su perflue uigilie. nam caput replent et spiritus resoluunt pria tertii cap. de pilentia et de cor ruptione memorie.

## De motu et quiete

Conuenit exercitium totius corporis mode ratum stomaco ieiuno factū pulsis primo su perfluitatibus prime et secunde digestionis et conuenit capitis leuis pectinatio uel eius cū pannis leuis fricatio et maxime post exercitiū inferiorum ptium φ multum in casu isto con fert. Conuenit balneum antequā catarrus ad inferiora discurrat. unde Auic. v. tertii. Qui consuetus est pati catarrum quandoq; prohi bet aduentum catarri sui subitus introitus in balneum ad sudandum aut pro. i. ante aduen tum catarri. Et sic uoluit Auic. φ balneū con ueniat in preseruatiōe a catarro insolitis ipm pati confert quies precipue post cibū sicut no cet ea hora omē forte exercitiū tam totius cor poris quā capitis haly dixit corrizam pacien tes. s. et catarrum cibos ad caput euaporātes fugiant ut nuces caseū uetere lac caprinū cru cam et similia. Et aueroys supsedeat. Et Aui. dixit minoret potum aque frigide congelate.

## De cibo et potu.

Cōuenit panis ex farina boni frumenti a qua sursur sit excus sum competenť coctus et debite fermentatus duorū aut trium dierū sed non prius comeda tur quā caloré qué ex furno contraxit depo nat uina potentia dulcia grossa oia sunt mala et similiter subtilia acuta. Cōuenit uinū par uum colore albū aut parū rubeū siue habens colore uini granato: ū quod nō sit fumosum nec dulce nec multū ponticū sitq; in substan tia clarum et boni odoris φ si indiget permi ssione cum aqua misceatur cum aqua cisterne aut aqua simpliciter cocta loco uini uti posset tempore hiemis aqua mellis quod sic fit. Re cipe mellis clari lib. i. aque fontis clare et mū de lib. x. misceantur simul in uase uitreato et ponatur ad ignem lentū sine fumo et bulliat et cū bulire inceperit dispumeť et tamdiu bu liat donec tertia ps aque cōsumetur et tūc de ponatur ab igne et coletur cū saculo infundo cuius ponať cinamomi modo grosso pisti. ʒ. iiii. et usui seruet tempore estatis ponatur lo co mellis zucarū albū et esset potus ualde cō ueniens. Carnes sint perdicū fasianorū frā culinorū et merularū et aliarū auiū degentiū in pratis et nemoribus conueniūt pariter car nes pullarū gallinarū iuuenū et caponū et pi pionum uolare incipientiū. Ex quadrupedi bus bone sunt carnes edi castrati uituli et ca prioli iuuenis abstineat a carnibus bouinis. caprinis porcinis et salsis carnibus a lepori nis et a carnibus auiū in aquis aut paludibus degentium sicut sunt anates ansares etce. Pi sces non sint in multo usu si tamen aliquan do sumit sicut ex aquis dulcibus bonis squa mosi parui ut capedani trute lucii carpiones rimali. Et ex mari solee trilie passares aurate. et cetera. Competunt oua recentia sor bilia aut tremula dura uel frixa nocent. Vi tet lac caseum et que cum lacte fiunt et buti rum. Ex herbis eligātur borragines buglossa

apuli cicorea endiuia et spinacia cum petro/ sillo mista. Legumina non conueniunt preci pue fabe lentes. si tamen accipitur sit brodiũ cicerum rub. far et miliũ. Caueat ab omnib℈ acruminibus ut sunt alia cepe rafanus etc. Ex fructibus cõceduntur passule dulces auel lane prius torefacte fistici et amigdale excor/ ticate. cum carnibus suis uti potest sapore fa/ cto cum brodio aut succo granatorum dulciũ et supra aliquid spargatur infra scriptarũ spe cierum. Recipe cinamomi electi croci macis liquiricie cardamomi anna. ʒ. v. zucari ad põ dus omnium et fiant species. Et cum ferculis suis precipue tẽpore hiemis uti potest speci/ bus que sic fiunt. Recipe zenze albi cinamo mi electi. anna. ʒ. ii. gariofili gardemomi cro ci anna. ℈. i. pistentur et cribentur et potest post cibum uti Tragea que sic fit Recipe liqi ricie anisi anna. ʒ. i. sem. gariofilorum cube barum anna. ʒ. ii. macis. ʒ. i. passularũ enu/ cleatarum mundatarũ lib. sem. Et de hac in fi ne mense sumere potest coclear unum. Stude at omni die habere uẽtris beneficium bis aut saltem semel ꝙ si naturaliter haberi non põt habeat arte aut cum suppositorio facto ex mel le aut clisteri cõmuni uel cum assumptiõe. ℥. i. cassie per horã ante prandiũ.

## De manitione et re

pletione. Nunquã comedat usq̃ ad facietatẽ sed semper a mensa famelicus surgat nec cõe dere incipiat nisi senserit priorem cibum esse digestum et affuerit uerus appetitus qui cum aderit non differatur cibus. non comedat in una mensa diuersa cibaria sed sit contentus uno aut duobus et primo accipiat illum q̃ fa/ cilius digeritur bibere non incipiat nisi prius octo uel decem bolos sumpserit nec tantũ bi/ bat ut cibus in stomaco natet. et post cibũ ad mediam horã nihil potus sumat.

## Cura per potionem

quinq̃ habet intẽtiones. Prima digerere ma teriam. Secunda est abscindere uel saltem ip sam minuere. Tertia est diuertere ipsam ma/ teriã a pte timorosa ad ptem ignobilẽ. Quar ta abscindit fluxum alterando malam discra/ siam et membra confortando. Quinta corri/ gere accidentia siqua fuerint.

## Prima intentio.

Digeratur materia iuxta primam intentionẽ cum syrupo qui sic fit. Recipe saluie. m. sem. capillorum ueneris fricados arabicis anna. .m i. passularum sebesten anna. ℥. i. lupullo/ rum endiuie. anna. m. i. borraginis et buglo/ se cum radicibus ipsorum anna. m. sem. bu/ liant omnia i lib. v. aque clare fontis usq̃ ad consumptionẽ medietatis postea coletur et co lature addatur zucari quantum sufficit et fiat syrupus et acetosetur cum modico aceti uini albi et aromatizetur cum macis nucis musc. et sandalis Recipe supradicti syrupi. ℥. ii. aq/ rum saluie mẽlisse et endiuie ana. ℥. i. misce istum syrupũ calidum sumat in aurora p ho/ ras octo post finem cene precedentis et conti nuet donec in urina digestio appareat.

## Secunda intentio per

ficitur cum administratione istarum pill. Re cipe pill. cochiarum. ℈. ii. sc. pill. de fumoter re. ℈. ii. fiant pill. ix. et acuantur cum gra/ no. i. sem. elaterii. istas pillu. sumat in die im mediate sequente ad diem complete sumptio/ nis supradictorũ syruporũ per horas. ix. post finem precedentis cene et potest cum ceperit super dormire per horam deinde uigilet donec transeant hore quinq̃ ab hora sumptionis et tunc sumat ciatum unum aque ordei cum. ℥. i. zucari rub. Et inde ad horam prandeat.

## Tertia intentio.

Diuertatur materia iuxta intentionem. et pri mo ad ptem remotam et hoc cũ clisteriis sup positoriis fricationibus extremorum positio ne uentosarum super nucam et similiter sup comissuram sed hoc fieri nõ debet nisi corpe prius bene purgato et cũ uentosa remouet il lico ponatur cerotum ex thure masticis sanda raca laudano et ex diuertentibus est mastica/ torium ꝙ fit cum mastice et pipere sumantur masticũ grana. x. et ponantur in ore cũq̃ co/ massata fuerint ponantur grana. iiii. piperis et masticetur et spuat omne illud ꝙ ad os ue/ nit de humiditate cũq̃ piper dissolutũ fuerit addat quatuor alia grana et sic procedat p me diam horam continuando et hoc facere incipi at per tres dies postquã pill. sumpserit et faci at sic duobus diebus in qualibet ebdomada ip sis diebus interpositis.

## Quarta intentio sic

perficitur Recipe mirre sandarace anna. ʒ. i. pistentur modo grosso et buliant in. ℥. vi. ui/ ni rub. usq̃ ad consumptionem quarte partis et de hoc uino sepe gargarizetur. Item Reci pe nigelle per noctem in aceto infuse postea exsiccate demum torrefacte. ℥. ii. liget in sin done et frequenter odoret. Accipiatur etiã di cte nigelle pars et supponatur prunis calidis

et recipiatur fumus ad nasum. item ualet suf fumigium factum ex olibano et laudano. Ex his que in ore retinent et conferunt sunt mir ra thus et spica nardi inter dentes retenta. nã sunt sublimis iuuamenti ut dixit Mesue ex re bus que odorantur est pomum que sic fit Re/cipe storacis calamitis. ʒ. ii. olibani masticis sandarace anna. ʒ. iii. costi spice ãna. ʒ. i. am bre. ʒ. sem. xiloaloes. ʒ. iiii. musci. ℈. i. ter/bentine parum et fiat pomum horum medica minum fluxum materie refrenantium utatur modo uno modo alio. et ipsis uti incipiat post quã absoluerit intentionem secundã. et iuxta ipsam quartam intentionem cõfortetur caput remouendo maliciam digestionis primo sup aspergendo cuti capitis puluerem thuris aut macis et precipue in loco comissarum. Item supponatur cerotum capiti quod sic fit Reci/pe laudani. ʒ. i. macis nigelle anna. ʒ. i. sem. sandarace. ʒ. iii. olei costini quantũ sufficit et cum cera fiat cerotũ. Ad idem faciũt fasciculi policarie calefacti super tegulam sine liquore et capiti super positi. et cum infrigidantur re moueantur. Item ambra per omnem modum admininistrationis confortat cerebrum. Item diamusci dulcis. ʒ. iii. triasãdalorum. ʒ. i. mi sce de isto electuario confortatiuo cerebri et epatis sumat ad quantitatẽ unius castanee an te prandium per quatuor horas potest istis uti modo uno mõ alio postquã pillu. supradictas sumpserit.

Quinta intentio que est succurrere accidentibus cum nullo modo sint ad se curam trahentia non expedit corũ curam ponere. sed si qua superuenerint ad ea propria est recurrendum. unum tamen ẽ ad/uertendum ꝙ puto forsan occasionem dede/rit ut diceretur ꝙ uir iste leprosus est. nam su per tibias apparuerũt alique macule rubee et super coxias et postea coloris quasi uiolacei et inde fiebant nigre propter quod potuit aliqs credere hoc ab humore melencolico proueni re et amplius quia pili ciciderunt a locis in q bus tales macule fuerunt. Item tibie cum tan guntur satis dolent. sed ista nihil faciunt ad concludendum istũ esse leprosum si recte ho/rum accidentium uolumus causam cẽnotare nam uir equitauit per tempora ualde frigida per niues magnas ob quam causam factus ẽ totus stupidus accedebat ad locum ubi erat ig nis ingentissimus propter quod primo ex fri gore forti facta est exsiccatio humiditatis con tinuantis pilum in loco suo et facientes ipsũ adherere deinde ignis dilatando porros fuit causa quare inde pili caderent. Et hec eadem fuit causa illarum macularum. nam ignis sua caliditate attraxit sanguinem ad partes tibia/rum et coxarum. unde ptes ille ad quas fuit attractio facta fiunt rubee cum uero sanguis ad ea loca tractus fuerit a regimine nature de stitutus uergebat sine incipit ad nigredinem declinare et tunc color apparens uidetur esse uiolaceus medius. s. inter rubeum et nigrum Vlterius uero procedentis fit niger sicut uide mus fieri in percussionibus i primo locus fit rubeus sanguine ad locum attracto deide uio laceus tandem niger. Ex quo apparet ꝙ ille macule non debent dici morfee debilitatis ue ro tibiarum causa fuit malicia complexionis debilitantis neruos acquisitos a frigore ꝓ cu ius cura fiat inunctio cum infrascripto unguẽ to. Recipe marciaton unguentũ agrippe et di altee. anna. ʒ. sem. laudani. ʒ. ii. storacis ca/lamit. ʒ. i. sem. misce cum hoc unguento ti/bie ungantur quando uadit dormitum. Deĩn de super ligetur petia lini calida de mane quã do surgit lauetur cum uino paucifero decoc/tionis saluie foliorum cipressi et mirtorum et debite sine fricatione exsiccentur et que scri/pta sunt cõuenienter fierent de mense nouem bris antequã frigora maiora fierent et in pri cipio martii ubi necessitas urgeret et sunt ite randa et continuanda si necessitas requirat.

¶ Bauerius de Baueriis.

Ir quidam no bilis annorum. xxxii. uirtute totius satis fortis complexione sanguineus cum aliquali colere admixtione exercitii ciuilis licet nonnunquã excedat eq/tando et uenando stomaci de/clinantis ad frigi ditatem et humiditatem renũqꝫ calidorum pa titur a mense augusti. M. cccc. lxix. dolorem quendam aggrauatiuũ in pectine et peritene/on cum temporis interuallo cum uero accidit solet durare illi quattuor aut quinqꝫ horis ue/rumqꝫ paroxismi posteriores fuerunt priori/bus leuiores huic dolori associatur frequens mingendi uoluntas que aliquando ante dolo ris aduentum excitatur interdum postquã do lor cessauit remanet durans per duos aut tres dies apparent. preterea tempore doloris a re/ne minutissime ad albedinem declinantes cũ aliquali dolore pungitiuo in extremitate uir/ge. Causa doloris primitiua fuit quedam uio lenta equitatio siue cuiusdam equi exaspera/tio. nam ex ea facti sũt renes calidiores et ad materiam recipiendam aptiores ob debilitatẽ

consecutam ex equitatione illa immoderata. unde renes caliditate superflua materiam at/traxerunt cui materie minus debilitate restite rint materia inde in renibus recepta ad uesi/cam pulsa causa est coniuncta doloris supra dicti grauatiui. Causa autem antecedens est materia existens in uenis aut epate apta a re/nibus trahi et ad uesicam expelli. hec autem materia uidetur esse flegma a dominio cui ali quid colere est admixtū. Et dici potest flegma salsum. nam arenule apparentes ad albedinē declinantes attestantur materiam esse flegma ticam aut ad flegmaticitatem decliuem. Cau/se supra assignate sunt doloris qui primo in/cepit aliorum uero dolorum quibus per inter ualla est uexatus forsan non interuenit causa primitiua sed sola renum caliditas cum debi/litate sua una cum materia apta ad renes attra hi et ad uesicam expelli. Ex his faciliter causa assignari potest frequentis mictus anteceden tis poxismum et sequentis post ipsum et exi/stentis cum adest poxismus. Nam materia que ad uesicam pellitur que est doloris factia participat acuitatem ut supra dictum est. Cū ad uesicam mittitur aut in ea retinetur nondū tante quantitatis ꝙ dolorem causare possit est tamen tanta ut imprimere possit in uirtutē sen sitiuam uesice impressionem nocentem. quo nocumento percepto uirtus expulsiua urinā expellit etiam si modica sit urine quantitas. Et hec est causa frequētis mictus ante aduen tum poxismi cum uero materia faciens dolo/rem adeo paucificata fuerit ꝙ dolorem causa re non possit remanet tamen de ea tantum ut uirtutem expulsiuam excitet. et hec est causa mictus frequenter postquam dolor cessauit et ex istis apparet quare adest frequentia mictus quando dolor est presens posset aliter isti/us effectus causa assignari sed puto assigna/tas oēs esse principales et sufficientes et edem supra assignate cause sunt doloris pungitiui in extremitate uirge. nam ea pars est reliquis partibus uirge magis sensitiua. Stante supra dicto casu queritur a me Bauerio utrū aliqua balnea naturalia huic dispositioni conferent premissis his que ante accessum ad balnea ꝑ mitti debent. Ad hec respondetur premittēdo primo ꝙ balneorum naturalium quedam sūt que bibuntur. quedam uero in quibus solum corpus infunditur. et horum multa est diuer/sitas quoniam quedam sūt ferrea quedā enea nonnulla aluminosa quedam cinericia quedā attramentalia et sicut minere sunt diuerse ita horum balneorum diuersificātur uirtutes ut plane uideri potest. secunda primi cap. illo qui dam ornate loquentium hoc premisso dico ꝙ balneum porrete quod bibitur in premisso ca su conueniret ꝙ probatur quia illud conueīt ꝙ euacuat causam antecedentem doloris et cō fortat stomacum et epar et renes et uesicam et membra expulsiones mundat ab arenulis et ab aliis materiebus in uesica contentis. sed porrette balneum est huiusmodi cōuersio etc. Antecedens pro maiori est notum minor de/claratur. nam balneum porrete aliquid habet nitri gratia cuius soluit. pticipat uero alumi/ne pauco cuius causa membra unit et confor tat ꝙ has uirtutes participet sepius apparuit prosublinatiuam non tamen est negandum ꝙ aliquod sulfuris participet sed res adeo mo dica est ut gustu et olfatu percipitur. Et ꝙ hu iusmodi balneum modice est caliditatis actua lis. nam fere est tepidum et pariter est exigue caliditatis uirtualis ex quibus minor declara tur nam ratione nitrositatis uentrem soluit et urinam prouocat et interdum uomitum secū dum diuersas sumentium dispositiones et ita corpus ab humoribus purgat prauis. Gratia uero aluminis partes membrorum unit et cō fortat neqꝫ dubium est ꝙ renes aut epar intē dantur quoniam aut est frigida respectu isto/rum membrorum calidorum supra tempera/mentum aut per accidens infrigidat euacuan do coleram conseruatiuam caliditatis dictorū membrorum queadmodum dicimus reubar/barum corpus colericum infrigidare. Eorū uero balneorum in quibus sine potu tantum corpus balneatur quedam conueniunt nō ta/men omnia nam solum ea que mineram ha/berent ferri aut eris. nam ista cōfortando mē bra nutritiua cuius sunt epar et stomacus ut apparet in capitulo supra allegato et uniendo ptes renum et uesice faciunt ne ista membra materiam ad se transmissam recipiant imo re pellent repulunt enim membra cōfortata sti/pticis. iii. tegni remittunt etiam superfluā cā liditatem epatis et renum et ex his apparet ip sorum cōferentia istorum balneorum quedā a me sunt experta uidelicet balneum auinio nis comitatus senarum balneum calderalla rum prope petrioliū et balneum aquarum ter ritorii pisarum balneum uille in territorio lu cano. Et si omnia dicta balnea habent minerā ferream cum aliquali participatione eris nul lum tamen istorum proposito nostro magis conueniret quam balneum de aquis territorii Pisani. nam est uere nullius caliditatis actua lis confortat membra naturalia et expulsiōis affert multa comoda absqꝫ aliquo incōmodo et multos ad hoc misi propter discrasiam cali

dam membrorum naturalium quibus mirabiliter profuit. Balneum auinionis est multe actualis caliditatis propter quod multi debilitantur et nequeunt eo pati aut non sine labore et idem dico de balneo dela uila prope corsenam Balneum caldenallarum temperatioris est caliditatis et magis laudo in casu predicto post balneum de aquis cum in urbe roma essem aliquos prelatos audiui balneum de rota laudare et ꝙ ad calculum ualebat nunq̃ usitaui id balneum nec experientia uirtutum eius sũ doctus ideo de eo nihil scribo bene Valete.

¶ Bauerius de Baueriis.

## Dispositio spec

tabilis uiri Martini de insigni ciuitate regii est grauis et muladnerem mut nam est rubor faciei pustulosus quarum alique ueniunt ad ulcerationem. unde redditur facies turpis et solet talis dispositio precedere lepram imo plerũqȝ est principium eius. unde Rasis. xxv. continentis. Et accidit ista passio plurimum hiemis tempore et non accidit in estate plurimum quia ipsa accidit ex frigore ledente faciem de qua proprie nõ dissoluitur uapor quare facies similis erit faciei leprosi. Et Auic. septima quarti. Hec passio est rubedo extranea similis rubedini eius in quo incipit lepra que apparet sup faciem eius et super extremitates et proprie i hieme et frigore. et forasse sunt cum ea ulcera. Hec Auic. septima quarti. Et istius dispositionis causa est sanguis malus propulsus ad faciem. et hic sanguis in substãtia est malus aliquando per admixtionem colere grosse interdum per admixtionem flegmatis salsi nonnunquã per admixtionem humoris melenconici mali. Et si malicia sanguinis non fuerit multum magna faciet ruborem sine pustulis et ulceribus et si fuerit grossicies maior et malicia non tamen multum faciet ruborem pustulosum et si fuerit cum multa accuitate faciet ruborem ulcerosum. Ad propositum nostrum hec dispositio pendet a sanguine dominante cui flegma salsum ẽ admixtum licet nõ dubitem cum eodem sanguine aliquid colere grosse esse coniunctum cum hec materia faciat ulcerationem que significat materie accuitatem que et si possit prouenire a flegmate salso multo magis a colera grossa habente accuitatem cuius signum est quoniam pustule sunt in radice paulum late et rubor in circuitu remissus et sanguis exiens tendit ad albedinem et cinereitatem et sensus pruritus mediocris. Et interdum super pustulas apparent crustę parue hec omnia significãt cum sanguine flegma esse admixtum sanguine tamen dominãte. Sed quod aliquid colere sanguini sit admixtum probatur quoniam multe istarũ pustularum sunt accuatarum capitum et paruorum corporum et sunt sicce et parue humiditatis nullam saniem aut paruam emittentes. Et ex istis euidenter concluditur materiam facientem istam dispositionem esse a predominio sanguinem quod ostenditur per ruborem apparentem cui coniungitur flegma salsum cũ modico colere grosse ꝙ apparet ex accidentibus suprapositis si recte consideretur.

## Cura istius dispositio

nis que apud quosdam uocatur gutta rosea et in arabico dicitur alguasen. consistit in debito regimine sex rerum nonnaturalium et rerum medicinalium. Regimen rerum non naturalium habebit sex partes secundũ quod ipse sex sunt a quibus incipiam et primo ab aere.

## De aere uitare debet

aerem frigidum et aerem multum calidum et uẽtosum et aerem multum humidum pariter multum siccum et omnem aerem mali odoris fugere insuper debet mansiones multum frigidas et etiam multum calidas similiter humidas aut siccas nocet tenere caput multum calidum et omne illud ꝙ collum cõstringit et superflua caliditas pannorum et similiter tanta paucitas ꝙ corpus frigeat et caueat manere ꝓpe ignem ꝙ multum calefiat et stare in s.ufa sicca confert aer in caliditate et frigiditate temperatus aut parum declinans ad caliditatem Et in qualitatibus passiuis sit temperatus uel parum declinans ad siccitatem sit boni odoris aut saltem nõ mali sit purus et quietus a uentis locus habitationis sit inter duo solaria nõ prope cloacas nec ductus aquarum sitqȝ inter caliditatem et frigiditatem tempatus ut dictum est de aere. tegmentum capitis tale sit ut caput sit a frigore munitum nec propter ipm multum supercalefiat quod tegmentum uariare debet secundũ uarietatẽ temporũ sit etiam corpus debite pannis munitũ adeo ut non frigeat nec multũ supercalefiat quod uariare debet estate hieme et mediis temporibus.

## De accidentibus ani

me. Nocet ex accidentibus anime ira furor tristitia sollicitudo et coitus qui ad accidentia

animi reducitur conuenit letari gaudere con tinere a superfluo coitu.

## De somno et uigilia.

Sōnus de die nocet et somnus imediate post cibum factus et omnis somnus excedēns q̄ti tatis et factus supra faciem conuenit somnus de nocte et nō de die nisi casus accideret quod in nocte nō dormiret tunc in die somnus con ceditur. et fit primo sup latus dextrū deinde super sinistrū sitq3 quātitatis sex aut septē ho rarū non maioris octo nec minoris quinq3 fit capite eleuato et corpore debite pannis tecto. nec prius dormire incipiat quā transiuerit ho ra cū dimidia a fine cene.

## De motu et quiete.

Omne exercitiū forte nocet siue sit equitādo siue peditando omne exercitium in quo caput fiet inclinatū conuenit exercitiū tempatum i quo corpus non supflue calefiat ne sanguis i cendatur fiat stomaco ieiuno et pulsis sufluita tibus prime et secunde digestionis. Cōuenit exercitiū ptium inferiorū in quo caput quie scat et loco exercitii cōueniunt fricationes cū panno lineo incipiēdo a brachiis trahēdo uer sus manus et a spatulis descēdendo inferius ad coxas et tibias laudatur etiam leuis capitis pectinatio sed caueat a forti ipsius fricatione.

## De cibo et potu.

Ex cibis nocent quicūq3 sint acuti salsi mul tum amari multū dulces et unctuosi oēs cibi opillatiui sicut panis agimus et cibaria ex pa sta agima facta et cutes animaliū et cibaria dif ficilis digestionis et carnes bouine caprine et caseus uetus et pisces uiscosi ut anguille ten che et similes et pisces testā habentes sicut cō chilia et omnia frixa et legumina et herbe ca lide et sicce et omnia acrumina ut aleū cepe et similia. et fructus p̄cipue ficus dactuli uue dul ces uina potentia quecūq3 fuerint uinum dul ce et omne uinū substātie grosse siue fuerit al bum siue nigrū et acetū et omē id in quo mul ta fuerit accetositas. conueniunt cibi insipidi et pauce dulcedinis. Sit panis ex farina opti mi tritici a qua furfur sit excussum debite coc tus et conuenienter fermentatus sitq3 recens non tamen calidus. et carnes sint fasianorum perdicū caponū iuuenum et iuuenū gallina rum edi uitule castrati pipionū nondū uolan tiū et precipue de his qui in colūbariis nutriti sunt. Et carnes melius preparantur elisse quā alio modo cōueniunt oua recētia sorbilia aut in aqua cocta dūmō sint molia. Ex piscibus concedunt parui squamosi in bonis aquis ca pti herbe sint borrago lactuca buglossa endi uia cicorea. Et cū huiusmodi herbis frigidis misceantur interdū alique calide sicut menta et petrosillus. Ex leguminibus conceditur bro dium cicerū rubeorū et far et ordeum pilatū. Ex fructibus passule cōceduntur et precipue ille que sunt pontice et parum citonii post ci bum uinū sit album clarum pauciferum in sa pore mediū inter dulce et ponticum cui aque fontis aut cisterne misceatur plus minus ue secundum uini potentiā.

## De inanitione et reple

tione. Fugienda est omniū ciborum repletio et precipue eorum qui prohibiti sunt nec i ea dem mensa uarii accipiantur cibi sed sit con tentus uno aut duobus et ab eo incipiat qui ē digestiōis facilioris nec comedere incipiat ni si cibum preassumptū sentiat esse dig stū fu giat superfluam abstinentiā que non minus noceret quā nimia comestio a mēsa surgat re liquiis famis adhuc existentibus non bibere incipiat nisi prius sex aut septem bolos come derit nec sit potus tantus ut cibus in stomaco supernatet. Curet omni die habere uentris beneficium bis aut semel q̄ si naturaliter ha bere non posset habeat arte cum suppositorio facto ex melle et sale aut cum radice rafani in fusa in aqua salita aut cum radice yreos aut fi at cum clisteri q̄ sic fit. Recipe malue boragi nis cum radicibus suis fumi terre anna. m. i. polipodii. ℥. i. fiat decoctio de qua colatura ac cipiatur lib. i. sem. cui adhibeatur cassie. ℥. i. confectionis ameth. ʒ. vi. olei. ℥. iii. salis. ʒ. ii. et calidum stomaco ieiuno recipiatur. Si stomacus nauseauerit prouocetur uomitus cū aqua decoctionis seminis atriplicis et modico a ceti ubi uero nō esset nausea neq3 stomaci do lor non fiat uomitus.

## Cura per potionem

quattuor cōtinet intentiones. Vna est digere re materiam. Alia ipsam euacuare. Tertia est diuertere. Quarta uero est localium approxi matio.

## Prima intentio sic ad

impletur. Recipe endiuie epatice lupullorū ca pillorum ueneris buglosse borraginis et sca riole anna. m. i. fumi terre scabiose anna. m. ii. ordei mundi liquiricie passularū seminis en diuie et portulace āna. ℥ se. sene epithimi po lipodii anna. ℥. i. sticados anisi feniculi radi cū caperū anna. ʒ. ii. radicū brusci et feniculi

anna. ℥. i. decoquantur omnia in sufficiẽti qñtitate aque postea coletur et colature addatꝰ zuccari albi quantũ sufficit et fiat syrupus et acetosetur cum aceto uini albi. Recipe supradicti syrupi. ℥. ii. aquarũ scabiose lupullorũ mellisse anna. ℥. i. misce istũ syrupũ calidum accipiat per horas octo post finem cene precedentis et continuet ipsum octo aut decẽ dieb9 uel tam diu donec presenti phisico apparuerit materiã esse digestam.

# Secunda intentio sic

completur Recipe polipodii quercini. ʒ. ii. lupullorũ. m. sem. florũ sticados arabici florũ borraginis et buglosse anna. ʒ. iii. epithimi. ʒ. ii. passularũ sine nucleis. ℥. sem. agarici. ʒ. i. sem. salis geme. ℈. i. agaricus subtiliter incidatur et non pisteur et infundatꝰ in sufficienti quãtitate oximellis simplicis pro sui imbibitione cũ sale gẽma ad minus per sex horas de reliquis fiat decoctio de qua accipiatur quantũ sufficit ad dissoluendũ diacatolicõis ℥. sem. cõfectionis amech. ʒ. ii. sem. et addatꝰ expressio agarici et fiat potus istũ potũ solutiuum accipiat calidũ per horas noue post finẽ cene imediate precedentis per diem unũ post completã assumptionẽ supradictorũ syruporum super quẽ potum cum ceperit potest una hora dormire deinde uigilet donec transeant hore quinq; ab hora sumptionis et tunc accipiat ciatum aque ordei calide cũ. ℥. sem. zuccari rub. et inde ad horã prandeat. Quod si pill. essent sibi magis grate istas sumat ordine et nõ in potu medicinali dictis Recipe pillularũ de fumo terre. ℈. ii. sem. pillu. de vera composita seu de vera Nicolai. ℥. sem. fiant pill. nouem. Post euacuationẽ cum solutiuo factã ad dies quatuor fiat flebotomia uene cõmunis brachii dextri per quam euacuentꝰ sanguinis. ℥. vi. post has euacuatiões ad dies sex fiat flebotomia cephalice per quam extractio sanguinis fiat. iiii. ℥. Admodum utile esset emoroidas prouocare cũ fricatione ani cũ foliis pe itarie aut ficus aut fricare ipsas cũ cepe narcisci aut ipsas linire cum lacte titimalli uel cũ felle tauri. Demum ueniendũ est ad pticulares euacuationes ponantur uentose sub mento et scarificetꝰ ut sanguis exeat post tres dies ponantꝰ sanguisuge due. primo iuxta aures una in quolibet latere demũ ponãtur alie due una ab omni latere nasi et dimittatur sanguis exire tangatur locus cui uolumus sanguisugam adherere cũ modico sanguinis pitonis aut alterius rei et sit sanguisuga purgata et electa iuxta doctrinã Auic. iiii. primi cap. de sanguisugis et ponatꝰ in canulla et loco applicetur.

# Tertia intentio.

Diuertatur materia iuxta intentionẽ tertiam cũ suppositoriis acutis cũ enematibus fortibus cum fricationibus incipiẽdo a spatulis et brachiis trahendo ad inferiora et descendẽdo ad coxas et tibias fiant ligature fortes adiutorii et coxarum iuxta inguina et ponatur uentosa cũ scarificatione in occipitio et in spatulis istorũ diuertentiũ utatur modo uno modo alio stomaco ieiuno et habito uentris beneficio.

# Quarta intentio que

est localiũ appositio completꝰ cũ administratione infrascriptorũ medicaminũ. Reci. aq; rosate lib. i. sem. dissolue in eã sulfuris uiui. ℥. i. et cũ ea liniatꝰ facies Recipe boracis. ℥. se. farine cicerũ rubeorũ. ʒ. vi. camphore. ʒ. ii. puluerizã oĩa subtiliter et cũ succo cepe fiant trocisci ponderis. ʒ. ii. et permitte exsiccari ĩ umbra cũ eis uti uolueris dissolue unũ cum melle et line faciem in sero quando uadit dormitum uel ante cenã de mane laua faciẽ cum aqua furfuris. Recipe piperis et boracis anna ʒ. ii. pistentꝰ subtiliter et incorporentꝰ cum succo cepe et melle et liniatur facies Recipe aceti squillitici quantũ sufficit ad lauandũ faciẽ quã lota liniatur cũ unguento ꝙ sic fit. Recipe piretri nigelle ellebori nigri anna. ʒ. ii. pistentur subtilissime et incorporentꝰ cũ trebentina et fiat linitio in sero de mane uero lauetꝰ facies cũ aqua ordei in qua radix rafani sit decocta. istorũ medicaminũ localium in primis utatur primo aliquibus dieb9 ꝙ si uiderit ex eius usu notabile iuuamentũ infra dies decẽ prosequatur si nõ utatur scdo. et sic successiue sed taliter istis nõ utatur nisi premissa euacuatione cũ medicina aut pill. et factis flebotomiis. et cum utitur cõtinuet diuersiones ꝙ si nõ uideretur esse curatus istis factis opus ẽ purgationẽ reiterare et sequi ordinem suprascriptum.

¶ Bauerius de Baueriis.

# Expositio nobi

lis uiri Iohannis de Francia ẽ mala cõplexio frigida et hu. cerebri cũ materia cui cõiungitur materia subtilis aquosa in eodẽ cerebro multiplicata partim pp epatis sui calidã et siccã cõplexionem eleuantis fumos et uapores ad caput ptim p

pter indigestionē eiusdē cerebri huic dispositioni duo principalia iunguntur accidentia. unum est grauitas auditus licet aliquādo maior aliquādo minor sit. Aliquid est dentium mollificatio. Tertium est dolor capitis aliquādo. Primi accidentis causa ē materia flegmatica subtilis que in cerebro multiplicata cōicatur neruis quinti paris a quibus ē sensus auditus et secundū q̄ illa materia maiorē facit i ipsis neruis opilationem maior fit auditus lesio secundū quod ipsa subtiliatur et resoluit minus leditur. Et hec est cā quare maiorē aut minorē lesionē in operatione auditiua aliquādo sentit. Accidentis secūdi causa ē humiditas descendens ad neruos quibus dentes gingiuis alligant et remollit ipsas et interuenit sua subtilitate inter carnē et dentes que ipsos circuuoluit et propter hoc mouentur dētes ac si exire uellent. Causa tertii accidentis ē materia multiplicata grauans uirtutē et aliquando est uentositas genita in cerebro faciens extensionē. Et ex his facile comprehēdi pōt hāc dispositionē esse grauem et nō contēnendam Nam nisi dilige[n]ti studio prouideatur posset iste nobilis uir pduci ad grauissimas dispositiones sicut notū est cuilibet diligenter cōsiderantī que ab auic. dicunt prima tertii et quarta et septima tertii.

## Regimen istius dispositionis

in duo diuidetur capitula unū erit de rebus nō naturalibus aliud erit de rebus medicinalibus. Cap. primum.

## De aere.

Caueat ab aere frigido et hu[mido] et ab aere calido et humido et paludoso pariter et uentoso et potissime flante uēto aust[r]ino cui succedit uētus septētrionalis et ab habitatione locorū humidorū aut propinquorū cloace aut paludibus seu stag[n]is. Eligat sibi aerem clarū declinantem ad caliditatē et siccitatē parum uel ad temperiē plus tamen ad siccitatē quā ad caliditatem quoniā eius cerebrū magis labitur p humidū quā per frigidū. Et si aer nō haberetur talis tempore hiemis fiat suffumigio tali cum ligno iuniperi aut cū thure uel sandarace aut ligno a'oes ponendo de aliquo istorū coclear medium super prunas sed quia aer plus et minus dealte[r]at secundū q̄ corpus ē magis aut minus uestibus munitū hinc est quod scribēdo de aere aliquid de uestibus dicetur sit igit tempore hiemis caput munitū birreto tincto i chermes aut capucio ita quod aer frigidus nō occurrat capiti et in nocte teneat caput calidius quā in die sed nihil capiti supponat q̄ ipsum stringat neq; ipsum supra modū calidū teneat. nam nimis magna capitis tectura multum caput debilitat perducendo ipsum ad raritatem tesure tēpore statis defferat birretum leue mediocriter tempore uero medio mediocriter muniat caput. uestes uarientur secūdū temporū uarietatē sed caueat ne nimis succindat uestes. ita ut regio epatis primatur et inde super calefiat et teneat pedes a frigore munitos bene.

## De cibo et potu.

Vitet ui[n]um grande et uinū dulce et grossum similiter turbidum. Eligat sibi uinū albū clarum non dulce nec asperum sed in his seruet medium non sit potens siue fumosum et secū permisceat tertiam aut quartā ptem aque plus tamen aut minus secundum maiorem aut minorem uini potentiā. Et melius esset q̄ ante cibum per duas aut tres horas aqua uino misceretur quod si permixtio aque cum uino fieri noceret generando uentositatē quoniā uinum multe permixtionis aque prepat intestina ad colicā. xvi. tertii ponat per duos aut tres horas ante cibum suum medullam panis i uino q̄ bibiturus est et inde illo uino utatur. sit aqua qua utitur clara ex fonte uel ex cisterna. Caueat a pane agimo et non cōuenienter cocto et a carne porcina et agima et a comestiōe rerū pinguium et multū uncruosarum a rebus uehementer salsis a cibis ex pasta factis a casco potissime ueteri a piscibus sine squama et ab his qui sunt uiscosi a leguminibus sicut sūt fabe fasioli et ab acruminibus sicut sunt porri cepe radices etc. a rebus frixis et fructibus illis exceptis de quibus statim dicetur ab herbis frigidis et humidis et a uehemēter calidis. Panis sit ex farina optimi frumenti bene fermentatus et conuenienter coctus in cuius cōfectione sit aliquid salis sit q̄ non minoris etatis unius diei nec maioris trium carnes meliores sunt perdicum fasianorum auium paruarum degentium in nemoribus et campis et pipionum uolare incipientium querentiū extra domum uictum caponum gallinarum pullorum leporum et caprioli castrati annualis et uituli ab alus abstineat et tempore estatis meliores sunt elissate quā assate sed tempore hiemis assate sunt conuenientiores. Pisces sint in raro usu ex eis eligantur pisces squamosi degentes in aquis currētibus sicut sunt cauedani lucii trute et ex mari eligantur pisces nō habentes carnes duras nec uiscosas sicut sūt solee trilie deaurate passeres et similes. et h[i]

melius prepantur si cum uino decoquantur aut super graticula conueniunt oua sorbilia recentia et mollia in estate cum agresta sed dura et frixa dimittantur usus casei et lactis nó conuenit. inter caseos qui minus nocet est q est medius inter recentem et siccum de quo i fine mense parum assumat. Ex legumminibus uti potest brodio cicerum rubeorum granis dimissis farre milio panico rizo et lentibus aliquando licet raro. De herbis eligat sibi boraginem petrosilium maioraná serpillú et potius utatur tempore hiemis quá estatis. tépore uero magni caloris uti potest aliquando latuca sed raro et cicorea. De fructibus uti pót passulis non dulcibus auellanis prius tamen torrefactis granis pini prius in aqua buliente infusis et inde cum zucaro comestis in fine mense uti potest uno aut duobus bolis citonii aut nespulis aut sorbis aut aliquo habente sticitatem et loco istorum in fine mense pót sumere grana coriandri unius coopture.

## De motu et quiete.

Exercitium conuenit de mane ante prádium et de sero ante cenam prandio digesto pulsis semper prius superfluitatibus prime et secunde digestionis sit exercitium moderatum salté tempore estatis ne multo exercitio epar nimis calefieret eius terminus est usq; ad sudorem exclusiue omni mane cum surrexerit fricet sibi caput cum panno lineo grosso et pectinet ipsum. conuenire et etiam fricationes incipié do a brachiis descendendo uersus manus deinde ad coxas et postea ad tibias et he fiá: stomaco ieiuno saltem bis. aut ter in ebdomada lauentur coxe et tibie adminus bis in ebdomada ante cená incipiédo a supioribus fricá do uersus inferiora cum infrascripta lotone uidelicet Recipe florum camomille melliloti foliorú lauri roris marini anna. m. i. buliant in sufficienti quátitate aque pro lotone et fiat ut dictum est.

## De inanitione et repletione.

Caueat a multa cibi repletione tantum sumat quantú stomacus potest bene digerere et ideo bene est ut semper a mensa surgat reliquiis famis adhuc existentibus nec unq̃ comedat donec sentiat priorem cibum esse digestum et adsit appetitus nec sint cibaria sua diuersa sed sibi sufficiat cibus unius maneriei ut puta lissum aut assum. potus non sit tantus ut cibus in stomaco supernatet nec prius bibere icipiat nisi prius comederit sex aut octo bolos. Omni die curet habere beneficium uentris mane et sero uel saltem semel. Et si non potest habere naturaliter faciat sibi fieri suppositoriú ex melle aut lardone aut ex radice sicle que steterit per unam borá in infusione aque salice uel sumat unciam unam cassie nouiter extracte ex cána per horam ante cibú uel sibi faciat fieri clistere cor.

## De somno et uigilia.

Somnus sit de nocte et non de die nisi cótingeret ob aliquá causam q in nocte non dormiret aut esset longa consuetudo dormiendi de die in his casibus cóceditur somnus de die fluxis duabus horis post prandiú quod si possit a somno diurno desistere laudabile eét magis super latere sinistro quá super dextro ne epar supercalefaciat sitq; capite bene eleuato corpore conuenienter pannis tecto non amplius sit octo horarum et non minus quinq;.

## De accidentibus animi.

Custodiat se a melanconia tristicia ira sollicitudine et gaudeat letetur sit iocundus conuersetur cum amicis et sibi dilectis. et fugiat coitum precipue superfluú et maxime super repletione. Capitulú secundú.

## Cura per medicinam.

Recipe passularú sine nucleis. ℥. i. florum boraginis et buglosse anna. ʒ. ii. florú sticados arabici. ʒ. ii. sem. buliant omnia in sufficienti quátitate aque postea coletur de colatura accipiatur quantum sufficit ad dissoluendú cassie pinguis nouiter extracte. ʒ. v. confectióis de dactilis. ʒ. i. sem. electuarii indi maioris. ʒ. i. et fiat potus hunc potum minoratiuú materierum sumat transacto medio mense Martii ad libitum per horam unam ante diem calidum et post ipsius assumptionem stet ieiunus quinq; horis ad minus et in fine quinq; horarum comedat non se multo cibo grauando.

Recipe syrupi de sticades mellis rosati colati anna. ℥. sem. syrupi de endiuia. ʒ. vi. aque saluie aque mellisse aque endiuie anna. ℥. i. misce hunc syrupú calidú sumat in aurora i die imediate sequente post assumptioné suprascripti minoratiui et continuet ipsum sex diebus.

Recipe florum sticados arabici florum roris marini anna. ʒ. i sem. liquiricie rase. ʒ. ii. florum buglosse et borraginis. anna. ʒ. ii. Agarici optimi. ʒ. ii. salis gemme. ℈. ii. Agaricus incidatur subtiliter et non pistetur. et infundatur etiá in oximelle simplici saltem per

sex horas de aliis rebus fiat decoctio in suffi-cienti quantitate aque postea coletur de colatu-ra accipiatur quantu sufficit pro dissoluendo cassie nouiter extracte. ʒ. vi. et addatur expres-sio agarici qui optime sit expressus et fiat po-tus hunc potum siue medicinam erradicatiuã sumat per horas octo post finem cene calidũ ĩ die imediate sequẽtem ad diem ultimam assũ-ptionis suprascriptorum syruporũ et cum ac-ceperit potest una hora aut media superdor-mire sed transacta una hora postquã medici-nam acceperit non amplius dormiat imo sur-gat et ambulet per cameram clausis fenestris et hostio et cum transiuerint hore quinq3 post quã medicinam acceperit sumat ciatum unũ brodii macri cum. ℥. sem. zucari rubei et in-de ad horam comedat non se replendo de mul to cibo.

Recipe assari florum sticados arabici foliculo rum sene anna. ℥. sem. florũ camomille melli loti anna. m. i. saluie serpilli maiorane anna. m. sem. buliant omnia in lexiuio mediocriter acuto deinde coletur et cum colatura lauet̃ ca put optime stomaco ieiuno. deinde sibi opt-ime siccari faciat post conuenientem exsiccati onem tegat bene caput ne aer frigidus sibi oc currat hanc lot one taliter facere incipiat post quinq3 aut sex dies cum medicinam immedia te suprascriptam acceperit et hanc continuet semel aut bis in ebdomada.

Recipe squame ferri subtilissime trite. ℥. ii. in fundatur in aceto acuto per sex horas postea exsiccetur super tegula calida et iterum conte ratur postea infundatur iterum in aceto et in de exsiccetur et teratur et sic fiat. v. aut sex ui cibus. s. infundendo in aceto exsiccando et te rendo ultimo cribetur cum sindone et sumat̃ pars cribata et addatur aceti quadruplum ad ipsam squamam et ponatur ad ignem et dimit tatur bulire igni lento quousq3 totum redeat ad spissitudinem mellis non calido nec frigi-do ponatur una gutta aut due in qualibet au-re quomã mirabiliter exsiccat humiditaté in auribus existenté. Et hoc fieri incipiat duobꝫ diebus post capitis lotionem semel aut bis in ebdomada.

Recipe uitrũ combustũ et antimoniũ equali-ter pistent̃ et cribent̃ cũ sindone et buliant in oleo scorpionũ de quo tepido mittat̃ una gut ta aut due ĩ qualibet aure stomaco ieiuno hoc medicamine utatur sicut priore ponendo mo do de uno mõ de alio.

Recipe olei amigdalarũ amarũ. ℥. i. castorei. ℈. sem. dissoluat̃ castoreũ in supra dicto oleo de quo tepido imponat in qualibet aure duas guttas semel in ebdomada. et hoc facere inci-piat postquã fuerit usus medicaminibus ime-diate suprascriptis et uiderit qd' amplius hu-miditas ab auribus non exit.

Recipe nucis cipressi foliorũ eius thuris ma-sticis cimini torrefacti anna. ʒ. i. sem. acacie sumat aluminis anna. ʒ. i. pistentur mõ gros so et buliant in uino rubeo stitico de quo cali do teneat̃ in ore et cõtinuet ad minus semel ĩ die quousq3 uiderit dentes esse firmatos. Et hoc fieri incipiat postquã medicinã erradicati uam ceperit.

Recipe ramorũ capillorum ueneris. ʒ. i. se. alumis ianuẽsis. ℈. i. spice nardi. ʒ. sem. filii piperis albi anna. ℈. sem. piretri. ʒ. sem. pi-stentur oia et cribent̃ de isto puluere ponatur ad radices dentiũ et caueat a comestione rerũ durarũ et a tactu dentiũ cum lingua.

Recipe turbit optimi. ʒ. ii. masticis. ʒ. i. sem. rosarũ. ʒ. i. aloes loti cũ aqua endiuie ad pon dus omniũ et cõfice cũ succo absinthii pillu. numero septẽ pro qualibet. ʒ. harũ pillu. su-mat. v. aut. vii. quando uadit dormitũ quãdo sentit capitis dolorẽ aut ipsius grauitatẽ ꝙ si etiã mense omni sumeret. ʒ. i. de mane ante diem per duas horas faceret sibi sublime iu-uamentũ exceptis mẽsibus Iulii et Augusti in quibus abstineat ab istis pill. quod si neces sitas sumendi aliquid esset sumat potius illis temporibus. ℥. sem. cassie cum. ʒ. iii. diacato liconis dissoluti cum aqua endiuie et fenicu-li equalibus ptibus.

## ¶ Bauerius de Baueriis.

Ere egritudi nis cura magnifice domine est remotio cãe si cãm habuerit ut testatur Auic. xvi. tertii cap. de cura colice cã uero remoueri non potest nisi primo cognita fuerit. Cui igitur causa ignorata bene succes serit fortune et non uirtuti est tribuendum.

Cum ego magnifice domine tantũ de dispo sitione. v. acceperim ꝙ post cibum eadẽ. v. d. sentit summo frigore quandã alterationẽ et nõ nunquã stomacus apud digestionẽ grauatur p ista non constat mihi que sit dispositionis. v. causa quia pp in re. v. quid dicturus sum in certũ ẽ. Cõsiderata tamen egritudinis uestre lõgitudine et spẽ febris quã fuistis passa ar-bitror malã dispõem stomaci uestri sit pẽdẽs a mala cõplexiõe frigida. un de Auic. i. iii. c. de emigranea cura. ois egritudo cuius tẽpus ꝓlongat̃ ẽ frigida secũdum oẽm eius modũ cui per uiam indigestionis est etiam cõiuncta

mala complexio humida. et quia alterationis sequentis post cibum non dubito stomacum esse causam et pariter q nó reassumat carnes consuetas quia cum stomacus male digerit epar male significat. ex quo sequit q corpus non habet nutrimentű debitum et bonum et ideo non restauratur. Preterea etiam huius rei causa est egritudo precedens que fuit longa. unde secundo amphor. quecũq; in longo tempore extenuãtur corpora tarde reuerti cõsueuerũt que uero in modico modice et si materfactionis alie possent esse cause puto tamẽ istam esse principaliorem ex quo infero q stomaco prouidendum est ut bene digerat. unde Galie. viii. libro decem tractatuũ cũ sint passiones circa stomacum multe et diuerse et earum plurime fiunt ex indigestione omni conamine prouidendum ẽ ut digestio bona fiat in omni stomaco passione. quare petitioni. d. v. satisfaciam pro posse scribam uite regimen quo eadem. v. d. intelligat que stomaco nocẽt et que dure et grauis sunt digestionis et que eidem conueniunt et facile a stomaco uincuntur ut a primis caueat et alia prosequatur ponam primo a quibus secundũ unam quamq; rem naturalem cauendũ sit postea subiungã que in eadem conueniunt faciens principium ab aere.

## De aere.

Stomaco nocet aer grossus humidus paludosus ineuentatus aer surdus et aer uentosus p̃cipue flante austro. Iuuat aer serenus quietus in qualitatibus suis temperatus aut declinans ad aliqualem caliditatem et boni odoris.

## De accidentibus animi.

Vitanda sunt accidentia omnia anime quibus natura a digestione distrahitur eo quod spiritus nimiũ in interioribus conculcantur sicut tristitia timor sollicitudo multa magna intentio ad aliquid agendũ profunda cogitatio et reliqua similia. Et similiter nocent quicũq; animi accidentia quibus ad exteriora nimis spiritus diffunditur et dissoluuntur ut furor nimia leticia ira. nam et si primo ebulitio ĩ ea fiat circa cor post tamen uidemus corpus calefieri et rubeum apparere precipue in facie quod significat sanguinẽ et spiritus ad exteriora propelli. Conuenit gaudium moderatũ de salute propria bene sperare confidere moderate letari et conuersari cum dilectis et sibi gratis.

## De somno et uigilia.

Nocet somnus nimius et somnus diurnus. cum nocte precedenti sufficienter dormiuerit somnus imediate post cibũ factus et non minus superflue uigilie. Confert somnus moderatus septẽ aut octo horarũ saltẽ nõ minor quã sex nec maior quã octo sitq; p horã unã cum dimidia post cenã aut per duas horas fiat capite bene eleuato et corpore conueniẽter pannis tecto sit primo super latere dextro postea super sinistro q s. excitatur ante cõplemẽtũ totius somni dormiat postea sup latere dextro. Si in nocte dormire non posset ob aliqd' impedimẽtũ dormiat de die et melius esset ante prandiũ quã post ubi post prandiũ dormire ptigerit sit p duas horas post finẽ ipsius.

## De motu et quiete fu

giendus est nimius motus et omne forte exercitiũ et fricationes fortes precipue imediate post cibũ et pariter balneũ eadẽ hora non minus nocet nimia quies. Conuenit exercitiũ temperatũ ambulando uel equitando factum stomaco ieiuno. pulsis primo superfluitatib9 prie et secunde digestionis. Sit exercitiũ tale ut corpus aliqualiter calefiat non perducat tamẽ ad sudorẽ uel lassitudinẽ loco exercitii cõ ueniunt fricationes a superius incipie:do et cũ pannis calidis aut manib9 ad inferiora trahendo quousq; corpus rubeat et fiãt capiti fricationes et pectinatio aliqualis.

## De cibo et potu.

Stomaco nocent quecũq; sunt difficilis digestionis tarde mutationis siue ex modo substãtie siue ex modo quantitatis seu ex mõ qualitatis uel consuetudinis. et omnes cibi uentosi et inflatiui. et oẽs multe unctuositate quoniam stomacũ mollificãt et quicũq; sunt facilis corruptiõis et uniuersaliter oẽs cibi cacho stomaci dicunt' tales quicũq;. ti. dyanimedio rũ malũ et fastidiosum reddũt stomacũ et ut pticularius loquar. Panis omis de granis minutis et panis de frumẽto agimus aut nõ bene coctus aut a corticibus duris nõ mundus aut cũ oleo uel adipe cõfectus malus est. et similiter cibaria oia que ex pasta nõ fermẽtata fiunt. Cacomastica sunt omnium animaliũ interiora epatibus pinguium gallinarum exceptis. Adeps pinguedo medulla oculi et cerebrum inuolutum reddunt cerebrum uomiti aut nauseã concitãt et similiter de ossibus medulle. Corda pulmo intestina renes difficulter digerunt' epata testiculi exceptis gallorũ nõ coeuntiũ et ubera stomacũ in digerẽdo fatigant cutes tardã et malã faciũt digestionẽ

Caro omnis antiqua cuiuscunqꝫ fuerint generis difficilis est digestionis. Carnes gruū pauonum anserum et omnium auium habentium colla longa graues sunt ad digerendum Ex his que ex animalibus accipiuntur lac nocet habentibus stomacū frigidum acessit enī in eis in habentibus uero multum calidū corrumpitur in uaporem. Caseus quoqꝫ uetus difficulter digeritur caseus recens recocta stomaco frigido non conuenit butirum uero stomacum ebetat. et oua non recentia et que frixa et queciiqꝫ per decoctionem indurātur sūt difficilis digestionis. Pisces qui corruptioni sunt apti sunt mali stomaco. et omnes qui in paludibus et lacubus capiuntur precipue anguille tenche gambari et similes. Ex herbis cauēdum est a blita que stomacum fastidiosū reddit singultum excitat ab ogimo.i.basilicono a rapa cruda a blitonibus ab atriplice a fenugreco et omnia olera uentrem mollificātia nocent stomaco ut malua mercurialis uolubilis spinacia et reliqua. Et caules acetosa anetū et apium quoniam malas attrahunt materias ad stomacum et sparagi nocent uilis stomaci nasturcium non conuenit propter sui acuitatem pastinace et bauce tarde sunt digestionis et omnia habentia acrimoniam multam maxime si cruda comedantur stomaco nocent ut alium cepe bulbus.i.scallogna radix que comeditur rafanus sinapis et fungi Tubera stomacum grauant De fructibus omnes nocēt stomaco quicūqꝫ facile corrumpuntur ut persica grissomala.i.moniaca et similes. Et omnes fructus nature hūide quando nō cito stomacum egrediuntur. et hoc contingit quādo post alios cibos comeduntur ut sunt pruna ceresa melones et ceteri similes fructus. nā primo comesti uentrem subducunt. post uero alios corrumpuntur et alia corrumpunt. Nocent insuper amigdale et auellane cum nō bene masticantur et grana pini iuiube nespilla granatum acetosum caro citri et omnia ex stomaco indigestibilia stomaco nocent sicut ossa cereforum et prunorū arilli uuarum et granatorum quare integra summi non debent et similiter cortices uuarum et similium et ficuum. Vina grossa et noua.s.turbida nocēt stomaco uinum etiam acetosum et multum acerbum. et uinum multe cum aqua permixtiōis habens stomacum debilitat et mollificat et generat uentositatem i intestinis et precipue cū fuerit ualde infrigidatum aqua tepida stomacum relaxat. et aque potus stomacum ledit. et aqua tepida quāuis mundificet uilos stomaci laxat tamen instrumenta digestionis ut dixit Auic.iii. primi. Et aqua multum frigida percutit stomacum ideo Hali primo practice iubet tempore estiuo aquā auriri per sex horas antequā accipiatur. Conuenit panis simulagineus hoc est de flore farine bene fermentatus conuenienter coctus in clibano habēs aliquid salis non minoris temporis unius diei nec maioris duorum aut trium dierum a quo duri cortices sint excussi. De carnibus uolatilium conueniunt pulli non ualde parui capones et galline. Caro enim gallinarum omī carne melior. xxiiii. cōtinētis.c.cccccc.lxix. eligantur etiam carnes starnarum que supra carnes aliarum ab Auic. magis laudātur tertio almansoris et conturnicum et iuuenculorum columborum complete pennationis uolare incipientium. pulli etiam columbi danť in cibo illius cuius corpus euacuatum est de sanguine et infrigidatum est ex lōgo morbo. xxiiii. continentis. fasiani perdices aues pue degentes in nemoribus ut ficedule turdi merule etc. turtures etiam conueniunt. Ex aīalibus domesticis conceduntur carnes uituline non multum natiuitati propinque sed distent saltem per dies.l.usqꝫ ad.cc. Et carnes edine non transeuntes dies.xl. et agnorum annualium et castratorū. De siluestribus conueniunt carnes caprioli. ipse enim inter siluestres carnes meliores existunt et sanguis ex eis genitus paucas habet superfluitates.iii. almansoris. Caro etiam leporis laudatur quia et si parum declinet ad melanconicitatem quia est complexionis calide et sicce que dispositionibus stomaci uestri aduersatur ideo conceditť Et harum carnium ptes anteriores sunt meliores posterioribus ut ysaac de dietis uniuersalibus et tertio alimentorū. Auium caro allarum cum notabiliter se exerceant et debitum influxum habeant sanguinis ab epate et spirituum a corde sunt ceteris partibus meliores. Caro uero musculosa rubea in quadrupedibus est melior et ꝑprie cū non fuerit multa pinguedine cōfusa nec ab eo totaliter denudata. Et he carnes stante debilitate stomaci melius prepantur alisse quā assate. Conueniūt uitelli ouorum recentium sorbilles aut tremuli. caseus usus non est bonus si tamen aliquando contingerit sit medius etate inter recentem et antiquum non sit uiscosum sed in partes faciliter separabiles et ipsum summat quando uti uoluerit in fine mense. Piscis usus non conuenit si tamen quandoqꝫ utereť eligat pisces substātia mediocriter solidi hūiditate superflua et uiscositate priuati ut sūt marsiones capedani temuli Lucii Trutte Carpiones me

rale et similes et eorum melior prepatio ẽ ut coquantur cum oleo oliuarum feniculo men/ta et petrosimulo cum cibariis suis utatur spe ciebus que sic fiunt. Recipe piperis. ℨ.i. ga/riofilorum. ʒ.ii. piperis longi cardemomi nu cis muscate anna. ʒ.i. zenze. cinamomi. an/na. ʒ.ii. sem. macis croci anna. ʒ. sem. pisten tur et cribentur et fiat species. De herbis cõ/ceduntur saluia feniculus petrosimilus mẽta aliqualiter passa serpillus maiorana borago et similes herbe usus tamen multus earũ non sit. Fructus qui conceduntur sunt fistici qui multum laudãtur et passule enucleate et cum nucleis cum fuerint bene masticate et citonia cocta cum zucaro aut melle condita.

# De repletione et in

summa cum diligentia uitanda est imoderata ciborum et potuum repletio ẽ enim repletio omniũ materialium principium egritudinũ. Euitetur igitur repletio omis cibi et precipue habentis malas qualitates de quibus dictum est. imo bonum est a mensa surgere reliquiis famis adhuc existentibus. In comedendo se/pe potum accipere et parum melius est quam multum et raro. amplius cum uentris consti patione et uniuersaliter cũqȝ solite euacuatio nis retentione non est comedendum imo pri/us omni mane corpus est euacuandum omni bus superfluitatibus uentris urine sputo et mu scositatibus narium et leui competenti exerci tio deinde comedendum est ita ut ex potu uel cibo nulla grauitas uel fluctuatio in stomaco percipiatur. Si autem grauitas in stomaco ex cibis aut potibus uel nausea contingerit uo/mitus est prouocandus maxime enim cõfert egritudinibus cronicis ut quarta primi ca. de uomitu. cum uero uomitum prouocare uolue rit sumat infrascriptum potum tepidum. Re/cipe acetosi simplicis. ℨ.ii. aque fõtis. ℨ.iii. zuca. ro. ℨ.i. misce cumqȝ biberit fiet per me diam horam demum comprimat linguam di/gitis aut cum penna in oleo inuncta gutturi imposita uomitum prouocet alia fortia uomi/tiua non laudo ideo non scribo ea. Si uero in intestinis repletio esset fiat tẽpore estatis hoc clistere. Recipe foliorum uiolarum mercuria lis anna. m.i. sem. blite florum camomille an na. m.i. fiat decoctio de qua accipiatur lib. i. se. cui addantur zucari rub. ℨ.ii. olei. ℨ.iii. salis. ʒ.ii. et calidum stomaco ieiuno suppo/natur. Tempore Autũni fiat hoc Recipe blit. m.i. sem. foliorum mercurialis uiolarum an/na. m.i. fumi terre. m.i. sem. fiat decoctio de qua accipiatur lib. i. sem. cui addantur zucca. rub. ℨ.i. sem. benedicte. ℨ. sem. olei. ℨ. iii. sa lis. ʒ.iii. Tempore hiemis hoc administretur Recipe florum camomille mellilotĩ anna. m. i. maluarum. m.i. sem. blite. m. sem. anisorũ feniculorum anna. ʒ. vi. fiat decoctio de qua accipiatur. ℨ. xv. quibus addantur zuca. ru. ℨ.ii. benedicte yerapig. anna. ʒ. iiii. olei de si samo. ℨ.iii. salis geme. ʒ. sem. et fiat clistere. Pro uere Recipe brodii pulli aut caponis li. i. sem. zuca. rub. ℨ.i. sem. uitelli ouorum. ii. butiri. ℨ.i. salis. ʒ.iii. et fiat clistere. Ad can dem repletionem conueniunt tempore hiemis pill. alefangine de quibus potest per horã an/te cenam sumere. ʒ. sem. aut. ℈. ii. uel sumat tantũdem de pill. de yera simplici. Tempore uero estatis conueniunt pillule que sic fiunt. Recipe agarici. ʒ.i. salis geme. ℈ i. specierũ yerapig. ʒ. iii. omnia ista dissoluantur in uase uitreo cum suco endiuie et dimittantur exsic cari et cum exsiccati fuerint iterum cum suco dissoluantur et tandem cum deuenerit ad spis situdinem quo pill. possint fieri fiat magdali/on et conficiantur pillule que sunt sine custo/dia de quibus potest accipere a media. ʒ. usqȝ ad. ℈. ii. per horam ante cenam et sunt bone et secure. ꝙ si acciperet de eis ante diem p ho ram. ʒ.i. quando uenter est stiticus conferẽt uitanda est insuper inanitio ex longa a cibis abstinentia. unde longa ieiunia omia nociua sunt dimittantur omnes fortes euacuationes per quascũqȝ fuerint partes siue fuerint p se/cessum siue per uomitum aut per urinam uel per sudorem.

# Medicinalia.

Quedam describam stomaco conferentia de quibus est electuarium ꝙ sic fit. Recipe triũ piperum gariofilorum gardamomi anna. ʒ. i. zenze. cinamomi electi zedoarie macis an na. ʒ. sem. zucari albi dissoluti in aqua men/te et fiat electuarium de quo summat ad quan titatem castanee ante cibum. Ad idem facit electuarium de xiloaloes. quod. v. canone de/scribitur et idem operatur diacinamomum de scriptione Mesue in suo antidotario et modo consimili accipiatur ut dictum est de primo sit tempore uehementis caloris usus rarior. ꝙ si timeretur super calefactio epatis occur/ratur sibi leniendo regionem eius cum ung/uento sandalino aut ceroto Galieni descrip/to. A Mesue in suo antidotario ab extra ap/proximetur saculus quod sic fit.

Recipe cinamomi macis galange. anna. ʒ. ii. Corticis citri mente sansuci calami aro/

matici.anna. ʒ.iiii.gariofilorum galange spi ce anna. ʒ.sem.foliorum lauri. ʒ.iii.pulueri zentur et ponantur in saculo sindonis tincto ex chermes et bene extendantur deinde suffu migetur cum xiloaloes et stomaco supponatur cerotum stomaco conueniens sic fit. Recipe laudani armoniaci terbentine galie muscate. anna. ʒ.ii.cere masticis anna. ℨ.sem.storacis calamite. ʒ.i.galange gariofilorum anna. ℈. ii.fiat cerotum et extendatur super corio cumque uoluerit stomacho applicare suffumigetur cum xiloaloes. Plura alia ad hanc intentionem scri bere possem sed puto ex multis hec sufficere.

¶ Bauerius de Baueriis.

Spectabilis domina Catheria annorum.xxiiii. uel circa complexionis natura liter sanguinee cum permixtione flegmatis li cet propter egritudinis sue dispositionem et quietem in ea flegma multiplicatum sit passa est dispositionem in qua p multas horas fuit sine pulsu et motu.et cum sudore frigido per corpus totum uirtute tamen animali sana et in tellectu perfecto reddit supra dicta dispositio per interualla unius mensis interdum duorum aliquando trium sed non cum tanta acciden tium uehementia nam modo in casu sue dis positionis non perdit pulsum neque motum. Iste uidetur mihi casus breuiter collectus li cet plixius scriptus per eximium ar.et medici ne doctorem magistrum Philippum de affo rosiis. Dispositio istius spectabilis mulieris dici non potest proprie pfocatio matricis ne que suffocatio quoniam iste dispositiones dicu tur ab accidente quod consequitur nocumen tum matricis.quod accidens est annelitus ab latio uel parua et occulta aeris attractio uel sic dicitur quia mulieres quibus accidit interdum suffocantur uel prefocantur. unde prefocatio uel suffocatio matricis est dispositio preter na turalis matricis ad quam consequitur in an nelitu impedimentum. Cum igitur in hac do mina non sit in annelitu impedimentum non ui detur dici posse prefocatio matricis neque sin copis proprie dici potest cum sincopis sit de structio maioris ptis plurium uirtutum sensi bilis et motiue.xi.tertii. Cum in hac domina non destruatur uirtus sensibilis non uidetur dispositio predicta dici sincopis.uidetur tamen et si non proprie prefocatio matricis sic ad eam talem reducibilem esse cum putem huius dispo sitionis causam per ea que mihi significata sunt per eximium doctorem etc.esse a matrice nec dubium est prefocationem matricis plures ha bere modos.unde Auic.xxi.tertii.c. de pref focatione et deterior prefocatio matricis etc. et subdit sed minor et leuior est in gradu.terti tio que facit accidere spasmum et tetanum et sin copim absque nocumento in ratione et sensu ui detur quod dispositio istius domine ad supra dictum modum prefocationis reduci possit. Sed nunquid magis proueniat propter men struorum retentionem aut spmatis credo ma gis prouenire ex indebita menstruorum pur gatione. Nam Auic.ca.supra allegato dixit et ex eis magis salua est menstrualis quam sp matica. Sperma enim quamuis sit eius gene ratio ex sanguine et proprie in mulieribus in conuersione tamen est magis susceptibile co uersionis male quam sanguis sicut lac genera tum a sanguine susceptibilius est conuersio nis quam sanguis. Cum igitur poxismus egri tudinis supra dicte domine sit cum sensu bo no absque impedimento intellectus non uidetur prouenire a materia uehementer mala sicut il le ex quo in annelitu prouenit nocumentum. unde si a spermate proueniret quod esset cor ruptum prouenirent grauiora accidentia pro pter ipsius putrefactionem fore deteriorem quam sanguinis menstrui ut apparet in textu supra allegato habet preterea uirum. unde uidetur magis credendum esse propter defectum men struorum cum hec causa ex his que scripta sunt nota sit et modus euentus istius dispositionis uidetur esse quoniam materia menstrualis in matrice retenta et in loco coartata destituta a regimine nature corrumpitur et conuertitur in pessimam substantiam qualitatem habentem uenenosam a tota specie nature mulieris con trariam a qua fumus eleuatur uenenosus per arterias ueniens ad cor corrumpendo spiritum calorem naturalem extinguit quo spiritu cor rupto remanet cor sicut infrigidatum quod sen sibili euentatione non eget et ideo pulsus non apparet et tamdiu sic manet donec uirtus ma liciam illam superet et spiritum regeneret et tunc incipit fieri pulsus apparitio quod si idem fumus attigisset diaflagma corrumpendo siue alterando eius complexionem nocumentum in duxisset in annelitu et pariter si attigisset mi ringas cerebri nocumentum induxisset in ei us operationes.cum igitur nec in uirtute in tellectiua nec sensitiua nocumentum induxe rit sed solum in motiua ad quam exercendam plu res spiritus requiruntur quam in sensitiua nec fuerit in annelitu nocumentum quod si fuerit non est mihi significatum arbitrandum est huiusmodi ua porem paucum fuisse. quod siquis admiraretur

quomodo ex pauca materia uaporosa posset fieri accidentia talia legat q scribitur a Galieno.vi.de interioribus qui dixit. qui non credunt q ex qualibet pauca materia intus in aliquo loco clausa nocumentum toti inferat nõ memorantur eorum que sepe cõtingunt a morsu a rance cuius quidem uenenũ paucissimũ est pp angustum foramen exiens et similiter scorpionis quidem multo deterius est .nã qd a scorpione eiicitur paruissimũ est quia in sũmo acumine spine etc.

## Cura istius egritudinis

nis duplex est una cum actu adest poxismus alia tempore interpollationis . illa que debet tempore poxismi consistit ut euitetur aer frigidus grossus lutosus et uentosus. eligantur aer calidus et clarus sedeat super res calidas teneat in tibiis caligas et pedes calidos et coxis et pectini et ptibus circũstantibus applicentur panni calidi et hec siue fuerit ante poxismum si presenserit eius aduẽtum siue fuerit in actu poxismi. Ante poxismum letetur et exerceatur maxime exercitio ptium inferiorum uigilet fugiens longam quietem et somnum dum actu est poxismus stringantur tibie supra cauillas pedũ et coxe supra genua in extremitatibus illorũ musculorum et coxe iusta inguina ligamentis fortibus facientib; stricturã. fiant fricationes incipiendo a partibus superioribus coxarum trahẽdo uersus ptes inferiores cũ manibus aut panno calido et fiant aspere. Et conferunt uentose sine scarificatione loco uulue propinquo et super pectine naribus fetida apponat et de expertis sũt capilli hominis cum suffumigant. Serapinũ in aceto infusum et olfatum et castoreũ et assa fetida. Matrici approximẽtur que boni sũt odoris ut est suffumigatio ex blansisbisantiis et galia muscata supposita proprietatẽ in hoc habet magnã similiter muscus et ambra cum coto supposita simul et diuisim multũ conferunt ungatur ptes uulue et pectinis cum oleo de lilio in quo muscus sit dissolutus et quotiens approximas odorifera caue ne odor ad nasum pertingat et cum fetida approximetur prohibe ne fetor descendat ad ptes inferiores ualet insuper in poxismo prouocatio sternutationis iuxta sententiã hypo.in ampho. mulieri que a matrice molestat etc. prouocetur sternutatio cum insufflatione piretri aut piperis uel nigelle in nares . Stante poxismo et si deglutire posset non detur cibus neq; uinum qa faceret euaporatione et matricem ascẽdere faciet pter sui odoris bonitatẽ. et hoc nisi uirtus exigeret in quo casu rederetur. Quod si poxismus prolongaretur fiat suppositorium istud et in ano imponatur. Recipe cimini rute mediocriter sicce nitri anna.ʒ.sem. mellis quantũ sufficit et fiat suppositoriũ. unde Auicenna . et suppone ano eius ea que resoluunt uentositatem.

## Cura per potionem

Tempore interpollatiõis a poxismo quattuor habet intentiones. prima est ad digerendum. secunda ad euacuandum. tertia ad diuertẽdũ quarta ad confortandũ membra principalia et matricem.

## Prima intentio.

Complet cum syrupo que sic fit. Recipe eupatorii prassii scolopendrie melisse buglosse. anna.m.i.radicũ feniculi petrosilii brusi radicum corticũ mori corticũ radicum garnati anna.℥.i.seis anisi leuistici amomi macedonici apii anna.ʒ.iiii.passularũ.℥.i. buliãt in sufficienti quantitate aque postea coletur et colature addatur zucari quantũ sufficit et fiat syrupus Recipe supradicti syrupi.℥.ii. aq matricarie et melisse anna.℥.i.sem.misce hunc syrupũ calidum sumat in aurora et continuet ipsum quousq; presenti medico apparuerit digestio in urina.ante predicti syrupi exhibitionem considerandũ si urina appareret rubea grossa significans sanguinis dominium et eo casu fiat flebotomia . prius de saphena . et extrahatur sanguinis quantitas secundũ q uidebitur presenti phisico demum accedat ad syrupi exhibitionẽ.

## Secunda intentio

Perficitur exhibendo infrascriptas pill. post complẽtam assumptionẽ infrascriptorũ syruporũ. Recipe pill. fetidarũ.℈.ii. fiant pill.v. has pill. sumat per horã ante diẽ super quib; potest una hora dormire deinde uigilet donec transeãt hore.v. ab hora assumptiõis suprascriptarũ pill. et tunc sumat ciatũ brodii pullemacri cũ.℥. sem.zuca.ru. et inde ad horã comedat nõ se grauãdo multo cibo q si post predictã purgationẽ uideret presenti phisico super esse repletionem reiteretur.

## Tertia intentio.

Ad tertiã intentionẽ complendã post euacuationẽ p tres dies ponant due uẽtose super nates et due sup sumẽ sine scarificatione altera die ponãt due sup unguinibus et postea alie due sub poplicẽ fricationes fiant a coxis uersus

sua pedes calefiant ptes inferiores et sepe ista reiterent ponendo mó uentosas ad coxas p pe uuluá altera die sub poplitas aliquando faciendo fricationes.

## Quarta intentio.

Adimpletur exhibendo frequenter. ʒ.iii. diacimini cú decoctione mentastri et rute ualet ad candé intentioné exhibere. ʒ.i. cinamomi in pom uini albi potentis confert etiam multum sumere castorei et mirre anna. ℈.i. com. ʒ.iii. aque mellis. et mirabiliter confert pondus octo granorú ordei castorei cú. ℈.ii. opopóaci quádo cú uino albo potéti sumit᷑ d' isus sumatur per interualla modo unú modo alid' et ad idem facit muscus in petia linea ligatus et suppositus. Et similiter puluis factus isto modo Recipe storacis sicce xiloaloes anna. ʒ. sem. ambre musci. anna gra. viii. puluerizentur et ligentur in panno subtili et supponatur.

Regimen preseruatiuú a dolore iuncturarú per debitum usum sex rerum non naturalium.

## Reseruatione

uti debet a dolore iuncturarú q cúq passus est eú et inde cessauit ne redeat. ná facilius phibetur ne causa factiua doloris generetur quá remoueat᷑ causa et morbus postquá uenerit in preseruatione due sunt inteñones una est cóseruatio iuncturarú in sua naturali cóplexione et cópositióe ut causis imprimétibus resistát alia é ut cause imprimétes prohibeant᷑ aut salté carú magnitudo ne forte possent impressioné facere.

Intétio secúda complet᷑ per debitú regimen sex rerú nónaturaliú de quarú numero é aer a quo incipiá.

## De aere.

Nocet aer calidus et hu. et aer humidus et frigi. multú et uenti austrini et habitatio i locis humidis aut ppinquis cursibus aquarum uel cloacis et nimia ignis calefactio aut stacio in stufis humidis. Eligat᷑ aer clarus declinans ad caliditaté et siccitaté q si aer talis nó possit haberi aer pticularis habitatonis fiat arte cú igne in camera facto cú lignis siccis odoriferis donec aer calefiat et exsiccet᷑ sicut cú ligno iunipi lauri sauine rorismarini et similiú uel cú suffumigio facto ex thure sádaraca storace sicca aut granis iunipi sitq aer a uentis quietus et habitet in locis a terra eleuatis et ab omi humiditate remotis teneat corpus et iiiz turas debite calidas et secundú temporum uarietaté uariet pannos ita ut pp paucitaté non rigeat neq pp multitudiné supflue calefiat et inter cetera caueat ne calige aut calcei pedes stringant.

## De accidentibus animi

me uitare debet tristiciá sollicitudiné irá furoré couenit gaudium letari de sua salute bene sperare cú amicis et dilectis conuersari.

## De somno et uigilia.

Nocet somnus diurnus et ois somnus immediate post cibú assumptú factus et somnus nimius. et nó minus supflue uigilie sit igit᷑ somnus de nocte nisi cóntingerit nó dormire sufficienter in nocte in quo casu concedit᷑ somnus de die et melius in eo casu ante prandiú dormire quá post sitq semp septé aut octo horarú nó amplius octo nec minus sex. et prio super latere dextro deinde sup sinistro sed nullo pacto sup dorso sit etiá capite bene eleuato et corpe pannis couenienter tecto et nó dormire incipiat nisi prius ab hora cibi fluxerit hore due.

## De motu et quiete.

Nocet omé forte exercitiú et precipue post cibú siue peditádo siue equitádo. et fricationes extremorú fortes. et omne quod doloré circa iuncturas inducit et balneú aque dulcis. conuenit exercitiú peditádo tempatum pulsis primo supfluitatibus prime et secúde digestióis stomaco a cibo uacuo et fricationes leues et pectinatio capitis et stufa sicca stomacho ieiuno administrata.

## De cibo potu.

Dimittat cibaria oia difficilis digestionis et q cúq sunt frigida et humida et uétosa et oia q opillant nocet panis agimus et nó debite fermentatus et male coctus et oia cibaria que ex pasta agima sunt sicut lagane macaroni et similia. Et carnes bouine ueteres et agnine et caprine et pinguedo multa et animaliú interiora et cutes et extremitates animaliú et carnes auiú degentium in uallibus aut paludibus et oua antiq frixa aut dura et caseus in usu multo et lac. Pisces generaliter nó couenitunt neq herbe frigide et humide ut sunt atriplices spinacia et similes neq herbarú fructus frigidi et humidi sicut citrulli cucurbita mellones et similia. Abstinere debet ab omnibus legu minibus. nam Gal. in cómeto illius ampho.

ubi indigentia inquit q ellenes pp indigenti am comederūt legumina et incurrerūt dolo res iuncturarū. dimittat omnia acrumina ut cepe porri et similia. caueat a fructibus humi dis ut sunt cerasa poma pira pruna mora et si milia. eligat panem ex farina frumenti factū a qua furfur totum non sit excussum sitq bene fermentatus debite coctus in cuius confe ctione ponatur aliquid salis et pulueris aniso rum. et non sit pluris temporis trium dierum nec minoris unius diei a quo excutiantur cru ste quando comeditur. Carnes sint perdicū fasianorū turturum et auium puarum degen tium in nemoribus aut pratis caponum iuue num gallinarū et pullorū et pipionū uolare i cipientium et precipue eorū qui crescunt i co lumbariis. ex quadrupedibus conueniūt car nes caprioli leporis iuuēis edi uituli et castra ti et agni annualis. et carnes iste si stomacus bene eas digerit melius parātur asse quā eliss se. unde si stomacus eas assas non bene dige reret tunc elissentur. concedunt oua sorbilia recentia aut tremula uel in aqua fracta albu mine abiecto. usus casei puus sit si tamen ali quando sumat sit in fine mense et sit medius inter antiquū et recentē sitq frangibilis. Pi sces generaliter sunt mali si tamen aliquādo sumunt sint squamosi pui capti in bonis aqs sicut ex aquis dulcibus sunt lucii tinali cape dani trute et similes habentes carnes frangi biles non uiscosas ex mari sunt folie aurate passeres etc. et hi melius prepantur super gra ticula cū oleo et sale aut in uino elisse. legumi num usus non cōuenit conceditur aliquando brodiū cicerum rubeorum granis dimissis et far milium et rixum in usu. tamen raro. Ex herbis permittuntur que sunt calide et sicce si cut feniculus menta maiorana mellissa petro sillus serpillus etc. Ex fructibus herbarū con ceduntur capares ex radicibus earum uti po test carota pastinacha domestica et siluestri ra dicibus petrosilli. ex fructibus conceduntur ficus et precipue sicce pistachii auellane pri us torrefacte amigdale optie masticate et pas sule et grana pini prepata hoc est bis aut ter i aqua ferueti infusa et postea exsiccata et cū zucaro confecta. Species quibus uti debet su per ferculis Recipe piperis. ʒ. ii. zenze. ʒ. i. gardamomi piperis lōgi ana. ℈. i. spice cro ci anna. ℈. sem. pistentur et cribentur et fiāt species. Abstineat a uino loco cuius laudatur oximel romatizatum cum cinamomo et ani sis q si uinum dimitti non potest aut propter consuetudinem uel stomacum non bene dige rentem. sit uinum pauciferum clarum in sa pore medium inter dulce et asperum sitq sti ticum q si opus limphari fuerit sit cum aqua cisterne aut cocta.

## De inanitione et repletione.

Ab omni caueat repletione et maxime rerum prohibitarum. et non comedat nisi sen serit cibum preassumptū esse digestum. et cū uerus fuerit appetitus comedere non differat neq comedat usq ad repletionem quinimo a mensa surgat cum reliquiis famis sit conten ta. p. sua unius aut duorum ciborum et ab eo incipiat qui facilioris est digestionis et anteq transglutiat cibum bene masticet q si compre henderit cibum bene nō fore digestum et sto macus nauseauerit uomitum prouocet cum aqua decoctionis rafani et oximelle et cibum tardet q si stomacus ad uomendum difficilis fuerit fiat clistere ex decoctione florum camo mille malue blite. et aniforum addit. ℥. i. cas sie et. ʒ. vi. yerapig. et. ℥. iii. olei. et. ʒ. ii. se. salis decoctio quantitatis lib. i. cum dimidia et hoc suscipiat calidum stomaco ieiuno. No cet superflua abstinentia et multa famis tolle rantia et hoc de intentione prima.

## De secunda intentione

que est iuncturarum confortatio impletur hac lotione que est. Recipe uini rubei stitici urce os duos buliāt in eo abrotani. m. i. nucum ci pressi. ℥. ii. et cum isto uino calido lauent iun cture et huiusmodi lotio talis fiat semel in eb domada. Confert etiam ut loca iuncturarum ungātur bis in mense presertim temporibus humidis cum oleo de mirto de costo de masti ce. confert insuper sumere tēpore frigido om ni ebdomada. ʒ. i. tiriace aut. ℈. iiii. metridati per horas octo post cenam imediate preceden tem et inde stare horis. vii. antequā comedat. unde Rasis in lib. de iuncturis dixit cū adhi buerimus circa infirmū predictā considerati onē in regimine. s. per dietā et ipse sit obedi ens nō aggregabunt in corpe eius supflua. s. quibus possit pdicare podagra et maxime si utatur electuariis siue cōfectionibus que ha bent superflua ex alimento relicta in tertia di gestione cōsumere de quibus est triacha etce. et subdit. et si fuerint usi circa loca iunctura rum medicinis stiticis confortantibus eas ne recipiant sed quicquid a se transmissum repel lēt etc. q si in dieta erratū fueris et purgatiōe egeat fiat secundū consiliū medici presentis. Accedetis in noīe domini ad balneū petrioli cūq ibi fueritis requiescetis p unū diē. secū

da die in ortu solis petetis balneū candenalla rum in quo stabitis p horā deinde intrabitis lectū pannis mediocriter coptus et stabitis in eo per duas tertias hore q̄ si sudaueritis facia tis sudorē pannis calidis abstergi deinde in/ ductis pannos uestros. et postea ad horā pran debitis nihil aliud ista die faciēdo et similem modū firmabitis tribus diebus imediate seqn tibus tertia quarta et quinta die. sexta accede/ tis ad balneū militū in ortu solis uel circa ser uando in stando et in lecto modū qui dictus ē in balneo candenallarū cūq̄ indutus fueritis accedetis ad duciā ab ea incipiēdo q̄ ē minus calida exponēdo ad eā caput et super cōmissu ram coronalē ubi cōiungitur cū sagittali per horā aquā suscipietis inde faciatis caput ex/ siccari et ultio cū aqua que inferius ordinabi tur post capitis exsiccationē et stabitis p duas tertias hore et prādebitis. post prandiū ad ho ras. vii. iam cibo digesto redibitis ad duciam seruando modū qui dictus est deberi de mane obseruari istū ordinē seruabitis qui dictus ē p mēsem. s. de mane intrare in balneo militū inde in lectū etc. postea ad duciam accedere et surgētibus a ducia ad duas tertias hore pran dere. et post septē horas a fine prandii ad du/ ciā redire hoc excepto q̄ cū acceperitis unam duciā per unū diē mutate uos sequenti die ad aliā duciā calidiorē sibi propinquā quo adue neritis ad duas ducias ꝓpinquas calidissimas tunc in ea sistetis. Antequā balneum intretis conari debetis habere beneficiū uentris natu raliter aut cū suppositorio ex melle uel radice blite uel lardone uel sale aut cum clisteri com muni additis. ℥. ii. mellis et oleo et sale. et cū in balneo estis neq̄ bibendū neq̄ comedēdū est aliquid neq̄ post exitū nisi corpus fuerit infrigidatū. et pariter non est comedendū uo bis a ducia surgentibus nisi postquā caliditas capitis remissa fuerit aqua cum qua caput de bet fricari ad ultimū cum surrexeritis a du/ cia de qua supra facta est mētio. Recipe aque uite quater sublimate lib. ii. laudani. ℥. ii. ga/ riofilorū nucis musc. anna. ℥. i. se. thuris san darace anna. ℥. i. pistentur modo grosso et in fundantur in dicta aqua que sit in uase uitreo strict orificii et stet optime clausa.

¶ Bauerius de Baueriis.

## Er ea queque

ex casu mihi transmisso intelli/ gere potui et que mihi relata fūt ex intentione obstetricis non uidetur dubiū q̄ in matrice istius spectabilis mulieris sit a/ postema durū q̄ caliditati coniungitur q̄ sig nificatur ex doloris acuitate et ideo uidet̄ esse cancer et credendū est ipsum esse ulceratum ex apparentibus utrum sint cum eo ragadie aut ulcus aliquod preter cancerum ulceratū. hoc uidetur dubiū nec per ea que uidi et audi ui potui bene cognoscere res ista difficilis est et potius credendū est nō sanabitur quā spe/ randum de salute. Sed mihi uidetur q̄ taliter procedatur i cura si cura possibilis sit fiat aut saltem uita prolongetur et dolores fiant tolle rabiliores. Auic. tertia quarti cap. de lepra di xit q̄ mala ꝯplexio epatis aut totius corpis de clinatis ualde ad multā caliditatē et siccitatem est causa melencolie per adustionem sanguis et aliorū humorum cū igitur cancer sit lepra ptium oportet habere ad epar respectū. et ex hoc apparet que sit istius dispositionis causa antecedens conseruans istā dispositionē. nā ipsa est humor ab epate genitus ratione sue ca liditatis et siccitatis aptus transmitti ad locum dolentem. Causa uero coniuncta est mala cō/ plexio humoralis calida et sicca membri can/ cerosi.

## Regimen huius di

spositionis q̄tū ad dietā consistit in euitando ea que sanguinē generāt melenconicū. et in/ clinatio ad ea que sanguinē faciūt laudabilē qualia sunt hmōi ad scribendū non me exten do sed relinquo prudentie. d. phisicorum assi stentium.

## Aliud regimen quod

huic dispositioni debetur est per medicinalia et eorū quedā interius assumunt̄ quedā uero exterius approximant̄ que interius exhiben tur quedā sunt digerētia quedā euacuantia et nō nulla sunt cōfortantia. Digestiua uero de bēt habere ꝓprietates nā debent primo respi cere humorē euacuandū. secūdo debēt cor et epar et stomacū cōfortare. Medicine que hūo rem digerēdo respiciūt debēt esse subtiliatiue quoniā humor digerēdus ē grossus et pp op pillationē quā facit debēt esse aperitiue. et q̄ humor est adustus debēt esse infrigidatiue et humectatiue que mēbra respiciunt cū sint ex malicia humoris peccantis debilitata debēt es se confortatiua.

## Digestiuum de cuius

ꝓprietate ē subtiliare sanguinē grossum me/ lanconicū et eius turbulētiā et fumos melāco nicos auferre et aiam dilatare cuius hec ē per mixtio. Recipe buglosse scariole acetose cum

suis radicibus. ℥. iii. sticados arabici foliculo rū sene epitimi. anna. ℥. ii. sirici crudi sēis ac cetose pcipue minoris anna. ℥. i. corticū citri acetranguli melisse capillorū ueneris polli/ triti recētis anna. ℥. i. infundant̄ oia p diē et noctē in aqua decoctiōis limaciorū deinde ad dant̄ fumi terre succi eius p residentiā clarifi cati succi pomorū redolentiū. anna. ℥. iiii. et cū zucaro triū coctarū quantū sufficit fiat sy rupus et accetoset̄ cū libra media acceti pas/ sulati et aromanzet̄ cū modico musci. Reci/ pe suprascripti syrupi. ℥. ii. seri caprini. ℥. iii. aut aque decoctionis passularū et det̄ calidus per horas octo post finē cene precedētis sup quē pōt ad libitū dormire. Quod siqs uellet hmōi syrupū facere solutiuū sumat ex eo. ℥. iiii. et buliāt i ipso aut infundat̄ agaricus op timi. ʒ. iii. spice. ℈. se. deinde exprimat̄ et ex pressioni addatur aqua lactis caprarū et totū calidū exhibeat̄. est. n. mirabile et hmōi syru pus solutiuus excusat ab alia medicina si ta/ mē presenti medico uidet̄ aut plus aut minus de agarico ponat̄ fiat secundū suū iudicium. Cōfectio electuarii ꝙ ē cōfortatiuū et letifica tiuū et cōtra maliciā humorū melenconicorū Recipe smaragdorū. ʒ. i. margaritarū splēdi tarū limature eboris ossis de corde cerui. an/ na. ʒ. i. corallorū rub. iacintorū ru. granato/ rū anna. ʒ. i. ligni aloes sandalorum muscali norū aut citrinorū anna. ʒ. ii. foliorum auri numero. xx. cancrorū in furno exsiccatorum et nō incineratorū. ita ꝙ possint pistari lima/ ture calibis i aceto prepate secūdū modū a ser uitore traditū anna. ℥. i. musci. ℈. sem. cōfice cū hoc syrupo Recipe passularū enucleatarū ℥. ii. liqricie mūde. ℥. i. sirici crudi corticū ci tri anna. ℥. i. pistent̄ pistāda et infundātur in aqua calida in qua. xx. aurei fuerint infusi et i ea bulierint et predictarū rerū fiat decoctio et addant̄ succi pomorū redolentiū. ℥. v. suc/ ci buglosse et endiuie et accedule āna. ℥. i. se. succi granorū muzorū. ℥. iiii. et cū zucaro q̄ tū sufficit fiat electuariū de quo sumat ad quā titatē unius castanee ante prandium p horas. iii. et pariter ante cenā ꝙ si fastidit bis in die saltē semel accipiat. Restat mō ponere regio/ nē circa cām cōiunctā ꝓ quo ē aduertendum ne aliquod medicamē acutū approximet̄ ut di xit Rasis. ix. almāsoris cōfert cōfectio de plū bo posita a Rasis. ix. almāsoris cap. de raga/ diis uncta et interius administrata. itē quādo dolor multū intendit̄ sedeat patiēs in aqua de coctiōis fenu greci et maluarū postea clisteri/ zet̄ cū lacte mulieris et collirio albo. Ab ex/ tra decoquant̄ althea et malue in aqua mellis postea optime pistet̄ et loco dolēti approxime tur. Mingat dolorē dixit aly si mulier sedeat i aqua decoctiōis altee aneti fenu greci et sēmis lini et melliloti et mollificat duriciē. Conue/ nit cerotū ex adipe recēti galline et laudano. Valet et amurcha olei bullita in uino exterius approximata. oleū rosarū cū lacte mulieris et aqua arnaglosse mixtū interius clisterizatum cōfert. Paulus multū laudauit medicamen ꝙ sic fit. Recipe uitelli oui numero. iii. croci. ʒ. i. sem. iusquiami albi. ʒ. i. rob uini. ℥. i. olei rosati. ℥. i. sem. cere quantū sufficit et cū eo li niatur locus dolēs exterius. hec ex multis tā/ quā magis precipua collegi.

¶ Bauerius de Baueriis.

# Eruato regimi

ne bono i sex rebus nōnaturali bus de quo ore tenus dixi isti Spectabili mulieri in regimie medicinali mi hi uident̄ plures esse intētiones una et prima a qua ē incipiendū est materiei digestio. secū da est ipsius euacuatio. tertia ē eiusdē ad con/ trariū ptis dolētis diuersio. quarta ē membro rū cōfortatio. quinta ē succurrere accidētibus si quid fuerit difficile aut graue.

## Prima intentio.

Adimplet̄ cū infrascripto syrupo de cuius ꝓ prietate ē subtiliare apire opillationes uersus splenis regionē et matricē et cōfortare cuius est hec descriptio. Recipe artemise matricarie melisse prassii leuistici anna. m. i. anisi cimi/ ni carui ameos calami aromatici anna. ℥. i. ra dicū caperū. ℥. se. sēis agni casti granorū iu/ niipi acori anna. ʒ. vi. corticū citri. ℥. se. fiat decoctio in sufficiēti quātitate aque postea co letur et colature addat̄ zucari albi quantū suf ficit et fiat syrupus et accetoset̄ cū acceto pas/ sulato dosis ē. ℥. ii. cū aqua artemisse melisse et scolopēdrie anna. ℥. i. iste ē syrupus ꝓ una uice sumat sex aut septē uicibꝰ scd'm ꝙ appa ruerit medico presenti de digestione materie uisa materiei digestione tūc accedat̄ ad cōple/ mentū secunde intētionis.

## Secunda intentio.

Recipe pill. de lapide lazuli si nō habētur lo/ co earū sumant̄ pill. de benedicta. ℈. i. pillu. aggregatiuarū descriptione mesue. ʒ. se. fiāt pill. vii. istas pill. sumat post cōpletā sumptio nē syruporū p horas. viii. post finē cene ime/ diate precedētis sup has cū cepit potest p ho/ ram dormire et non amplius et inde ad horas

quinq; sumat ciatū aque ordei calide cū. ℥. i. zucari ru. postea ad horā cōcedat. Recipe passularū enucleatarū. ℥. sem. anisorū seis agni castu anna. ʒ. i se. scolopēdrie capillorū ueneris anna. m. se. cassie lignee. ʒ. ii. matricarie mellisse anna. iiii. m. florū borraginis et buglosse anna. ʒ. iii. agarici. ʒ. i. salisgeme. ℈. i. agaricus subtiliter incidat̄ et nō pistet̄ et infundatur i oximelle simplici p. vi. horas de reliquis fiat decoctio de qua accipiatur q̄tū sufficit ad dissoluendū diacatoliconis. ℥. sem. electuarii indi maioris. ʒ. i. ɔfectionis amech. ʒ. i. se. et addatur expressio agarici et fiat potus Si medicina in forma potabili sibi magis delectat sumat ipsam calidā hora et ordine q dictus de pill.

## Tertia intentio.

Diuertatur materia iuxta intentionē tertiā fiant fricationes brachio et tibie et coxe ptis dextre cū panno calido fiat uomitus si absq; difficultate pōt facere cū decoctione seis rafani et oximelle simplici. nā uomitus in hoc casu est magni iuuamēti. Cōfortetur matrix splē cor et cerebrū iuxta quartā intētionem.

## Quarta intentio.

Recipe cinamomi galange xiloaloes zenze. an. ʒ. i. blana bisancie croci nardi nucis muscate rosarū rubearū cardemomi macis pipis longi anna. ʒ. se. trociscorū diarodon sandalorū citrinorū anna. ʒ. i. sirici crudi. ℈. i. ambre. ℈. sem. musci gra. vi. cōfice cum zucaro albo dissoluto cū syrupo rosato et fiat electuariū cui addantur dialacris diacurcume an. ℥. i. et optime misceantur dosis est ad quantitatē unius castanee cū suo cortice antequā surgat p quartā hore pōt supra ipsum parum dormire de sero uero ante cenā ad duas horas sumat ad quantitatē unius auellane et hoc electuario taliter uti incipiat postquā ceperit syrupos et medicina uel pill. fuerit purgata.

## Quinta intentio.

Adimpletur nūc qnta. et ultīa intentio hoc ē succurrere dolori quē sentit in latere sinistro uentris inferioris et extendentis se usq; ad regionē splenis Recipe florū camomille mellilotiI aneti anna. m. i. seis iuniperi carui ameos. anna. ℥. i. pistent̄ mō grosso et buliant in sufficienti quātitate aque in qua infundatur spōgia et expressa pti dolenti apponatur et cū infrigidatur remoueat̄ et sic fiat tribus aut quatuor uicibus successiue. deinde locus ubi spōgia posita fuit exsiccetur et ungatur cum oleo de lilio et oleo de capis calidis cū manu donec optime ingrediant̄ corpus et tūc cū panno cālido abstergatur ita ut porri ptis uncte non remaneāt uiscositate olei opillan. ad idē confert hmōi facellatio. Recipe seis fenugreci lini anna. ℥. iii. scolopendrie politrici anna. m. i. ameos carui anisorū anna. ℥. i. pistentur modo grosso oīa et fiant duo saculi cōplectentes ptem totā dolentem et buliant in aqua et postea exprimātur et expresso ponatur parti dolenti mō unus modo alius ita cum unus infrigidatus fuerit remoueatur et loco illius alter ponatur et taliter fiat quinq; aut sex uicibus successiue deinde succedat unctio ut dictū est in priori medicamine. Cōuenit ad eandem intentionem clistere ꝙ sic fit. Recipe florum camomille mellilotI anna. m. i. malue. m. i. se. anisorū cartami carui anna. ℥. i. seis lini fenugreci anna. ℥. i sem. decoquantur oīa in sufficienti quantitate aque postea coletur de colatura accipiatur. ℥. xvi. quibus addantur cassie zucari ru. anna. ℥. i. benedicte. ℥. se. olei de lilio. ℥. iii. salis. ʒ. ii. sem. et calidū supponatur unū tamen est aduertendū ꝙ postquā hec spectabilis domina se purgauerit si nō ui debitur adhibitis aliis remediis suprascriptis ut sit curata purgatio reiteranda est premissis syrupis et inde prosequendus est ordo scriptus. Aliud est ꝙ calore aeris existente uehementiore sicut in medio Iunii Iulii et Augusti usus electuarii sit rarior sufficiet tūc semel scilicet de mane sumere et nō in uespere et interdum bis in ebdomada dimittere aut ter hec sunt que ex multis mihi uisa sunt meliora.

¶ Bauerius de Baueriis.

**Cum dolor sit** actio corrupta ut patet secunda tegni et omnis actio lesa sit accidens concedendū est dolorem istius generose domine accidens esse licet negare non debemus dolorem interdum esse egritudinem precipue cum fortis fuerit et consuetas ledat operationes. Cum uero accidens aliquam sequātur egritudinē. accidēs enim insequitur morbum sicut umbra corpus. morbus quē dolor istius spectabilis domine sequitur per ea que mihi scripta sunt uidetur solutio continuitatis cuius causa est extensio in ptibus dolentibus extentionis autē causa est uentositas in eisdē locis reperta. Sed uentositatis alique sunt cāe corporee ut humores frigidi in corpore cōgesti aut diminutio caloris naturalis aut sūt cau

se primitiue sicut cibi qui sunt uentosi ut fabe ciceri etc. aut cibi qui sunt uehementer calidi qui et si ex natura eorũ nõ sunt uentosi tamẽ humorẽ in corpore uentosabilẽ cũ inuenerũt ipsum conuertunt in uentositatem ad quẽ intellectum dixit hipo. iiii. re. acu. ꝙ allea sassam. i. uentositatẽ facit. Quod dolor quẽ hec domina sentit sit ex uentositate facile sciri potest cum sit extensiuus et mobilis. unde Aui. secũda primi cap. ix. dolores aũt extendentes uentositatẽ significant. et precipue si uehemẽtes fuerint ꝙ si illic permutatio ex dolore fuerit iam significatio est completa. confirmat iũ dictũ quoniam ex uentositate euacuata uidetur dolor alleuari uentositatẽ ipsam puto continerí in concauitate membrorũ dolentium quoniam si esset interclusa in parietibus intestinorum aut stomaci non ita de loco ad locũ pmutaretur dolor ut notũ est per ea que mihi scripta sunt arbitror hunc dolorẽ posse dici inter dum stomacum cum in ptibus stomaci continetur aliquando dici intestinalẽ quando ĩ ipsis molestat neq; puto negandum esse causam doloris interdũ matrici cõmunicari. Qualitercũq; tamen sit in cura non erit multa differentia. ista dispositio ẽ grauis et difficilis grauis quia dolor bonam prohibet fieri digestionem mala autem digestio est causa fere omnium egritudinum que fiũt in corpore. xiii. tertii difficilis est propter sui longitudinem cum iam sint anni duo quibus ipsa molestatur faciliter etiam posset in ydropẽ incurrere. unde ypo. iiii. amphor. quibuscũq; tortiones circa umblicũ et lumbos et dolores et dolor nõ soluitur neq; farmaciis neq; aliter in ydropẽ siccam conuertitur. Cura istius dispositionis pficitur duobus instrumentis dietã. s. et potione. Dieta consistit in debita sex rerũm nõ naturalium admistratione de potione post nũc de dieta et primo de aere incipiam. Postponẽdo regimen per dietã tãquã minus nunc necessariũ scribũtur que circa potionẽ sunt scripta et per egrotantem assumpta.

## Cura per potionem

quattuor habet intentiones. Prima materiam a qua surgit uentositas digerat. Secũdo materiam digestã euacuat. Tertia diuertit. Quarta carminat uentositatem et ipsam dissoluit et hec sola intentio aliquãdo sufficit et hoc si uẽtositas esset pauca et precipue pendẽs a causa primitiua. Sed ubi esset multa et fortis ab ea incipe nõ debemus nisi corpus prius euacuatum fuerit faciũt. n. uentositatẽ carminantia ante euacuationẽ dolorẽ fortiorẽ et non solũ ab intra administrata sed etiam ab extra.

## Prima intentio sic ad

impletur. Recipe oximellis simplicis. ℥. i. seciperi squinãti nigelle anisi ameos anna. ℥. se. mellisse camedreos camepiteos anna. m. i. decoquantr̃ predicta in sufficiẽti quãtitate aq. postea coletur et de colatura accipiatr̃. ℥. iii. et addatur oximelli supradicto. et iste est potus ꝓ una uice istũ potũ digestiuũm materie flegmatice a predominio et respicientẽ humorem melancolici q sunt in stomaco et intestinis ac matrice sumat ista domina in aurora calidum et ĩ pm taliter cõtinuet octo aut decẽ dieb9 quo usq; appareat phisico presenti digestio humorum per urinam.

## Secunda intentio.

Euacuet deinde materia digesta iuxta intentionẽ secundã. Recipe passularũ enuclearũ. ℥. se. liquiricie rase. ʒ. ii. anisorũ carui anna. ʒ. i. se. cassie lignee. ʒ. i. fiat decoctio de qua accipiatur qtũ sufficit ad dissoluendũ diacatholiconis. ℥. sem. electuarii indi. ʒ. iii. et fiat potius plus tamẽ et minus detur de predictis electuariis scd̃m ꝙ uidebitr̃ pstãtie phisici psentis istũ potũ solutiuũ et erradicatiuũ materie flegmatice et pũm melãcolice postq̃ materia fuerit digã ordie et mõ q consueuit seruari a doctis phisicis sumat ad eãdẽ itentionẽ ualẽt pill. de serapino. Reci. pill. de serapino. ℈. ii. pil. indarũ. ℈. i. misce et fiãt pill. vii.

## Tertia intentio.

Complectũ fricationibus a supioribꝰ ad inferiora trahẽtibꝰ cum positione uentosarũ infra locũ doloris cũ clisteriis et similibus.

## Quarta intentio.

Carminetur etiã uẽtositas et dissoluatur iuxta itentionẽ. iiii. Re. ameos leuistici bacarũ lauri cimini se. rute nigelle piretri costi an. ℥. se. florũ cãomille mel liloti an. m. i. se. pistetur et fiat saculus cũ tela linea rara et calefiat et loco dolẽti supponatur cũ uero refrigeratur recalefiat aut sumantur res supradcẽ et buliãt in sufficienti qntate aq i qua infũdatur spõgia aut filtrũ et expssa loco dolẽti approximetur et renouetur cũ ifrigidatr̃. itẽ Re. liuistici cimini ameos bacarũ lauri nigelle se. agni casti an. ʒ. i. se. laudani. ʒ. iii. pistetur oĩa et buliãt in. ℥. iiii. uini maluatici et. ℥. iii. olei rosacei usq; ad consumptionem uini. Postea coletur et cum hac colatura ungatur locus dolens post facellationem

aut fomentationē. Si appareat presenti phisi-co ut ista uentositas magis penderet ab humore melancolico fiat ista fomētatio Recipe pulegii sansuci aneti mente apii dauci anna. ʒ. i. sem. decoquant in aceto forti uini in quo spōgia infundat et loco dolēti approximet. De rebus ab intra approximādis est electuarium de bacis lauri cui nihil est par in dissoluēdo uentositatē secundū Rasis. ix. almāsoris. ad idē ualet et a me exptum diaspmaticon. i. electuariū de sēibus q ponit in antidotario Mesue. Et ad idē ualet diagalāga et diaciminum et dianisum. de aliquo istorū exhibeat secundū q fuerit uisum medico presenti. Species quibus sup cibaria uti potest. Recipe gariofilorū macis cinamomi electi galāge anna. ʒ. ii. ligni aloes corticū citri anna. ʒ. i. sem. anisi. ʒ. i. sēis feniculi. ʒ. iii. liquiricie zeze. anna. ʒ. i. sem. pistent omnia subtilissime et cribent et addatur zucari albi ad pōdus oīm et fiant species. Clisteria usualia sic fiāt Recipe decoctionis capitis castrati in qua decoquat boraginis cū radicibus suis et buglosse anna m. i. anisorū carui anna. ʒ. sem. deinde colet de qua capiat lib. i. sem. cui addantur zucari rub. ʒ. ii. benedicte. ʒ. vi. olei de lilio olei de aneto anna. ʒ. i. sem. salis parū fiat clisteriū q si dolor multū infestaret huic decoctiōi addatur castorei. ʒ. se.

¶ Bauerius de Baueriis.

Obilis uir galassus de zobolis habet egritudinē que Desnie uocatur quā etiā asma possumus appellare si ipsam cōiter accipimus queādmodū facit Rasis. iiii. continētis. Proprie tamen asma sumit p anhelitu frequēti et laborioso q est similis ei q euenit currēti et laborāti quemadmodū accepit Auicē. x. tertii. dū dixit asma est egritudo pulmonis. s. pp causam existentē in pulmone sine a postemate cū qua patiens non inuenit excusatione ab anhelitu frequenti sicut est qui laborat prefocatur et festinatur. Proprissime tamen dicitur asma malicia anhelitus proueniens ab humoribus grossis et uiscosis existentibus in pulmone impedientibus liberū aeris ingressum Et isto modo sumptū dicitur asma uerū. unde. iiii. cōtinentis dixit Rasis asmaticū fore ueraciter eū qui in pribus canalis pulmonis habet humiditates multas uiscosas phibentes earū uiscositate ne attrahat aeris qtitas oportuna. In proposito puto asma sumptum modo primo uerificari de dispositiōe istius nobilis uiri. Causa istius dispositionis est materia flegmatica uiscosa existēs i cana pulmonis aut i artaria ipsius pulmonis et ramis ipsius puis uel est contenta in porrositatibus pulmonis et locis ipsius uacuis. Et hec materia taliter in pulmone existens quandoq; ē ad pulmonē ueniens ex capite interdū expellit ab aliis membris aliquando uero generat in ipso pulmone ratione cōplexionis ipsius pulmonis frigide. debilitatur eni tunc eius digestio. unde in eo fit flegmatis multiplicatio. et cū propter debilitatem expulsiue uirtutis pulmonis non expellatur remanet ibi et phibet transitum aeris ad ipsum cor et precipue quādo cor indiget pluri aeris quantitate hec sententia habetur ab Auic. x. tertii cap. de asmate et a Gal. iiii. de interioribus et a Rasi. iiii. continentis. in casu predicto arbitror materiam istam in pulmone prouenire a cerebro cū sit frigidū et humidum ut apparet consideratis signis humiditatis cerebri. Et etiam nō dubito ptem ipsius materiam in pulmone per uiam indigestionis multiplicari quoniam omis egritudo cuius tempus prolongatur est frigida secundum omnem modū prima tertii cap. de cura emigranee. Et humor supradictus potest facere asma sua quantitate quia sua multitudine aliquando modo sue substantie quoniam grossus aut uiscosus arbitrandum est facere sua uiscositate et grossitie. Ex his concludere possum quod egritudo ista quam iste uir nobilis patitur est asma cōmuniter acceptum antiquum ex tempore contractū. cuius causa est humor flegmaticus pro pte a capite fluens et pro pte in pulmone per uiam indigestionis multiplicatus et sua grossicie et magis uiscositate opillās canā pulmonis non integre et artariam uenalē et eius ramos et forsan locatur in porrositatibus pulmonis prohibens sua uiscositate eius dilatationē conuenientē. et illa q opillat artariā et eius ramos phibet aerē ad cor trāsire ad eius refrigeriū et fumos et aerē factū ineptum ad eius cordis refrigeriū egredi. Ex qbus apparet causa difficultatis inspirationis et expirationis. Ex his omnibus manifeste cōprehendit difficultas magna cure istius dispositionis tum propter eius antiquitatē tum etiā propter difficultatē educēdi materiā a pulmone et quantā difficultatem habeat faciliter cognosci pōt ex Auic. x. tertii cap. supra allegato. Cum dixit hec egritudo cum accidit decrepitis forsasse non sanatur nec maturatur quomodo enim cum ipsa in iuuenibꝰ etiam sit difficilis secundū plurimum. Signa asmatis cōiter accepti ad sensum nota sunt.

cum uideamus istum nobilem uirum pati an nelitus difficultatem precipue cum paulo for tius laborat consueto. unde Rasis. ix. alman soris cum aliquis patitur tussim et perinde ae rem attrahit quemadmodū post cursum fit et cum iacet suppinus est ei deterius. et cū sedet uel stet rectus est ei melius supple asma patit. Signa asmatis puenientis a materia conten ta in cāna pulmonis est constrictio dixit Aui cē. cap. supra allegato in principio annelitus .i. circa principia pectoris superiora et est cum excreatione. i. cum uoluntate excreandi et he sitatione. i. cum labore et retentione materie stantis. s. apparet q materia retineatur quan do enim excreatur et spuitur cum sic pacien tes putent excreasse et totum spuisse q oppil lat adhuc remanet materia que opilat ppter ei us multitudinem aut grossiciē uel uiscositatē et adest grauitas. s. sensata in pectore propter materiam i eo retentā et illud quod expuitur apparet proueniat ex loco propinquo. Sed si materia fuerit in arteria et ramis suis conten ta erit pulsus tremulus imo cum fuerit asma forte perducit ad cordis tremorem hoc signū sumitur a Gal. in cōmento pulsuū et Auicē. loco allegato. Quod si materia contenta fue rit in porrositatibus et locis uacuis pulmonis non aderit tussis. s. fortis quamuis in asmate semper sit aliquid ledens operationes pulmo nis. et per hoc uirtus expulsiua pulmonis de nocumēto percepto deberet moueri ad expel lendum nocumentum siue rem ledentem que expulsio fit cum motu tussis. Experientia ta men uidemus non in omni asmate aduenire tussim. Nam quemadmodū non omne nocu mentum adueniens pulmoni causat disniam sic nec omnis res ledens pulmonē causat tus sim cum enim materia cōtinetur in uenis pul monis aut ipsius porrositatibus non cōmuni cans nocumentum in canali ipsius. et ita non prohibet transitum liberum aeris nec exitum uaporum precipue cum non fuerit mordicati ua uidetur posse interdum asma facere. licet pro tunc tussim non causet Et hoc uidetur uo luisse Auic. x. tertii cap. de tussi. cum dixit. si materia effusa a superioribus fuerit tūc dum ipsa permanens discurrens super canam pul monis sicut discurrit aliquid super parietem tunc plurimum non cōmouet tussim imo non nisi offendatur in spacio cāne aut nisi mordi cet. Signa q materia a superioribus fluat ad pulmonem est quia difficultas annelitus acci dit subito. Si uero non descendat a superiori bus et difficultas annelitus fuerit paulatim. ē propter materiam que in pulmone aggregat

cum plures alie quā predicte possent esse cau sa asmatis et earū possent signa poni ne scrip turam in longum magis traham quā expedi at a scribēdo me continui precipue cum putē presentis dispositionis causas esse sufficienter assignatas.

## Cura dispositionis de

qua presens est sermo completur dieta et poti one. Dieta consistit in debita administratiōe. sex rerum non naturaliū in quibus ordinant. dis ponam primo que debent uitari. deinde q conueniunt ab aere incipiens.

## De aere.

Dico q uitare debet aerem grossum nebulo sum et uentosum et trahere moram in locis a quosis et secus paludes aut stagna hec loca ui tanda sunt in quibus perflant uenti et pcipue au strini et boreales et camera sua non sit i lo cis terraneis nec ineuētatis et humidis nō su scipiat ad pedes frigus nec teneat caput disco opertū nec ipsum caput teneat nimis calidum nō stet in loco ubi conflant metalla et preci pue argentū uiuū nec ubi sit fumus et puluis et precipue lini aut frumēti locū sue habitati onis eligat in aere claro et subtili ad caliditatem et aliqualē siccitatē declini sitq sine pul uere et fumo nō clausus quietus tamē et sit in ter duo solaria a terra remotus caput teneat ta liter copertū ut nō sentiat frigus nec extuet et pectus cum pannis subtilibus siue leuibus ca lidis calefiat moderate.

## de accidentibus ani

me. Vitare debet tristitiā sollicitudinē furorē ira tamē moderata nō nocet imo cōfert curet letari gaudere propośse.

## de motu et quiete.

Nocet exercitiū forte quomodocūq fit in sui principio sed exercitiū tempatū cōfert debet in principio fieri exercitiū cū tarditate incipiēdo a motu tardo. unde dixit Rasis. iiii. cōtinētis uelox principiū exercitii excitat asma in fine uero exercitii debet fieri cū uelocitate non ta mē tale sit q pducat ad anxietatē et extuatio nē. Et Auic. dixit cap. supra allegato exerci tiū bonū in hoc ē ut fiat gradatio ex tarditate ad uelocitatē ut nō faciat accedere festinatio ī exercitando prefocationem mouendo materi am laboriose et fieri debet exercitiū qualiter dictū ē stōaco ieiuno prius pulsis supfluitati bo prie et scd'e digōis post cibū sit otētus pau co exercitio cū leui ābulatōe cū fuerit purgata

aut uomitum fecerit confert legendo uocē eleuare. unde Rasis. iiii. continentis eleuatio uocis longe in legendo iuuabilior est aliis medicinis ad destruendū materiam asmatis et tussis multe humiditatis eo quod inde multū erit sputum. Et Auic. dixit ex regimie. in hoc est. administratio uocis cū eleuatiōe gradatim ad fortitudinem et longitudinem procedendo caput quoqꝫ quolibet mane diu leuiter i loco calido pectinet et leuiter fricet. conueniunt fricationes cum manibus calidis brachiorū et pectoris et ptium inferiorum. deinde succedant fricationes asperè cum panno lineo et pcipue cum quiescit a labore post exercitium fricationes ad pectus fieri non debent tempore uehementis difficultatis anhelitus.

## De somno et uigilia.

Somnus longus nocet et cum fuerit factus imediate post cibum assumptum et omis somnus diurnus est uitandus et somnus nocet re suppinus et qui fit capite depresso. Sit somnus nocturnus incipiens post cenam ad horas duas et sit sex aut septem horarum ad amplius confert Auicē. loco ubi supra somnus plurimus et proprie somnus dici et somnus post cibum. s. imediate uel post paruum spacium factus est res nocibilior eis et sit capite eleuato et pannis tecto decenter in loco a uentis clauso ꝙ si ob aliquā causam contingeret in nocte non dormire dormiat de die quasi sedēdo nec prius sic dormire incipiat donec trāseant hore tres aut ad minus due a fine prandii.

## De cibo et potu.

Vitare debet panem ordeaceum et de spelta et panem de frumento nō bene fermentatū nec non bene coctum et omnes pultes et crustas adipatorū et fritellas omnes et uniuersaliter omnia cibaria de pasta facta et nocent omnia legumina in quibus est inflatio. unde Auic. oportet ut uitet omne granum in quo ē inflatio. Dimittanť carnes grosse et uiscose et omnes que sunt difficilis digestionis et lac et caseus et quecūqꝫ ex lacte fiunt et oua frixa et illa que adeo cocta sunt ut iam sint facta dura. et omia uiscera quadrupedū et que sunt multum unctuosa ut dixit Rasis. ix. almansoris a cibis grossis et acetosis et stiticis abstineat.

Conuenit panis ex farina boni frumēti a q̄ ex toto nō sit furfur excussum sitqꝫ debite coctus et cōuenienter fermentatus in cuius confectione ponatur aliquid salis anisi aut ciminiet sit unius diei non amplioris tēporis trium dierum sitqꝫ a corticibus mūdus. Ex carnibus conceduntur lepores caprioli et uulpes imo pulmo uulpis est res optima huic egritudini qualitercūqꝫ accipiatur aut solus aut cū rebus aliis et similiter pulmo erini edine carnes conueniunt et conceduntur carnes castrati iuuenis et uituli lactantis. Ex uolatilibus conueniunt perdices fasiani coturnices francolini turtures pipiones escam querentes uolando et precipue siluestres turdi meruli alaude et relique aues parue degentes in nemoribus et capones iuuenes et pulle. ex istis carnibus ex pinguibus eligantur macre siue carnose. unde Rasis. iiii. continentis et non solū ex quadrupedibus eligantur macre sed etiam ex auibus. Et Serapio eligatur omne ꝙ non est pingue ex auibus quarum pastum non est in paludibus et cānetis. Et predicte carnes prepentur asse et non frixe nec elisse. et si interdum elissentur cum eis decoquantur herbe calide subtiliatiue et incisiue sicut ysopus saturegia serpillus petrosillus et similes et cōdiantur cum speciebus que sic fiant. Recipe piperis. ʒ. se. cinamomi carui anna. ʒ. ii. zenze. ʒ. iiii. macis. ʒ. ii. coriandri sicci. ʒ. vi. croci. ʒ. ii. pistentur et fiant species. Et predicte carnes comedantur cum sapore facto ex lacte amigdolarū et suco arantii zucaro gariofilis cinamomo et zenze. et mustarda facta cū sapa per interualla conceditur et salsa facta cū menta ysopo saluia serpillo et succo limonum aut arantii. Pisces sint in raro usu cum comedantur sint pisces pui squamosi petrini in bonis aquis currentibus capti et decoquantur ī uino albo cū aromatibus suprascriptis et herbis calidis et conceduntur uitelli ouorum sorbiles. Ex oleribus cōceduntur. dixit Serapio nasturgium rafanus origanus calamentū terrestre et mōtanum sinapis ysopus mēta et blita quāquā ponatur frigida. et cōceduntur feniculus petrosillus serpillus spagus borrago centrū galli concedūt aliqui bolū porri in pricipio mense cū melle et nōnulli allia cocta cetera acrimonia debent euitari ex fructibus cōceduntur carice dactili passule enucleate dulces pinee pistachia sebestē auellane torrefacte amigdale dulces et amare a reliquis abstineat grana tamē pini prius debent in aqua calida lauari postea i umbra exsiccari inde cum zucaro condiri. Cōuenit brodiū cicerum rubeorū precipue quādo cicer fuerit coctū in eadē aqua in qua fuit infusū. Vitare debet uinū nigrū grossū ponticū acetosum et uinū nouū et turbidum. unde Galie. in lib. de attenua. dieta uinum nigrum simul dulce et austrinū

inutile est eis que secundū thoracē et pulmo/ nem passionibus cronicis et his adhuc magis quecūq pontica sunt euitentur. Conueniēs est uinum album subtile clarum uetus odori/ ferum cum aqua mellis limphatum in hieme cum aqua zucari in estate et de eo pauca quā titate. unde Rasis Mesue oportet ut expectēt super cibum diu deinde bibant parum uini post horam cum tamen difficultas anhelitus i ualesceret propter aliquam causam loco uini utatur aqua mellis et confert uinum dulce ad mixtum cum aliquo subtiliatiuo. unde Auic. ex uinis dulcibus admixto cum aliquo subti/ liatiuo est iuuamentum propter illud q in eis est de abstersione et linificatione et calefactio ne equali hec subtiliantia uino admixta sunt sicut cinamomum semē feniculi calamentum sinsibrium zenze. gariof. et similia possūt il la uel aliqua istorum in aqua bulire et cum ea uinum limphare uel sumatur aqua sublimati onis ysopi saluie calamēti et similium. et hoc si non affuerit febris si uero adesset limphet cum aqua capillorum ueneris aut ungule ca/ balline et similium et aqua pulmonarie quan/ do decoquitur cum cimino et bibitur cum ui/ no est notabilis iuuamenti. in eadem mensa non multiplicet diuersa cibaria nec diuersa ui na sed sit contentus uno cibo et uno uino nec usq ad facietatem comedat sed a mēsa surgat cum reliquiis famis nec prius comedere inci piat quā ad sit appetitus. et cum uerus appeti tus fuerit non differat comestionem nec cibū frigidum comedat nec uinum multe frigidita tis sit quantitas pauca et quanto materia ē am plior tanto quantitas uini sit minor et oportet ut elongatio sit inter cibum et potum et breui ter uolūt auctores q si possibile est sumatur cibus absq potu et potus differatur quoad ci bus sit digestus q si non fuerit possibile pro pter anhelitus frequentiam et musculorū pec toris laborem qui exsiccantur quare sitiūt dif ferant quantum possunt et tunc parum bibat et non repleatur multo cibo sed potius in plu res uices parciatur. nam repletio multum cō primit diaflagma et sic augmentat difficultatē anhelitus ante cibum et post quando surgit a mēsa utatur tragea que sic fit. Recipe zenze. ʒ.ii. cubebarum galange cardemomi anna. ʒ.i. irreos origani macis anna. ℈.i. gariofi/ lorum. ʒ. sem. anisorum feniculi ameos an. ʒ.i. sem. cinamomi. ʒ.iii. zucari quantū suf/ ficit de hac tragea sumat medium coclearium ut dictum est ante cibum et post omni diligen tia curet ut uenter sit lubricus ita q omni die habeat uentris beneficium bis aut semel secū dum consuetudinē q si exsiccaretur utatur re bus lenitatem facientibus sicut est ius gallo/ rum antiquorum et gallinarum antiquarum. unde Auic. dixit ius gallorum confert eis et multi ponunt in uentre galline quando deco/ quitur de cartamo polipodio aniso et cimino et ad idem ualet brodium mercurialis cum sa le una ebulitione feruerit et sumatur cum zu caro rubeo aut utatur carnibus pinguibus cū zenze. uel medulla cassie fistule confecta cū zeuze. cartamo et zucaro rub. coitum uitet aut plurimum minuat.

## Cura per potionem.

habet quinq intentiones. Prima est materiā digerere. Secūda est ipsam euacuare. Tertia uero est ipsam diuertere. Quarta est reliquias materie fortiter exsiccando cosumare. Quin ta uero succurrere accidentibus.

## Prima intentio sic ad

impletur cum infrascripto syrupo Recipe ra dicum ungule caballine capillorum ueneris lingue ceruine foliorum centri galli turionū feniculi recentis radicum euisci liquiricie scis malue anna. m. i. florum sticados arabici sal/ uie origani anna. m. sem. decoquantur in suf ficiēti quātitate aque et incolatur et addatur zu cari quantū sufficit et fiat syrupus Recipe sy/ rupi suprascripti. ℥.ii. aque capillorum uene/ ris et scabiose et mellisse anna. ℥.i. misce iste est pro una uice sumat calidum i aurora et cō tinuet octo diebus aut tamdiu donec apparue rit digestio in urina medico presenti. Recipe capillorum ueneris. ℥. sem. corticum radicū feniculi. ʒ.iiii. liquiricie radicū maluauisci. anna. ʒ.ii. radicum lilii contusarū corticum citri anna. ʒ.iii. passularū enucleatarū. ℥.i. ysopi sicce. ʒ.ii. caricarū pinguiū sex nume/ ro sticados centauree minoris anna. ʒ.i. se. decoquantur omnia in sufficienti quantitate aque postea coletur et colature addatur mellis despumati quantum sufficit et fiat syrupus. Recipe syrupi suprascripti. ʒ.ii. aquarū enu/ le ysopi sicce et prassii. anna. ℥.i. iste est syru pus pro una uice si syrupus uoluerit magis i cisiuum et subtiliatiuū et abstersiuum prece/ dente capiat istum mō de priore dicto. Ad eā dē intētionē ualet loth q sic fit. Recipe liqri/ cie ysopi cinamomi anna. ʒ.vi. sebestē iuiu/ barū anna numero. x. passularū caricarū da ctilorū anna. ℥.ii. fenu greci. ℥.ii. se. capillo/ rū ueneris. m. i. anisi feniculi. yreos calamē/ ti scis lini anna. ℥. se. decoquantur oia in libris quatuor aque donec reddeat ad. ℥. sem. postea

coletur et colature addantur penidiarum. ʒ. iii. et decoquantur usq; ad mellis spissitudiné tunc super emittantur pinearum amigdalarú dulcium scorticatarú liquiricie draganti gummi arabici anulli anna. ℥. iii. yreos. ℥. i. sem. aristologie rotúde seis urtice cardemomi ysopi sicce. anna. m. i. pulmonis uulpis sicci. ℥. iii. et omnia bene incorporentur dosis. ℥. iii. mane et sero sequente illico potu aquarú ysopi scabiose et capillorum ueneris sumédo de qualibet earum. ʒ. i. iuuatur etiam materie digestio fricando pectus cum mandilí calido et postea ungere cum untione que sic fit. Recipe olei de yreos olei amigdolarú amarú. ℥. ii. olei laurini. ʒ. sem. dialtee. ʒ. vi. misse et cum manu calida optime pectus fricetur cum materia cum aliqua supradictorum auxiliorú digesta fuerit ueniamus ad secundam intentionem que sic perficit.

## Secunda intentio.

Recipe agarici. ℥. ii. radicú lilii albi prassii anna. ℈. ii. turbit. ℥. ii. et. ℈. ii. yerapig. ℥. iii. colloquintide rectificate secundú doctriná mesue et sercacolle. anna. ℈. iiii. terantur et perficiantur cum uino cocto subtili et fiat magdalion ex eo cum opus fuerit fiant pille. viii. p. ℥. istarú pill. dantur a. ℥. sem. usq; a. ℥. i. per horas nouem post finem cene precedentis imediate sequentis post assumptioné syruporum aut lotus super quas potest una hora dormire inde uigilet donec transeant hore quinq; ab hora sumptionis et tunc accipiat. ʒ. iiii. aque ordei cum. ʒ. sem. zucari ru. inde ad horam comedat non multo cibo se grauet. Aut Recipe caricarum sebesté passularum liquiricie ysopi capillorum ueneris anna. ʒ. sem. polipodii. ℥. iii. turbit. ℥. ii. sem. terantur et decoquantur in lib. i. sem. aque donec redeat ad ʒ. v. et coletur et colatura calida exhibeatur modo supra dicto de pill. si medicina in potu sit sibi magis grata capiat prescriptam que ponitur a Rasi. iiii. continentis de rebus ualde iuuantibus secundú Serapioné et Auic. est uomitus qui sic fit. Recipe radicum rafani. ʒ. i. sem. figantur in eo radices ellebori albi per diem et noctem postea remoueatur et incidantur radix rafani et buliat in lib. i. sem. usq; ad consumptioné duarum ptium postea colature addatur oximellis simplicis et eo fortius ó oximellis squilliticum. ʒ. ii. et totum tepidú exhibeatur et post uomitum stet horis duabus antequá comedat ualet etiam ad eandem intétionem clistere que sic fit. Recipe fuci ficle fusci mercurialis anna lib. i. decoquantur in eis agarici epithimi anna. ℥. ii. et postea colature addatur electuarium indi maioris. ℥. vi. olei de ruta olei de camomilla anna. ʒ. i. sem. salis ℥. iii. et calidum stomaco ieiuno supponatur potest hoc clisteri uti frequéter quoniam multum iuuat.

## Tertia intentio.

Diuertatur materia iuxta intentionem tertiã fiant fricationes fortes ad ptes extremas ponantur uentose super nates et in uentre sub umblico et fiant ligaturé dolorose iuxta inguina. et quia materia pro parte ad pectus fluit fit intentio ad sistendum catarrum cum his q̃ secunda quinta tertii dicuntur istorum diuertentium utatur modo uno modo alio.

## Quarta intentio.

que est finire et educere residuum materie q̃ in pectore remansit post euacuationem quam precessit digestio compleatur uariis instrumentis. Recipe satureie foliorum ysopi prasii leuistici florum yrreos radicum enule abrotani thimi antea sublimentur omnia per alembicum de hac aqua detur. ʒ. iiii. mane et uespere hoc enim subtiliat materiam grossam et resoluit et consumat et iuuat ad execrádum ad idem faciunt pill. Rasis. iiii. continentis que sic fiunt. Recipe sulfuris foliorum rute mirre absinthii aristologie rotunde nigelle sinapis anna. ℥. sem. fiant pill. sicut grana ciceris cum aqua ysopi ex quibus detur una de mane altera de sero. Item ualent ad eandem intétionem pill. facte ex sandaraca et rasina de q̃bus fumatur. ℈. i. mane et uespere cófert suffumigium factum ex foliis et radicibus farfarelle que est ungula caballina cum in aqua decoquitur et per embotum fumus recipitur ad os ut apparet per Gal. vi. de simplici medicina. et ex suffumigiis siccis ualentibus est ut fumatur castoreum et supponatur prunis calidis et fumum recipiat ad nasum et os et similiter fieri potest ex sulfure quod ad idem optime facit usus istorum auxiliorum debet esse post materiei euacuationem et utatur modo uno modo alio.

## Quinta intentio.

De intentione ad accidétia que fuit quinta si cum predicta dispositione accideret febris nó dentur medicine multum calide sed utatur iulep facto ex capilli ueneris liqutricia lingua bouina feniculo recenti et seie endiuie et ci

crulli et sebesten et uiolis ꝙ si febris fuerit de bilis predictis addantur carice et passule dul/ces. Si anhelitus multũ plus solito difficultaretur fiant fricationes ad extrema fortes fiat clistere supra ordinatũ. Gargarizet frequen/ter aquam decoctionis caricarũ calamenti se/besten passularũ capillorum ueneris et liqui/ricie et conetur spuere. Et postquã gargarizauerit ponatur in ore quantum est auellana de mistura que sic fit. Recipe loth de pino diapenidion diantos diadraganto misce si alia fue/rint accidentia recuratur ad earum capitula et eis succurratur.

¶ Bauerius de baueriis.

X litteris ue stris quas accepi non potui magno dolore non cõmoueri cum intellexerim uos mala ualitudine scie seu anche torqueri. Sed cũ audiuerim prestantiam magni uiri doctoris celeberrimi curã uestrã tenere lenius est dolor sperãs sua eximia uirtute pristine sanitati uos restituet. Ego ꝓ debito meo et ut uoto satisfaciam uestro scribam q̃ mihi uidebuntur moderabitis tamen omia ut magrõ apparebit. Dolor sciaticus a scia deri/uatur scia nomen ẽ grecum ꝙ latine ancham nuncupant. Ancha uero a doctoribus nostris duobus sumitur modis modo uno ut accipit pro sola iunctura cõposita ex osse anche et ex osse coxe. Nam in osse anche est quedã cõca/uitas que pixis uocatur in quo est superior extremitas ossis coxe que uertebrũ dicitur et in ea pixide reuoluitur ista iunctura duorũ ossiũ ancha appellata est. Secundo modo sumitur large pro iunctura iam dicta comprehẽdendo natem et coxam large sumptã proprie dicitur ancha sicut modo subscripto dicitur scia secũdum quã diffinitionẽ uoluerũt quidã ꝙ scia differt ab ancha et ita dolor sciaticus a dolore anche. Attamen a doctoribus nostris ancha pro scia aliquando accipitur et scia pro ancha Dolor tamen cum fixus pmanet in loco iuncture siluestri uel posteriori et descendit retro per coxam ad genu et inferius tũc dicitur dolor sciaticus. sed quãdo dolor est fixus in iũctura anche siue in parte exteriori siue in par/te interiori ex pte inguinũ et non descendit ꝑ ptem siluestrẽ nec domesticã ad inferiora tũc dicitur anche. unde Rasis in lib. diuisionum Cum dolor est in ancha et nõ remouetur ab ea donec tendatur ad coxãm tunc ipse est do/lor anche purus. et quando extẽditur usq; ad coxam et lacertũ cruris et pedẽ tunc est sciatica. Et Auic. xxii. tertii. Sciatica est pessima dolorũ iuncturarũ et est dolor qui icipit a iũctura ante et descendit retro ad coxam. Et quãdoq; extenditur ad genu et calcaneũ et paulũ infra. dolor anche est ille in quo dolor ẽ fixus in ancha qui nõ descendit nisi cum permutatur ad sciaticam. Et ex istis facile potest compre/hendi nomen egritudinis qua laborat prestantia uestra. Causa istius dispositionis materia est flegmatica cui aliquid colere est admixtũ. unde ut plurimũ fit ab hac materia. ũde Auice. . xxii. tertii. ut plurimum fit a materia flegmatica cum colera deinde a colera deĩde a sanguine raro autem a melanconia. Confirmatur autem hoc iudicio magri et humiditas flegmatica in uobis abundans precipue i capite huic aliquid colere ammiscetur propter epar uiri ꝙ uniuersaliter calidũ est. Et hec materia du/plex una que est causa cõiuncta siue imediata que est materia sciatica contenta et imbibita ĩ ligamento ꝙ coniungit uertebrum cum pixide. unde Auic. ubi supra. Materia sciatice ut plurimum est in iunctura et procedit ex ea in neruo lato. i. in ligamento et facit extensionem ptium circũstantium. Alia est materia q̃ est causa antecedens que non est in scia sed ẽ apta merito sue qualitatis aut quantitatis ad eam compelli. Et huius materie plures possũt esse cause uidelicet mala complexio membrorum istam materiã mandantium aut negligẽtia consuetarũ euacuationũ indebitum regi/men sex rerum non naturaliũ sicut statio in aere nimis frigido aut nimis humido nimiũ ocium motus superfluus post cibum comestio rerum dure digestionis et rerum frigidarum et humidarũ nimius somnus superflua uigi/lia superfluus coytus. Modus generatiõis nã humor flegmaticus cui aliquid colere est admixtum in corpore multiplicatur cũq; ab eo natura grauatur pellit ipsum ad ptem sibi ap/tiorem est aũt aptior que est debilior naturaliter aut accidentaliter minus resistens mẽbris transmittentibus concurrit etiã ad hoc latitu/do uiarum inter membrũ transmittens et mẽbrũ suscipiens ꝙ est iunctura. unde Serapio tractatu. iiii. sui breuiarii. Scias ꝙ in omni/bus membris prepatis ut accidit aliquid ex e/gritudinibus que sunt ex materiis necessariũ est ut aggregẽtur iste due cause. s. multitudo superfluitatis et debilitas membri recipientis Et hec debilitas est naturalis in principio uel actualis propter aliquid lesionis cuius euetus precessit decurrens superfluitas uersus iunc/turã. primo replet uenas et arterias magnas. deinde aucta replet minores perueniens usq;

ad capillares deide per orificia et porros corũ ad concauitates affluunt iuncturarum et misceatur humiditate flegmatice aliam delegante et in illam replet et procedit ex ea in ligamentum connectans unũ os cum alio.s. pixide cũ uertebro.unde Auic.materia sciatice ut plurimum est in iunctura et procedit ex ea in neruo lato.i.in ligamento.amplius autẽ materie impellunt hinc et inde ad cathenationem ossium querens ipsorum disgregationẽ impellunt etiam panniculum colligãte et impellunt musculos in circuitu existentium et eos replent ossorum exuberando concauitatẽ soluunt atq ipsorum alterant complexionem ad illud quod preter naturam est et sic tremorem et dolorem causant et secundum q materia diuersificatur in paucitate et multitudine sua uariatur eius operatio quãto materia fuerit amplior tanto ad plures ptes et magis remotas extenditur et econuerso. Et quãuis extendatur ad alias ptes dolor tamen remanet i scia fixus. Et ex hoc apparet q cum materia dolorem causans sit in cõcauitate uicina et ligamento et locis circũstantibus et hec iunctura sit multum profunda difficulter est hãc materiam euacuare. Et quia ancha supposita est membris superioribus facilis fit ad eam materierum casus.

## Cura istius dispositio

nis tribus medicinalibus perficitur instrumẽtis.s.dieta et potione et cyrugia. De dieta primo agetur quod in cura sit necessaria apparet per Serap.ubi supra cum dixit. Non oportet ut sit contactus secundũ prudentiã in regimine medicinarum tantũ imo oportet ut administres simile eius in eis que comedant et bibuntur et uniuersaliter in reliquis regiminibus in ordine diete prius ponentur necessaria et euitentur secũdo iuuatiua ut approximẽtur. Et primo in generali deinde in speciali. de nocentibus sũt aer grossus et turbidus nã relaxat iuncturas et eas reddit ad recipiendũ materias patas. Et ex nocentibus ẽ ira furor longa et fortis tristitia et omnia anime accidẽtia ad indigestionẽ facientia. Et ex eis ẽ labor et exercitiũ forte et proprie immediate post cibum. Nocet balneatio in aquis calidis et humidis cuiusmodi sunt in stufis et somnus diurnus.et precipue si in nocte precesserit somnus sufficiens et non minus nocent imoderate uigilie.sunt de nocẽtibus omnes cibi et potus digestionis difficilis aut multe quantitatis aut qui sunt multi nutrimenti aut multum humectantes.unde Auic.ubi supra uitetur caro in eo q est factum de egritudine hac.i.dũ infestat egritudo.q si fuerit necessariũ uti carne propter debilitatẽ aut aliam causam tũc detur caro auis montane ut perdices aut aliarũ bonarum auiũ degentiũ in locis siccis et caro leporis et galgelli.i.caprioli et omis caro paucarum superfluitatũ nocent herbe omnes humide ut lactuca et portulaca et omnes similes et fructus huiusmodi cerasa pruna mala et pira.unde Auic.oportet ut dimittatur uinũ omnino usq quo sanetur ex eo sanatiõe integra et ueniant super ipsum quattuor tempora id est dũ transeant et compleantur quattuor tempora morbi.uerũtamen oportet ut cõsuetis dimittat secundũ gradationẽ hoc est siquis per abstinentiam a uino uult se preseruare a doloribus iuncturarũ et sit uino assuetus ipsũ gradatim dimittat et non subito. Aer sit declinãs ad caliditatẽ et siccitatẽ. Sitq clarus et euẽtatus et odoris boni. Locus habitationis sit in solario non propinquis cursibus aquarũ nec cloacis. Sit iocundus letus bene sperans de cura egritudinis uestre.unde Auic. Et cũ succurritur doloribus iuncturarũ in primis cũ apparent fit cura eorum facilis q si confirmatur et assuescant proprie ille qui generat ex humoribus diuersis non curatur in principio egritudinis et quousq steterit materiei fluxus caueatis ab exercitio et a balneo. Vnde Rasis in lib.de iuncturis. Quando cessauerit fluxus et apostema non amplius augmentat et corpus est bene mundũ ab humoribus tũc utatur exercitio et balneo calido.s. furfureo aut aluminoso uel artificiali habente similem uirtutẽ naturalibus. Somnus sit de nocte et non de die.et in principio egritudinis sa per latus oppositũ pti dolenti declinante egritudie et factis euacuationibus super latus dolens et non sit amplior sex horis nec minus. v.iuuat etiam somnus super famem.panis sit ex farina boni tritici a qua furfur ex toto nõ sit excussum sitq bene fermentatus conuenienter coctus in cuius confectione aliquid ponatur salis non sit minoris tẽporis unius diei nec pluris trium dierũ. Potus sit in principio egritudinis aqua mellis cinamomo aromatizata quoniã in principio nõ competit uinum.unde Gordonius corpore existente pletorico repleto humoribus nullemodo utatur uino quia materiã currere facit ad locum. Facta euacuatione et egritudine existente in declinatione potest aliquid uini albi cũ aqua mellis pmixti administrare q si eo tẽpore uteretur aqua mellis decoctionis radicũ feniculi apii petrosilli brusti spagi esset prestantis iuuamẽ

ni. unde Auicē. Cum dimittatur aqua mellis utatur diureticis. i. urinam prouocātibus. carnes a principio egritudinis nō cōueniūt. unde Rasis in lib. de iūcturis caueat a cibis multam carnē generātibus et patiatur famē quantū poterit et sumat cibū in tanta quantitate qua minor fiat restauratio quam deperditio. Quod si uirtus uideret debilitari aut eius debilitatē presens medicus timeret dent uitelli ouorū aut carnes paucarū supfluitatū et boni nutrimētī cuius modi sūt pdices fasiani aues pue montane et pipiones incipientes uolare non ex eis qui domo nutriunt sed ex colūbariis et si stomacus nō sit debilis ut possit carnes assatas digerere meliores sunt quā elissate. Ex herbis conceduntur feniculus petrosilli borago apiū origanū malua serpillus nepita et sparagus. Curandū est ut omni die habeat uentris beneficiū et si habere nō potest naturaliter saltē arte cū clisterio in principio lenitiuo deinde acuto ut in cura apparebit. Sciendū q cura doloris sciatice differt a cura aliorum dolorū iuncturarū quia repercussiua in principio nocēt. unde Auic. et tu ipse scis q si ipsi. s. dolores sciatici et genuū differūt ab aliquibus doloribus iuncturarū. nam repcussiua in principio quādoq3 nocēt ei nocumento uehemēti quoniā materia est pfunda et repercussio retinet eā illic et parat eam taliter q difficilis est eius resolutio et prepant eā ut disloceetur iunctura cū ipsa dislocet iūcturas absq repercussione etc. et uomitus magis iuuat quā solutio uētris. Auic. ut supra uomitus ē iuuatior quam uētris solutio propter motum materie ad ptem doloris et uomitus mouet eā ab ea.

## Cura per potionē p'u

res habet intentiones. Prima est ad materiei euacuationē siue sit uētris lenitio siue materiei pprie minoratio. Secūda est materiei diuersio. Tertia eiusdē digestio. Quarta est ipsius erradicatiua euacuatio. Quinta membri transmittētis confortatio. Sexta materiei in mēbro dolēte resolutio et ipsius confortatio. Septima est accidentiū cedatio. De prima et secūda et quarta intētionibus in primo lib. et tractatus principiū cure est primo humorum circūstantiū euacuatio. de quinta restat ut Serapi. primi sui breuiarii et Auic. secūdi tertii de prima secūda et quinta et tota uidētibus dixit. cū autē causa in eis secundo materie tunc oportet q phibeat quā effunditur p attractionem ad nonū et p minorationē. et cōfortentur mēbra ne suscipiāt et resoluat q inuentū est prima et materiatio et euacuatio. secūda ē mēbri trāsmittētis cōfortatio. tertia uero est materiei in mēbro dolēte resolutio et ipsius confortatio et quarta accidentiū cedatio. Intentio prima pticulares habet intētiones. una ē materiei minoratio. alia uero ipsius diuersio. tertia ē digestio et quarta eiusdē erradicatiua euacuatio. De prima intētione dixit Gal. i. li. tractatuū pricipiū cure sit contristantiū humorū euacuatio. De secūda et tertia intētionibus dixit Serapio. iiii. sui breuiarii ponimus studium in mēbro generāte materiā donec rectificetur materia cōplexionis pcreantis in eo et generātis materiā ineffundit et deinde post illius redimus ad cōfortandū membrū lesū cū linimētis et ēplastris de quorū pprietate ē ut confortēt ipsum et incident supfluitates et ita ut euacuet illud q collectū est in illo. Et Auicē. xxii. tertii. cū autē causa in eis est materia tūc oportet q probibeat q effundit p attractionē ad. ix. et per minorationē. Et cōfortetur membrū ne suscipiat et resoluatur q inuentum est.

## Prima et secunda intē

tiones. Pro adimplēdo primā et secundā intētiōes uisa ē inter doctores maxima discordia. nā aliqui eorū uolūt ut incipemus a solutiuo lenitiuo uētris et a uomitu facili. et cū materia incipiat digeri tūc administrat q facit uomitū et soluit uentositatē cū uirtute. unde Sera. ubi supra incipiamus et demus q mouet uomitū quādā motiōe. i. facilis et que soluit maliciā cū difficultate sicut sunt cassiafist. et tamarindi et post illud quādo incipiūt hūores uinentes digerere tunc oportet ut administret illud q facit duas pprietates. s. uomitum et fluxum uētris cū uirtute. s. potēte et nō cū facilitate ut in pricipio. et subdit. et non oportet ut faciamus illud. s. exhibere solutiuū forte nisi post terminationē hore. i. digestionis materie etc. Alexander uidet uersari in cura dolorū iuncturarū ut apparet in practica sua et ut ponitur a Rasi. xii. cōtinentis. nā uult q si materia dolorē faciens fuerit frigida laxatio fiat cū eo q educit flegma cum uirtute uiolētia et noli facere illud q faciūt aliqui qui dāt in potu medicinas mediocris uirtutis ad educendū flegma quoniā talis medicia calefacit flegma et nō educit illud et ei auget nocumentū. Auicē. uero ubi supra uelle uidet q ubi a principio materia esset euacuatiōi apta debemus eā euacuare cū medicina forti. nā debilis nihil educeret aut aliquid parū sed quia ut plurimū materia in principio ē inepta precipue mate

ria flegmatica ideo uoluit ut incipiamus a medicina debili et ab ea ad forte pcedamus et inde ad fortiore. unde dixit. Incipe a re forti si non phibet priuatio maturationis et grossitudo materiei qsi dicat si materia nō fuerit grossa et cruda in uenis. Quod si materia esset flegmatica subtilis fluida q ipsa deberet eūari medicina forti in principio. uerūtamen qa raro talis materia reperit sed ut plurimū grossa uiscosa et multa et ideo dicit Auic. quāuis facilis sit incolumior et gradatio. s. in euacuatione de facili ad forte est cōuenientior. deide sequere cū medicinis euacuātibus secundum gradationē. et subdit sunt de hominibus. id ē de auctoribus medicine qui scribūt. i. dicunt initiū solutionis esse. s. fiendū cum facili post facilē quia non sunt contēti q una euacuatio facilis premittat ante fortes sed due aut plures una post aliam deinde sigillāt. i. complent euacuationē cū forti medicina et hoc post maturationē. s. completā. p medicinā debilē duo intelligere possumus medicinā fortē debilem possumus etiā intelligere p debilē medicinā eā que ē lenitiua siue uomitū deide subsequēter deuenire ad medicinā fortē debilē et hanc pluries reiterare et hanc uiā tāq securiorē sequar. Recipe radicū que comedunt. ℥. ii. semē anett. ℥. i. se. decoquant in lib. i. se. aque usq ad consumptionē duarū ptium aque postea colet et colature addatur oximellis simplicis. ℥. ii. et tepidū accipiatur hoc uomitiuū facile suscipiat tepidū post cibū incisiuū et subtiliatiuū sicut comedat pisces salitos ficus carnes salitas cepe porrū et uinū bibat dulce cū q se repleuerit istis diuersis accipiat ad mediam horā uomitiuū tepidū ut dictum est p octauā horā retinuet et si nō euomerit imponat digitos in ore et linguā cōprimat aut pennā in oleo intinctā guttur imponat. Recipe passularum sine nucleis. ℥. se. anisorū ysopi anna. ℥. ii. fiat decoctio de qua accipiat quantū sufficit ad dissoluendū cassie pinguis nouiter extracte. ℨ. x. et fiat potus istū potū lenitiuū calidū et nō tepidū exhibeat in die sequēti ad supra dictū uomitiuū per horā ante diē sup quē nō dormiat cū trāsiuerint hore quinq sumat cibū suū siue euacuauerit siue nō nullo lauatiuo premisso. Recipe mellis rosati colati. ℥. i. syrupi de duabus radicibus. ℥. sem. ubi materia sit in fluxu addantur. ℥. iii. aque decoctionis saluie et gallarū cipressi. Si uero materia fluxa fuerit addant aque feniculi et mellisse et endiuie anna. ℥. sem. misce istū syrupū materiei flegmatice digestiuū sumat calidū in aurora in die imediate sequenti a die assumptionis supra dicti lauatiui sup quem potest una aut duabus horis dormire et ipsum taliter cōtinuet donec p urinā apparebit digestio qua apparente recipiat hoc uomitiuū. Reci. radicum que comedunt. ℥. i. florū aneti. ℥. se. assari cartami anna. ℨ. ii. incidantur incidenda et modo grosso cōtundenda contundantur et buliant in lib. i. sem. aque usq ad consumptionem duarū ptium et postea coletur et colature addant oximellis compositi. ℥. ii. et totū tepidum post cibū subtiliatiuū et incisiuū accipiatur hoc uomitiuū fortius priori. Accipiat apparente aliqualiter in urina digestiōe ut dictum est.

## Tertia intentio

Recipe pill. fetidarū. ℨ. se. aut pill. de hermodactilis maiorum descriptione Mesue. ℈. ii. istas pill. siue fetidas siue hermodactilis q sūt in hac dosi fortes debiles sumat ante diē per horā per diem unā postquā sumpserit uomitiuum imediate supra scriptum. deinde stet horis quinq in fine quarum accipiat brodium ma rum pulli cum. ℥. sem. zucari rub. Recipe camedreos camepiteos capilli ueneris origani polii calamēti bretonice endiuie cicoree custute scariole anna. m. i. passularū enucleatarum. ℥. i. radicum peonie acori. anna. ℥. i. decoquantur herbe in sufficienti quātitate aq postea coletur et colature addatur zucari albi quantum sufficit et fiat syrupus Recipe syrupi supra scripti. ℥. ii. aquarū uue saluie endiuie anna. ℥. i. misce iste est syrupus p unā uice istum syrupū digestiuū materiei flegmatice et colerice flegmate domināte accipiat calidum in aurora super quem potest p unā aut duas horas dormire. et ipsum taliter cōtinuet septē uel octo diebus aut tamdiu donec appareat digestio materiei per urinam significantē Recipe pill. fetidarū. ℨ. i. aut pill. de hermodactilis maiorū. ℈. iiii. fiant pill. vi. istas pillu. siue fuerint fetide siue hermodactilis accipiat in die sequenti ad diem completam assumptionis supra scriptorū syruporū sup quas potest una hora dormire deide uigilet donec trāseant hore quinq ab hora assumptionis et tūc accipiatur ciatū aque ordei talē cum. ℥. sem. zuca. rub. et inde ad horam comedat Recipe camedreas gentiane. anna. ℨ. ii. aristolo. ro. ℨ. i. seis rute. ℨ. xv. pistentur et fiat puluis. Aliud medicamen Recipe foliorū ozimi gariofilati siccorū. ℨ. sem. pipis mirre anna. ℨ. ii. pistentur subtiliter et cribentur istorū duorū medicaminū urinā puocantiū sumat de altero istorū q uult. ℨ. i. se. cū uino albo et sub

tili. nam puocat urinā et educit supfluitates passionē facientes. unde Auic. xxi. tertii plu res habentiū dolores iuncturarū frigidos et cōplexiones humidas nō iuuant cū solutiōe plurima facta cū potione et clisteri. et cū medi cant cū diureticis sanant sed hmōi diuretica nō accipiat nisi facta fuerit notabilis euacua/ tio materiei. Sumatur igit ut dictum est p ho ras. ix. post finē precedētis cene sup quod po test una hora dormire et nō amplius post uē/ tris et stomaci solutionē et urine puocationē Si passio nō cessauerit fiant clisteria acuta in testina excoriantia. unde Rasis lib. de iunct. post euacuationē maior cura sūt clisteria acu/ ta fortia q attrahūt materiā tali attractione q uoluerint intestina exire et exire faciūt sang/ uinē et tunc cessat dolor q uidi plus quā i mil le hominibus et nō uidi aliquē q eis uteretur quin ex toto sanaretur. Et Auicē. ut supra cū accidit mordificatio p solutionē uentris et uo mitū et plongatur egritudo tūc illi conuenit ut ex suppositoriis et supra clisteribus facien tibus euacuationē et excoriationē et solutiōe educentibꝫ sanguinē. Recipe corticū radicū caparū corticū colloquintide centaure mino/ ris cucumeris asinini agarici. anna. ʒ. ii. de/ coquant in lib. ii. aq usqꝫ ad cōsumptionē ter tie ptis postea colent et colature addant mel/ lis. ℥. ii. olei. ℥. iii. et fiat clistere et tolleret ip sum q̄to magis pōt. Aliud. Recipe nasturtii anisorū anna. ℥. i. infundant p diē et noctē i lib. se. aque deinde parū buliant postea colet et colature addatur mellis. ℥. ii. olei. ℥. iii. et calidū stomaco ieiuno supponatur. Si post clisteriū acutū remaneret aliquid acuitatis in intestinis inferioribus fiat clistere lenitiuum et exsiccatiuū q sic fit Recipe iuiube numero x. sebesten. viii. capilli ueneris uiolarū sicca/ rū anna. m. i. ordei scortizati. ℥. i. radicis al tee lib. se. decoquantur oia i sufficiēti quātita te aque postea coletur de colatura accipiatur li bra. i. se. cui addantur olei uiola. ℥. iii. uitelli ouorū. i. et supponatur. Circa cām coniūctā dolorē facientē est q ante corpis euacuatio/ nem nō est sup anchā aut ptem dolentē ponē dū nec emplastrū attractiuū nec aliquod simi le uerū si ante corpis euacuationē dolor aug mentaretur occurrere licet cū rebus calorem tempatum habentibus. Et hec est snia Ras. in li. de iunct. Epithima uero et emplastra attra/ hentia ante euacuationem attrahūt materiam ad iuncturā et plurimū nocent Item i hac paſ sione nō sunt emplastra frigi. nec unguenta approximāda. et si dolor etiā a materia calida pendet quoniā nulla est medicina frigi. adeo

potens ut a scia posset materiā remouere sed magis opatur malū quoniā claudit porros re tinet materiā et facit maiorem accidere dolo/ rem. imo ois nostra sollicitudo debet esse tra/ here materiā a pfundo istius iuncture ad sup ficiem. Si dolor ante euacuationem ifestaret nimis succurratur cum rebus calorem tempa tum habentibꝫ. Ex qbus est medicamē q sic fit. Recipe olei de aneto olei de camomilla an na. ʒ. vi. pinguedinis anseris. ℥. se. muscila/ ginis fenu greci et semē lini anna. ℥. i. misce cū hoc medicamine calido liniat locus dolo/ ris et inde ponatur lana succida. Ad idē Reci pe fenu greci lib. i. ponat in uase figuli sup prunas donec optime expisset postea addatur aceti quantū sufficit ad ipsius dissolutionē cū qꝫ p decoctionē dissolutū fuerit addatur mel/ lis quantū sufficit et iterū buliāt donec acqui/ siuit formā emplastri et expandat sup petia et loco dolenti ponat et dimittatur duobus aut tribus diebꝫ. Si uero nimis exsiccet addatur oximellis simplicis et reducatur ad debitā for mam. Cūqꝫ euacuatio pcessit et dolor nō fue/ rit sedatus utendū est fortibus resolutiuis et si nō cōtulerit administrāda sunt q resoluunt cū attractione ad exteriora his antē nō cōferē tibus administrentur rubificantia et uesicare facientia resolutiuū mō. Recipe stercoris uac cini lib. i. olei de aneto. ℥. iii. ponat stercus in sartagine et supponatur oleū ad ignē amiscea tur et calidū loco supponatur. Aliud ad idem Recipe litii armoniaci anna. ʒ. i. farine faba/ rū. ℥. i. se. uini albi antiqui quantum sufficit ad dissoluēdū et impinguat oleo de camomil la et calidū supponatur. Ad eandē intētionē ualet oleū de lateribus oleū de euforbio. Me/ dicamen resolutiuū et materiei ad supficiem attractiuū Recipe saluie acori origani calamē ti anna. ʒ. ii. pistent mō grosso et buliant in. ℥. vi. uini maluatici. et. ℥. ii. succi yue et duas succi maiorane et buliant usqꝫ ad uini cōsum ptionē et coletur et addatur ysopi humidi ar/ moniaci anna. ʒ. vi. galbani. ℥. se. et ad ignē dissoluant cūqꝫ dissoluta fuerit addatur eufor bii. ʒ. se. deinde deponatur ab igne et addan/ tur olei de trebentina. ʒ. vi. olei de costo olei de yrini anna. ℥. sem. pinguedinis castorei. ʒ. i. sem. et diligenter misceantur ultimo ad/ dantur centauree minoris. Anna dragma. i. et commisceantur omnia de hoc medicamine efficaci ualde loco apponatur. Aliud ad idem Recipe coloquintide affronici ameos cordu/ meni baccarum lauri anna. ʒ. iii. sem. rute. siluestris. ʒ. ii. rute recentis. ʒ. i. adipis tauri ʒ. ii. galbani. ʒ. iii. oppoponaci sulfuris uiui

anna. ʒ.ii. picis rasine terbentine an. ʒ. sem. et fiat unguentũ ꝙ grossa petie supponatur. Rubificatiuũ folia enule contussa et superposita. et similiter eius radix. et idem operatur apium risus. Ad idẽ liniatur locus dolens cũ meile nacardino faciat uesicas que perforãde sunt et dimittantur apte et permittat̃ aqua exire modus approximandi est ut superponatur mel anacardinũ carte pergameni et applicet̃ pti et permittatur stare tamdiu quousq; uesicetur locus ꝙ forsan erit tempus duarum horarũ. Ad idẽ Recipe stercoris caprini. ʒ. iii. dissoluatur cũ aceto fortissimo et reducat̃ ad formam emplastri et loco supponatur. Membri autẽ transmittentis cõfortatio fit considerando ꝙ membrũ sit transmittens. nã si fuerit caput addetur et eius cõplexio materie multiplicatiua rectificetur et ipsum cõfortetur pariter si aliud esset membrum curetur cura illi propria.

# Septima intẽtio fuit

accidentiũ sedatio ex accidentibus molestioribus que magis ad se curã trahunt est dolor q̃ uirtutem prosternere posset cui succurrendũ est cum rebus anodinis et dolorẽ mitigantibus de quibus superius est dictũ uidelicet de rebus approximandis ante corporis mundificationem ꝙ si nõ sufficerit et urgeat necessitas timore dissolutionis uirtutis deueniendũ est ad stupefacientia que et si regulariter operando approximari nõ debeant coacte tamen conceduntur ut maius malũ uitetur ex eis est hoc Recipe mandragore. ʒ. ii. terratur cũ butiro uaccino et liniatur locus. Aliud fortius. Recipe micam panis de simula. ʒ. ii. terratur cum butiro uaccino deinde addantur opii. ʒ. ii. croci. ʒ. i. et fiat emplastrũ et loco superponatur. Siquid aliud supuenerit aut fuerit tũc recurratur ad eius capitulũ et remoueatur.

¶ Bauerius de Baueriis.

# Casus mihi ob

latus est ad modũ grauis et nõ minus difficilis puella annorũ xiii. cõsueta interdũ catarrũ pati licet in pñti estate a catarro molestata non fuerit. Cum exercitiũ faceret superuenit in pte dextra circa aurẽ et oculũ dolor qui inde oculo cõmunicatus est ut statim uisus est sibi ut lingua ingrossaret̃ et manus sinistra stupida facta fuit et in memoria ledebatur. Et in his accidentibus stetit fere per tempus octo hore. inde hec accidentia cessarunt preter dolorẽ oculi qui usq; ad uesperas perseuerauit post diem tertium dolor auris dextre inuasit cũ aliquali dolore gule. et hii dolores auris et gule per diem pseuerauerũt nec stupor manus amplius molestauit. lauit post aliquos dies caput inde dolor capitis utriusq; temporis usq; ad uerticẽ superuenit et eo tẽpore linguam exercere bene non poterat imo unum pro alio proferebat et tunc brachium sinistrũ stupidũ factum est et fere hec per quartã hore durauit ptem durauerunt inde singulis diebus horis uariis superueniebat quedã ad somnũ inclinatio quamale libenter loquentes audiebat et minus loqui uolebat et hec somnulẽtia perseuerabat interdũ per quartam hore ptem nonnunquã p mediam horam passione predicta precedente fessa remanet et affirmat hanc passionem cor et caput occupare. Cum iam bis purgata fuerit cessarunt omnia accidentia somnolẽtia excepta que indies eam extorquet. queritur i dispositione ista quid agendum pro cura istius adolescentis hic est casus q mihi Bauerio trãsmissus est. Premittendum est primo que sint cause dispositionũ supra positarum deinde dicendum est quid agendũ sit pro cura prescripte adolescentis. Causa dispositionũ suprascriptarum imediata fuit mala cõplexio cum materia que fuit subtilis cito resolubilis et opillatio ab eadem materia causata. nã puella post exercitium doluit circa aurẽ et oculum et inde ad oculum mutatus ẽ dolor cum lingue impedimento et stupore manus dextre etc. Cũ igitur ptes iste fuerint lese et per spacium octo horarũ post pmanserint preter oculi dolorẽ qui usq; ad uesperas remansit nõ fuissent iste dispositiones sedate nisi eorum causa fuisset ammota et emota ita cito non fuisset nisi fuisset resolubilis cito. Stuporis quoq; brachii potuit esse causa mala complexio supradicta. aut opillatio in septimo pari neruorum a cerebro habentium ortum et impedimentũ lingue potuit esse mala complexio supra dicta aut opillatio neruorum habentium ortum a nuca scilicet a sexta spondili prohibens sufficientẽ quantitatem spirituũ transire ad brachium p oppõne sensitiua ipsa mala complexio. aut opillatio accidens in neruis septimi paris fuit causa impedimenti lingue cum hec nocumenta satis cito euanuerint signum est ꝙ materia ad resolutionem fuerit facilis causa antecedẽs duplex est. una est mala complexio frigida et hu. cerebri plus tamen a tẽpamẽto recedẽs p humiditatem quã per frigiditatem et hec mala complexio ex nutrimento cerebri ptem con-

uertit in humiditaté superfluam. Adiuuat hu/ iusmodi materie crementum euaporatio que est a stomaco et a ptibus inferioribus ad ca/ put. unde predicti uapores in capite multipli/ cati et frigiditate cerebri ingrossati conuersi sunt ad humiditaté flegmaticam que maliciá complexionis cerebri conseruat et materiam in eo augmentat. Causa autem primitiua est malicia regiminis in sex rebus nó naturalib9 quemadmodú fuit in presenti casu. nam cum caput repletum fuerit humiditate superflua tú malicia complexionis tum ppter euaporatio/ nem ad cerebrum et ppter indebitum regimé in rebus non naturalibus non descendebat. inde illa humiditas a capite inferius propter ingrossationé aut priuationé acuitatis. et ideo a catarro non fuit uexata cum uero se exercu erit propter exercitium calefaciens materia é subtiliata et facta mordicatiua magis quá pri us. unde uirtutem expulsiuam irritando fuit pulsa ad ptes inferiores et secundú quod ad diuersa loca peruenit diuersa causauit nocu/ méta. Et ex hoc satis faciliter apparere potest pericula in que hec adolescentula est incurre/ re pata. nam si hec materia ad nucam mittere tur et in neruis sexti spondilis opillationé fa/ ceret completam fieret amború brachiorú pa ralitica. si autem per medie nuche. s. par/ tem dextram aut sinistram a cerebro pelleret et ptem illam opillaret pars illa media corpo/ ris que neruos recipit et a medietate illius nu che que opillata esset sensum et motum perde ret. Si autem opillatio fieret in pte superiori nuche colli que prohiberet spiritus motiuos inferius descédere ab eo loco infra motus uo luntarius perderetur. Si uero ad oculum tráf mitteretur doloré causaret. si ad aures nocu/ mentú faceret in auditu si ad nasum coriza. si ad stomacum in eo dolorem faceret. Et for/ san fluxum uentris. et ut breuiter subiiciam est multis passionibus ut est uidere ab Auic. quinta tertii cap. de catarro pata.

## Cura istius dispositio

nis triplici medicinali instrumento perficitur dieta. s. et potione et cyrurgia. Dieta consistit in ordinatione sex rerum non naturaliú que res cum sint sex. sex faciá capitula. Et primo de aere incipiam

## De aere.

Cauere debet patiens ab aere frigido et hu/ mido uaporoso uentoso precipue fláte austro aut borrea et ab habitatione camere terrene. aut loci humidi et fugiat tenere caput ad igné aut multú calidum pariter frigus occurrens eis noceret. Eligat sibi aerem clarú bene ué/ tatum tranquillum declinanté ad caliditatem et siccitatem sed magis ad siccitatem quam ad caliditatem qui si naturaliter haberi nó potest fiat arte incendendo ignem in loco habitatio/ nis cum lignis siccis boni odoris sicut é iuni perus laurus abies pinus sauina et similia. Aut suffumigando super aspergendo prunis aliquid thuris aut laudani sandarace aut stora cis uel granorum iuniperi non ingrediat' ca/ meram stante fumo sed postquá cessauerit. et habitet locum inter duo solaria ab omi humi ditate remotum caput et personam totam secú dum temporum uarietatem minuat uestibus ita ut pannorum paucitate non sentiat frigus nec multum estuet.

## De accidentibus ani

me fugiat iram tristitiam melanconiam timo rem gaudeat letetur de sua salute speret bene et uersetur cum amicis et dilectis suis.

## De somno et uigilia.

Nocet somnus diurnus et nimius. Et omnis somnus immediate post cibum factus et accu bitus super renes et dormire capite ad inferio ra decliui. sit de nocte somnus et primo super latus dextrum inde super sinistrum capite de bite eleuato et corpore conuenienter pánis te cto non sit lógior horis octo nec breuior sex neq3 prius dormire incipiat quam hore due a fine cene fluxerint.

## De motu et quiete.

Omne superfluum exercitium nocet et quod cumq3 immediate post cibum factum et om/ ne exercitium in quo caput laboret aut stet in clinatum conuenit ipsi exercitium de mane ante prandium et ante cenam prandio iam di gesto. Et prius pulsis superfluitatibus prime et secunde digestionis sitq3 peditando aut eq/ tando usq3 ad sudorem exclusiue aut ad lassi/ tudinem uel q uene uideantur tumescere et corpus rubere. Exercitium pticulare sit pec/ tinare caput stomaco ieiuno de mane cú leui fricatione pariter fricare corpus incipiédo ab humeris trahédo ad manus cú panniculo cali do inde fricare spatulas et humeros deinde de scédere ad uentré et tandé ad coxas et tibias.

## De cibo et potu.

Fugienda sunt cibaria omĩa dure digõis opilatiua mali chimi et euaporãtia in caput de numero corũ sunt panis agimus et quecũqȝ ex pasta agima fiunt ut sunt lagane limelle et similes cibi. Et carnes et uiscera omniũ animalium quibusdã exceptis de quibꝫ infra et omnes aues in paludibus et stagnis degentibus ut anates anseres et similia. Pisces etiã generaliter nõ conueniunt nec cancri nec gambari legumina cõia mala sunt et herbe frigide et humide sunt dimittende et uehementer calide non conueniunt ꝑpter eorũ euaporationẽ inter cetera olera nõ conueniunt caules et eruca cauendũ est ab omnibus acruminibus ut sũt allia cepe rafanus bulbus etc. et ab omnibus fructibus tam herbarũ quã arborũ ut sunt cucumeres citrulli melones cucurbite melongena et poma pira ceresa pruna persica iniube. eligat panẽ ex bona farina ex optimo tritico cui nihil lolii sit admixtũ neqȝ a farina furfur ex toto sit excussum sitqȝ parũ salitus debite coctus et cõuenienter fermentatus nõ pluris temporis trium dierũ nec minoris unius diei carnes sint fasianorũ perdicũ turturũ auium paruarũ in nemoribus uictũ querentiũ ut filomena ficedula etc. capones iuuenes et galli ne iuuenes pulli pipiones extra columbariam uictũ querentes. Ex quadrupedibus laudanť carnes caprioli leporis iuuenis et apri edi castrati uituli et agni annualis conueniunt oua recentia et sorbilia aut tremula aut i aqua fracta et cocta albumine abiecto aliter preparata non conueniunt lac et butirũ nõ conueniunt nec caseus recens nec antiquus si tamen aliquãdo sumat sit etate medius inter recentẽ et antiquũ sitqȝ frangibilis de quo in fine mense sumere potest duos aut tres bolos usus piscium ut dictũ est supra est malus. Si tamen aliquando utitur ꝙ esse debet raro sint pisces pui squamosi in bonis aquis captis sint ex aquis dulcibus sicut capedani barbuli dimissis ouis scardue lucii etc. Ex marinis passeres aurate solee etc. uti potest interdũ farre milio et brodio cicerũ rubeorum et rizo ab aliis abstineat. Ex herbis conuenit saluia petrosillus menta serpillus maiorana borrago buglossa mellissa lupullus. Ex fructibus conceduntur passule sine nucleis cum nucleis sint bene masticate auellane prius torrefacte et diligenter masticate et pini grana tribus aut quatuor uicibus in aqua ferventi infusa postea in umbra exsiccata inde cum zucaro confecta. Et ĩ fine mense conceditur ut aliquid sumat citonii cocti post quod nihil bibat. Ex confectionibus conceduntur grana coriandri prepata habentia unicam coperturã zucari que in fine mense accipitur et anisi cũ zucaro confecti qui ante cibum accipiantur precipue quãdo in stomaco sentiret uentositatem. Species quibus super ferculis uti debet sic fiunt. Recipe cinamomi electi. ʒ.i. sem. zenze. ʒ. sem. granorum padisi amomi cubebarum anna. ℈.i. croci. ℈.ii. pistentur et cribentur et fiant species. Sciendũ ꝙ ex animalibus ptes anteriores sunt meliores posterioribus. Et predicte carnes si pingues fuerint melius prepanť assando quam elissando. Si uero macre fuerint melius est elissare quam assare etc. Vina potẽtia omnino nocent in casu isto et uina dulcia et grossa et uehementer fumosa conceduntur uinum albũ aut cisceolum clarũ pauciferũ cũ aqua cisterne aut decocte permixtum et plus et minus iuxta uini potentiã. Aqua mellis loco uini precipue cum a catarro molestatur esset cõuenientior talis aqua sic fit. Recipe saluie. ʒ. sem. serpilli maiorane anna. ʒ.ii. acori. ʒ.i. pistentur modo grosso et buliant in libra. iiii. aque cisterne aut fontis usqȝ ad consumptionem quarte partis postea coletur et colature addantur mellis albi. ʒ.iii. et simul buliat et cum bulire icipiat incipe dispumare et sic semper dispumando proced. donec decoctio redeat ad libra. ii. postea coletur per sacculum in fundo cuius sit. ʒ.i. se. cinamomi modo grosso cõtusi et colatura ad usum loco uini reseruetur.

## De repletione et inanitione

cauere debet ab omni repletione nõ solum humorali de qua postea sed etiam cibali de qua in presenti est sermo. Et precipue ciborum prohibitorum pro cuius debito ordine ponuntur alique regule. Prima non accipiat cibum aut potum stante fastidio aut abominatione quia cum cibus sine delectatione et appetitu sumitur non bene digeritur. Secũda regula cum uerus affuerit appetitus non ẽ cibus differendus quoniam tollerare famem stomacũ malis replet humoribus. Tertia regula in eadem mensa non sumat diuersa cibaria aut potus sed sit contẽta uno cibo aut duobus et uno potu et ad amplius tribus cibis.

Quarta regula si contingat duos cibos in eadem mensa sumere ab eo incipiat qui est facilioris digestionis.

Quinta regula in comedendo non ponat longum tempus ne diuersitas digestionis in nutrimentũ acquiratť. Sexta regula qbꝰs cibus ãteq̃ trãsglutiatť optie masticeť. Septia regula

neq cibi neq potus tanta sit quantitas ut m de stomacus grauetur. et pp hoc côuenit ut a mensa surgat cû reliquiis famis et non comedatur usq ad sacietatê. Octaua regula si contingit ob aliquâ causam ut cibus i stomacho corrumperetur quod cognoscet ex nausea aut ex eructuatione fetida uel odore malo prouocetur uomitus côprimendo linguâ digito qd si taliter uômere nô potuit exhibeatur uomitiuum tepidû q sic fit. Recipe radicis rafani. ℥.iii. semê atriplicis. ℥.i. buliant in lib.i. se. aque usq ad côsumptionê medietatis postea coletur et de colatura accipiant. ℥.v. quibus addat oximellis simplicis. ℥.ii. et totû tepidû accipiat cû tenuerit ipsum p horâ mediam in stomaco linguâ digito côprimat aut gutturi i ponatur pêna oleo intincta et guttur cû ea agitetur. post uomitû quiescat per horâ anteqâ comedat curet ante cibû habere uêtris beneficiû si naturaliter nô potest saltê arte cû suppositorio ex melle aut radice blite sale sup aspersa uel cû clistere q sic fit. Recipe malue mercurialis blite florû camomille anna. m.i. anisorû. ℥.i. fiat decoctio et inde colet de colatura accipiatur lib.i. cui addat cassie zucari ru. anna. ℥.sem. yerapig. ʒ.v. olei. ℥.iii. salis. ʒ ii. se. et calidû stomaco ieiuno supponatur. Non côuenit huic adolescêti nimia abstinentia sicut ieiuniû in pane et aqua aut fortis et longa cibi abstinêtia. nâ tales deiicerent uirtutê pariter nocent oîs grandis et fortis euacuatio precipue subito facta aliqualis abstinêtia hoc est aliquâdo minus solito comedere p cipue in cena laudatur et similiter moderata euacuatio de qua in sequenti regimine sermo fit.

## Cura per potionem.

Quinq habet intêtiones quarû prima ê materiei peccâtis minoratio. et hec sic adimplet. Recipe pill. de yera Nicolai seu de yera côposita. ʒ.sem. fiant pill. tres istas pill. materiam a capite et stomaco minorantes sumat post finem cene imediate precedêtis p horas. ix. super quas cû ceperit pôt una hora dormire inde uigilet donec transeât hore quinq ab hora sumptionis in fine quarû prandeat et non sumat lauatiuû aliquod.

## Secunda intentio est

materiâ digerere que sic adimplet. Recipe syrupi desticados. ℥.sem. oximellis simplicis. ʒ.vi. aquarû mellisse saluie origani anna. ʒ. vi. misce et aromatiza cû nuce muscata iste ê syrupus p una uice. istû syrupû digestiuû materie peccantis in capite et stomaco sumat calidû in aurora sup quê potest una hora cû dimidia dormire. et post assumptionê ipsius differat p horas. iiii. antequâ prandeat siue comedat et sic côtinuet diebus septem aut amplius donec appareat presenti phisico urinam significare digestionê materie.

## Tertia intentio est ma

teriam euacuare et sic pficitur. Recipe pillu. de yera simplici. ʒ.se. agarici optimi. ℈.i. salis geme grana duo misce et cû oximelle simplici reforment pill. numero. vii. pro. ʒ. Aut Recipe pill. cochiarû gra. xxxv. reformentur pill. numero. v. uel Recipe pill. de yera Nicolai seu de yerâ côposita. ℈.ii. fiant pill. v. istarum pill. supra scriptarû que habêt materiam digestam eradicare sumat p horas. ix. post finem cene imediate precedêtis in die imediate sequenti ad diem côplete assumptionis supra scriptorû syruporû super quas cû ceperit pôt una hora dormire deinde uigilet donec transeant hore quinq ab hora sumptionis et tûc accipiat ciatû unû aque ordei cû. ℥.sem. zucari rub. aut brodii macri pulli cû. ℥.i. zucari ru. inde ad horam prandeat.

## Quarta intentio est

materiam diuertere a capite ad mêbra inferiora et hec intentio multis auxiliis pficitur. primo cû fricationibus incipiêtibus ab humeris ad manus et postea ad spatulas et pectore ad uentrê a uentre ad coxas et tandê a coxis ad tibias. et hmôi fricationes fiant stomaco ieiuno ante cenam aut prandiû. secûdo cû uentosis positis sup carnositatê spatularû alongius diuertunt que ponunt super nates. Ad eandê intentionê facit clistere supra ordinatû in ca. vi. et suppositoria et hee diuersiones licet fieri possint ante euacuationem cum pill. erradicantibus materiam melius tamen diuertitur et securius post euacuationem. Diuertat etiam materia particulariter a capite et euacuatur cum gargarismis capupurgiis masticatoriis et sternutatoriis. Gargarismus sic fit. Recipe maiorane serpilli anna quartâ manipuli acori. ʒ.ii. origani. m. sem. sinapis. ʒ.i. sem. pistentur modo grosso et buliant in lib. iii. aque usq ad consumptionem medietatis postea coletur et colature addatur oximellis sqllitici uncia. iii. Et fiat gargarismus de hoc gargarizet stomacho ieiuno ante prandium duabus aut tribus uicibus. Capupurgium siue nasipurgium sic fit. Recipe aque ma

iorane. ʒ. iiii. buliant in ea fcis nigelle parū contuse. ʒ. i. usq ad consumptionē medietatis postea coletur et colature addatur succi bliti succi acori amborū clarificati per residentiam anna. ʒ. i. misce de isto capupurgio calido trahat quinq aut sex guttas per nasum stomaco ieiuno et cum ipsum facere uoluerit imple eat primo os aque et cum attrahit flectat caput quantum potest ad posteriora. Masticatorium conueniens est. Recipe granorū masticis numero. x. ponantur in ore et masticent cumq masticata fuerint addantur gra. iii. piperis integra et simul cum mastice masticentur et omnis humiditas ueniens ad os spuatur et sic fiat stomaco ieiuno per tēpus unius hore. Sternutatorium ad hoc cōuenit. Recipe piretri ellebori albi anna. ℈. i. pistentur subtilissime et cribentur de isto puluere trahatur per nares ad quantitatem medii grani frumenti aut insufletur. Horum diuertentiū utatur nō uno modo alio itaq cum unum fecerit die una sinat puellam per diem clistere et postea fiat aliud. sed nullum istorū facere incipiat nisi prius fuerit euacuata cum pill. erradicatiuis suprascriptis.

# Quinta intentio est

caput et stomacū confortare et ab istis maliciam complexionis frigidā et humidam remouere de rebus hanc intentionē perficientibus est hoc electuariū. Recipe specierū diamusci dulcis. ʒ. i. sem. specierū diagalange. ʒ. i. zucari albi, quantū sufficit fiat electuariū de hoc electuario stomaci capitis confortatiuo accipiat ad quantitatem unius castanee per horas. iii. ante prandium. Recipe nigelle per noctē in aceto infuse et in umbra exsiccate. deinde parum torrefacte et ultimo pistate. ʒ. i. se. maiorane. ʒ. ii. ligetur in sindone tincta in grana et sepe odoretur quoniam cerebri confortat, complexionē et exsiccat humiditates malas in eo contentas. Recipe laudani. ʒ. i. masticis. ʒ. i. sem. ligni aloes galie muscate sandarace macis gariofilorū anna. ℈. i. corallorum rubeorū rossarum anna. ℈. ii. picis. ʒ. i. terbentine quantū sufficit et fiat cerotum ad formam scuti et ut cuspis ueniat ad os stomaci et ps lata uersus umbilicū et stomaco applicetur et taliter hoc cerotum stomaci confortatiuum et adiuuans ad digestionem teneat stomaco applicatum. Hmōi auxilia in hac quinta intentione posita fieri debēt postquā adimpleta fuerit intentio tertia. Pro hac etiam intētione adimplenda conuenit hic saculus. Recipe thuris laudani sandarace anna. ʒ. i. florū sticados arabici foliorū lauri mentastri anna. ʒ. i. sem. rosarū. ʒ. ii. macis gariofilorum anna. ʒ. se. pistentur oia grosso modo et fiat saculus in sindone tincta in grana ad modū bireti et exhibetur. Itē Recipe laudani. ʒ. i. se. thuris sandarace gariofilorū anna. ʒ. i. puluerizent de hoc puluere aspergant de hoc puluere sup comissurā sagitalē et coronalem. de mäe uero cū surgit pectinet caput. Tēpore frigido utatur saculo reliquo uero aliis temporibus. Recipe cinerū turforū caulīū lib. sem. et uitium lib. i. fiat lexiuiū de isto lexiuio accipiatur urceus unus cū dimidio in quo buliāt foliorum lauri assari saluie maiorane bretonice anna. m. i. foliculorū sene. ʒ. i. buliāt usq ad consumptionem quarte ptis lixiuii postea coletur et cū eo calido stomaco ieiuno lauet caput et deinde optime exsiccetur. et hmōi lotio fiat bis in ebdomada diebus intermissis et taliter istis auxiliis uti incipiat post erradicatiuam purgationē. Confortentur nerui uenientes ad brachia et manus. Recipe olei de costo. ʒ. i. storacis sicce laudani. anna. ℈. ii. piretri ℈. sem. cere parum et fiat unguentū quo ungatur ps posterior colli premissa prio aliquali eiusdē ptis fricatione et hāc faciat ante prādium et ante cenā. et ea sic uti incipiat postq̄ pill. recepit erradicatiuas. Pill. usuales. Recipe specierū de octo rebus. ʒ. i. sem. masticis. ℈. i. mirabolanorū chebulorū. ℈. ii. agarici. ʒ. i. zenze. gra. vi. aloes. ʒ. ii. sem. pistentur et misceant et cū succo caulīū et oximelle simplici ptibus equalibus fiat pasta pro pillu. de qua cū opus fuerit fiant pill. ix. p. ʒ. de istis pill. sumat. iii. quando uadit dormitū per horas. ii. post cenam. Et bis taliter utatur ter in mense interponendo tempus. x. dierum inter unam uicē et aliā. Sed si tres nō fecerint sufficientē euacuationē sumat quinq.

# Cura per cirurgiam

compleť cū due prime nō suffecerint p cauterium positū in pte anteriori capitis ubi cōiungitur cōmissura sagittalis cū coronali et hoc fiat consilio presentis medici et optimi cyrurgici et teneať ulcus apertū.

¶ Bauerius de Bauenis.

Magnifice et potentissime. d. peregrinantibus et iter faciētibus aliqua consueuerunt accidētia aduēire et alia quedam mare transfretantibus quibus si non prouideatur aliquando ad pessimas eueniunt egritudines et nōnūquā ad mortē ego magni

ficentie uestre satisfacere cupiens peregrinati onis regimen in tria diuidam capitula. In primo ponam accidentia que iter agētibus solēt contingere et docebo eisdē subuenire. In secundo narrabo que transfretantibus mare solent aduenire et modum prouidendi ponā. In tertio uero capitulo quia magnifica dominatio uestra habet per diuersas ptes discurrere quarū forsan alique sunt peste infecte ex multis medicinis ad preseruandū ualentibus aliquas nobiliores et efficatiores eligam.

## Capitulum primum.

Solent agētibus iter multa numero accidētia contingere. quorū primū est febris. Secūdū debilitas appetitus. Tertiū macrefactio corporis. Quartū sitis magna. Quintū fluxus uētris. Sextum siccitas uentris. Septimū lassitudo.

## Primo accidenti pro

uidetur prohibendo ne ueniat premittēdo antequam dominatio vestra iter incipiat flebotomiam aut farmasiā secundū q uidebitur esse necessariū medico presenti hunc canonem posuit Auic. tertia primi ca. de regimine iter agentium ubi dixit oportet preterea ne eat in uias repleto sanguine aut alio. s. humore sed corpus suum prius mundificet deide incedat et utatur uino albo aut colore medio inter album et nigrū sitq; clarum in substantia subtile non dulce neq; multū austerū. panis sit ex bona farina bene coctus et fermentatus nō nimis antiquus nec minoris etatis quam unius diei. Carnes sint facilis digestionis boni nutrimenti et paucarū superfluitatū sicut sunt pdices fasiani capones pulle carnes edi castrati annualis et uitule lactantis. Pisces sint electi cuiusmodi in mari sunt treuge passeres solee deaurate et similes ex aquis dulcibus sunt trutte lucii barbuli pisces parui squamosi degentes in aquis fluentibus et petrosis conueniunt oua recentia non dura in aqua cocta. dimittat omnes fructus omnia legumina caseū et omnia cibaria que nutrimentū grossum et uiscosum generant. nō se exponat itineri immediate post cibū iuxta illud Auic. iii. primi ca. superius allegato. Amplius equitare non debet plenus cibo ne cibus eius corrumpat cū necessitatē habeat bibendi aquam et augeatur sonitus etc. Differat saltē duabus horis post cibum assumptū antequā equitet. Nō se multo cibo repleat sed surgat a mensa cum reliquiis famis et melius esset facere cenā prandio copiosiorē si nō sit q prohibeat ex pte catarri aut alterius dispositionis non bibat post cibū nec bibere incipiat quousq; quinq; aut sex bolos acceperit. uentrē teneat lubricum si non natura saltē arte sumendo aute cibū per mediam horam mediam tertiam brodii cū. ℥. i. zucari rub. aut sumendo unum ciatum brodii in quo. vi. aut septem pruna fuerint bulita aut sumat brodiū in quo spinacia uel blita bullierint et sumat ante cibū coclear electuarii q sic fit. Recipe prunorū damascenorū numero. x. sebesten numero octo passularū enucleatarum. ℥. i. florū uiolarū. ℥. sem. buliāt ista in libris quinq; aque usq; ad consumptionē duarū ptium coletur et colature addatur cassie pinguis nouiter tracte. ℥. iii. et buliant usq; ad spissitudinē mellis et in fine addant folicularū sene optime pulueri zatorū. ℥. sem. ʒ. i. sem. zucari rub. quantū sufficit ad faciendum electuariū. Somnus sit de nocte et non de die nec prius dormire incipiat quā due hore transiuerint a fine cene caueat ab accidentibus anime cuius sunt timor ira odiū et similia bene speret gaudeat et letetur. si hos canones quos prescripsi seruabit. Mag. d. v. nō dubito facile preseruabitur ab incursu in febrē in hac. v. peregrinatione.

## Secundum accidens

Curat abstinēdo a cibo et dormire sup maturationē deinde offerat cibus q sic fit. Recipe pullū aut pdicem assatā et antequā asset lardetur bene et tūc sepe aspgatur cū aqua rosata et uino maluatico in qbus aliquid garofilorū sit dissolutū. et cū fuerit completa assatio elleuent ale et coxe nō cōplete et aspergat suco limonū uel arantii uel granatorū aqua rosata et modico uini maluatici. et postea bene coopiatur et seruet calidū et cū est hora comedēdi discoopiatur ante. d. v. nā cibus iste boni odoris qui multū restaurat appetitū et boni saporis. Stomaco supponatur hoc medicamen. Recipe masticis spice cinamomi xilobalsami anna. ʒ. i. foliorū mēte absinthii an. ʒ. sem. panis parum adusti et postea in aceto infusi. ℥. i. deinde omnia in mortario incorpora et addendo tantū mellis quantū sufficit ad bonā conglutinationē medicinarū.

## Tertium accidens.

Succurrit comedēdo carnes auiū degētiū in aqs cuiusmōi sūt anates anseres mergones et alie si. et utat rebꝰ ūctuosis sicut butirū et carnes multū pingues qualis ē piguedo q̄ ē circa renes et debēt cibi tales i pricipio mēse accipi

Confert ad hoc cibus qui sic fit. Recipe granorum pini. ʒ. sem. pistentur in mortario postea incorporentur cum adipe renum et fiant forme similes auellane de quibus ante cibū sumat unam aut duas utatur sepe granis pini et uino dulci.

## Quartum accidēs q̄ ē

sitis magna curatur ponendo corallum in aq̄ postea retinere in ore. Item ponatur palea ordei in aqua quousq̄ ac sit bene macerata postea teneatur in ore. Amplius ad idem ualet sorbitio aque cum modico aceti. et potus syrupi de accetositate citri aut de limonibus cū aqua fontis. Itē syrupus uiolaceus cum tantundem aqua ordei ad eandem intentionem ualent saculi pui pleni sēis citonii et psilii et retineantur in ore cum prius fuerint in aqua ordei infusi. ualent etiam ad idem pill. que sic fiunt. Recipe sēis papaueris albi sēis lactuce succi liquiricie draganti amidi ante reformētur pill. cum succo portulace et comprimātur ad formam lupini et retineantur in ore.

## Quintum accidens

Curatur faciendo hoc clistere uidelicet Recipe balaustiarū granorum mirti ypoquistidos copularum glandium anna. m. i. decoquant̄ omnia in lib. iii. aque usq̄ ad consumptionē medietatis postea coletur et fiat bona expressura de hac colatura. Recipe li. i. olei mirtini i olei citoniorum anna. ʒ. i. se. sepi yrcini. ʒ. i. dissoluatur sepum in decoctione. deinde reliqua addātur et tepidum stomaco ieiuno hoc clistere supponatur et retineatur tamdiu quā poterit. fiat stomaco hec inunctio uidelicet Recipe olei mirtini olei de citoniis olei de masti ce anna. ʒ. sem. corallorum ru. trociscorū de spodio boliarmeni gallarum cpressi anna. ʒ. sem. ʒ. i. cere quantū sufficit fiat unguentum molle suffumigetur uenter totus cum hoc suffumigio qui sic fit. Recipe balaustiarū pinearum thuris mirtilorum storacis acatie picis. anna fiat puluis de quo supra cineres bene calidos super aspergatur et fiat ut dictum ē. Sūmat ante cibum per mediam horam. ʒ. ii. istius confectionis. Recipe diacitoniten sine speciebus. ʒ. ii. masticis coriandorum prepatorum anna. ʒ. i. sem. incorporentur oīa simul et cum niuia de citoniis reducatur ad modum electuarii.

## Sextum accidens cu

ratur cum his que dicta sunt in primi accidentis cura.

## Septimum accidens

est diligens cura impendenda. nam studiū impendere in medicando lassitudines est a multis se curari egritudinibus Ex quibus febres sunt Auic. iii. primi cap. de medicando lassitudinem que ex exercitio prouenit harū lassitudinū quattuor sunt species quarum una est in qua est quedam impotentia ad motum siue quedam difficultas cum qua sentitur quidam dolor similis illi qui sentitur in ulceribus hec curatur diminuendo primo exercitium et si corpus fuerit repletum euacuetur secundum exigentiā humorum peccantium et fiant ieiuno stomaco fricationes leues cum panno subtili aut manu et si interius senserit caliditatē ungat post fricationes corpus cum oleo de salicibus aut uiolato. Si uero caliditatē nō senserit inūgat cū oleo de camomilla aut de aneto et utatur cibis facilis digestiōis et boni nutrimenti et uino albo optime cum aqua mixto. Si autem cum impotentia senserit admodum extensionis ac si membra extenderent̄ tunc est alia species que curatur faciendo fricationes leues in loco calido et balneatur corpus in aqua tepida et post balneationē abstergatur et inde cum oleo de camomilla aut lilii inungatur et utatur uictuū tam pauce quantitatis exerceatur corpus exercitio tempato. Si fuerit dolor sicut sentitur in apostematib⁹ cū tali impotentia ad motum tunc est species tertia cuius cura est in ungendo corpus cū oleo de aneto tepido cum fricatione leui eligat̄ ora declinans ad caliditatē quandam. Sed si rarefactio cum impotentia mouēdi sentitur ē species quarta que remoueatur balneando corp⁹ in aqua parum plus calida quā tepida et cum ab ea exiuerit i aqua frigida se submergat et modicum in ea moretur postea cibo pauco et humectatiuo cibetur de sero fiant fricationes leues et inde inungatur corpus cū oleo de salicibus et hoc quantum ad primum cap.

## Capitulum secundum

Multa accidentia occurrere solent his qui per mare nauigant primum est nausea et uomitus Secundū est uentris fluxus. Tertium uero ē dolor capitis. Quartum sitis ualida. Quintū fetor maris intollerabilis. Sextum uigilia immoderata. Septimū debilitas uirtutum. Octauum abominatio omniū cibariorū. Nonum macrefactio corporis.

## Primo accidenti.

Si proueniat abhitimorũ agitatione siue a ti/ more propter maris periculũ antequã ueniat ei succurrendũ est ei sumendo post cibũ duo aut tria frusta diacitoniton sine speciebus aut coclear unum coriandorũ prepatorum unius coopture zucari aut. ʒ.sem.huius confectio/ nis que sic fit. Recipe diacitoniten sine specie bus lib.i.masticis.ʒ.i.sem.granorũ corian/ dri prepati misceantur prius optime pulueri/ zati et cum niuia de citoniis fiat electuariũ.

## Secundo accidenti

Succurrendũ est primo cum fricationibꝰ ma nuum brachiorũ tibiarũ et pedum et cũ asper gatur facies cum aqua frigida ligentur bra/ chia cum institis circa adiutoria ligatura dolo rosa et coxe prope inguina et tibias.si hec nõ contulerint apponatur uentosa magna in lo/ co intra umbilicũ et os stomaci et fiat suppo/ sitorium cum melle inde inuolutum in pului ribus yerepigre aut puluere colloquintide uel fiat cum carne salita aut cum candela sepi uel radice blite infusa in aqua salita et ista suppo/ sitoria fiant.si cum istis accidentibus non cõ plicatur fluxus uentris ponantur manus in aqua frigida inungatur stomacus cũ hoc un/ guento uidelicet.Recipe olei de mirto olei de mastice olei de citoniis anna.ʒ.i.galie musc. ʒ.i.laudani.ʒ.sem.seminis coriandri prepa ti ligni aloes anna.ʒ.ii.gariofilorũ anna.℈. ii.corallorum rubeorum.ʒ.sem.cere quantũ sufficit et fiat unguentum molle. Confert eti am in casu isto sumere ante prãdium per.iii. horas syrupum qui sic fit. Recipe niuie de ci toniis.ʒ.i.syrupi de mente.ʒ.sem.aque de/ coctionis coriandorũ prepatorum.ʒ.iii.mi/ sce.sint cibi facilis digestionis et boni nutri/ menti et prepati cum suco citoniorum aranti orum uel limonũ aut granatorum.

## Tertio accidenti

Succurratur sumẽdo et utendo que dicta sũt in primo accidenti.nam illa quietant materiã que est in stomaco a qua eleuãtur uapores do lorem capitis facientes liniatur frons et tem pora et caput totum cum hoc linimento Reci/ pe olei rosati olei nenufaris anna.ʒ.i.seis lac tuce seis papaueris albi anna.ʒ.sem.anisi fe niculi.anna.℈.ii.ypoquistidos accasie masti cis anna.ʒ.sem.cere quantũ sufficit fiat ung uentum molle.

## Quartum accidens

Curatur ut dictum est in ca.precedẽti.

## Quinto accidenti.

Prouidetur per usum electuariorũ cor et cere brum confortantium sicut est pliris arcotico diambra diantos diamargariton et post cibũ masticare gariof. aut nuc. musca. teneatur ĩ manu laudanum aut pomum ambre cuius po nam descriptionẽ eligatur locus a sentina re motus et canalibus in quibus aque fetentes proiiciuntur caueat quãtum potest ab oppres sione hominũ qui ambulant sepe supra ptem detectam nauis et sepe mutentur uestimenta et infra eas teneatis aliquid odoriferum sicut flores lauendule muscus uel aliquid tale.

## Sextum accidens

Curatur sumendo per duas horas post cenã quando uadit dormitum Recipe syrupi uiola/ ti syrupi de nenufare syrupi de papauere.an. ʒ.sem.aque decoctionis papaueris.ʒ.iii.mis ce. Lauẽtur pedes et brachia in sero quando uadit dormitum cum hac lotione Recipe flo/ rum nenufaris uiolarum lactucarum solatrĩ foliorum uitis anna.m.i.aneti florum camo mille an.m.i.sem.decoquantur insufficienti quantitate aque pro lotione. Ad idem confert odorare oleum nenufarium uel frustum opii.

## Septimo accidenti

Succurratur sumẽdo ptes duas brodii pulli aque buglosse ptem unam uini maluatici par tem mediã et bibatur stomaco ieiuno. Ad idẽ ualet contusum pulpe gallinarũ caponũ pdi/ cum uel fasianorum. Itẽ aqua sublimationis gallinarũ uel caponũ et si senserit frigiditatẽ uel tempus fuerit frigidũ utatur isto electua/ rio sumendo de mane.ʒ.i.sem.cuius descrip tio ponitur in canone et uocatur confectio de iacincto. Itẽ ad idẽ ualet dyamuscus dulcis de scriptione Mesue in suo antidotario et adhuc diamargariton descriptiõe Nicolai in suo an tidotario.si uero tempus calidũ uel senserit ca liditatem utatur diaboriginato zucaro rosato conserua nenufaris cõdito de uiolis simul uel diuisim ponẽdo.ʒ.ii.in brodio pulli et bibe/ re aut sumẽdo in estate cum aqua accetosa uel rosata uel aqua fontis ualet lauare manũ cum aqua rosata cui aliquid uini maluatici uel alte rius boni uini sit admixtũ.

## Octauo accidenti.

Succurratur cũ his que dicta sunt i capitulo pre cedentis.

Ad ultimum ualent omnia que dicta sunt in ca. septimo. Ad idem ualet electuariū ꝙ sic fit. Recipe pulpe capo/nis pinguis et bene cocte lib. sem. et contun/datur in mortario lapideo optime qua cōtusa addatur iste puluis Recipe cinamomi garda/momi gariofili galange folii anna. ʒ. sem. li/quiricie rase. ʒ. ii. pinearū mundatarū et infu/sarū in aqua calida amigdolarū mundatarum anna. ℥. i. seminū cōium frigidorū. ℥. se. seis papaueris albi. ʒ. ii. et oia ista cū predictis op/time incorporent. Et postea accipiat li. i. zu/cari optimi dissoluti in brodio pulli uel capo/nis siropiget cū rebus positis in mortario et reducant omnia ad formā electuarii de quo sumat de mane. ʒ. iii. stomaco ieiuno cū. ℥. ii uini grossi dulcis et post ipsius assumptionē differat prandiū per duas horas et melius es/set p tres. Et hec quantū ad capitulū secundū

## Capitulum tertium.

In preseruatione a peste gloriosissime sūt pil/lu. que infra scribent quarū sumatur a tribꝰ usqꝫ ad quinqꝫ duabus aut tribus uicibꝰ i eb/domada sumendo eas in aurora sup quas po/test dormire hora. i. cū eas sumpserit differat prandiū suū per quinqꝫ horas saltē per qua/tuor. Recipe aloes cicotrini. ʒ. iiii. agarici. ʒ. iii. mirre electe. ʒ. ii. croci. ʒ. i. seis citri seis acetose anna. ʒ. sem. termētille corticis citri. anna. ℈. i. corallorū rubeorū. ℈. ii. boli arme/ni. ʒ. ii. camphore gra. ii. agaricus incidatur frustratim infundat per sex horas in oximel/le simplicis et alia pulueriz et simul incor/porentur et cū syrupo de acetositate citri fiat magdalion seu massa pillularis cum uoluerit uti ex qualibet. ʒ. fiāt octo et aspergant cum bolo armenico et eis utatur ut dictū est. Va/let etiā multū usus harū pill. nō solutiuarum quarū sumat a tribus usqꝫ ad quinqꝫ in auro/ra aut quādo surgit duobus diebus aut tribus in ebdomada quando nō capit pillu. solutiuas supius descriptas et post ipsarū assumptionē differat prandiū saltē tribus horis. Recipe di/ptami. ℈. ii. ligni aloes. ʒ. i. termētille. ʒ. se. zedoarie bone. ℈. ii. croci. ℈. i. se. sandalorū rubeorū seis acetose seis citri anna. ʒ. se. bo/li. ʒ. ii. camphore gra. ii. specierum electuarii de gēmis descriptione Mesue in suo antidota/rio. ʒ. i. ossis de corde cerui numero. ii pulue/rizentur oia et cū syrupo de acetositate citri i/corporent et fiat massa et cū fuerit opus fiant pill. ix. pro qualibet. ʒ. et aspergant cū bolo/armeniaco. Tempore ueris loco syrupi de ace/tositate citri pro earū reformatione ponatur triaca et fiat ut dictū est. Confert ad idē tene/re pomū in manu et cū sepe odorare ꝙ sic fit Recipe xiloaloes macis nucis musca. an. ʒ. i. ambre musci an. ℈. i. gra. viii. camphore. ℈. sem. mastiçis. ʒ. ii. laudani quantū sufficit ad conficiendū pomū istud conuenit tēpore hye/mis. Tēpore estatis diminuatur quātitas ha/rum rerū calidarū et addantur sandali rose et similia ualet etiā istud pomū ad succurrendū septimo accidenti precedētis capituli et quin/to eiusdē utatur aceto in cibis et potu suo. pre/terea uti in cibo et potu in pestilētia est nocu/menti ipsius securatio Auic. doctrina prima de regimine temporū cū notificatiōe hec pau/ca digniora mihi uisa sūt quibus securius po/terit. M. v. preseruari.

Bauerius de Baueriis.

In stando i bal/neo porrete infrascriptus ordo seruari debet. Cum in balneo porrete fueritis debetis una die quiescere in qua nihil agatis. In sequenti die in ortu solis accedatis ad aquā porrete et de ea bibatis sex ciatos continentes duos urceos quibus bibi/tis redeatis ad hospitium hincinde ambulan/do et sic per horam stabitis. interim aquā sum/ptā secedētis totam aut magnā ptem exacta hora redeatis ad aquam et bibatis ciatos quat/tuor cum dimidio et inde stabitis per horam et hoc tempore emittetis aquam totam aut ma/gnam ptem postea iterum ibitis ad bibendū. iiii. ciatos cum dimidio ut prius feceratis de/inde stabitis per horas tres et prandeatis. trāf/actis horis octo a fine prandii faciatis cenam leuem aut collationem bonam inde postea ad horam cū dimidia ibitis dormitū. In sequen/ti die que erit tertia accessus uestri circa solis ortum bibetis urceos duos aque et inde stabi/tis per horam et postea ingrediamini i balneū si non fuerit frigidū et stabitis in eo per horā deinde intrabitis lectum et corpore mediocri/ter pannis tecto absqꝫ hoc ꝙ dormiatis uide/bitis si natura tēptat sudorem. si sudaueritis faciatis corpus uestrum pannis calidis exsic/cari et inde ad horam faciatis fieri hoc clistere Recipe aque porrete lib. i. se. mellis. ℥. ii. olei ʒ. iii. salis. ʒ. ii. sem. et calidum supponat cli/steri reiecto accipietis prandium uestrum et i sero cenam in qua poteritis aliquid plus cōe/dere quā in die qua bibitis et hunc ordinē ser/uare debetis quoad eritis porrete. s. una die

bibere in tribus uicibus quinque aque urceos alia die duos et balneum intrare et hoc dico si balneũ non est frigidũ et si frigidũ fuerit ut plerũque accidit dimittatis et faciatis fieri clistere hoc nullo pacto dimittatur quoniã plus operabitur quã aqua que bibitur et iste modus ẽ obseruandus p dies .xx. Cum bibetis p dies quattuor aquã faciatis fieri ad stomacũ unctionem per horã ante cenã cum manu calida. Recipe olei de absinthio olei de spica olei de mastice anna. ʒ. sem. galie musc. gariofilorũ macis galangi carui ameos. an. ℈. i. corallorum ru. coriandorũ prepatorũ an. ʒ. sem. cere albe parũ et fiat unguentũ molle. Vtamini super ferculis uestris speciebus que sic fiunt Recipe cinamomi electi. ʒ. ii. zéze. ℈. ii. gariofilorũ melegete amomi feis sclaree an. ℈. i. sandalorũ rub. ʒ. i. croci. ʒ. sem. pistentur subtiliter et cribentur et fiant species. Confectiones sibi cõuenientes sunt coriandri preparati habentis unã zucari coopturam q sumendi sunt in fine mense et nihil inde bibere Et anisi unius coopture zucari de quibus sumatis duas tertias unius coclearis in pricipio mẽse et cõfectio que sic fit. Recipe zucari trium coctarũ. ʒ. viii. aque rosate in qua infuse fuerint. ʒ. ii. cinamomi quantũ sufficit ad dissoluendũ zucarũ et fiat confectio in rotulis quarũ quelibet sit medie uncie de hac confectione potest sumere in sero quando uellet facere collationẽ aut quando nõ sumeret anisos. Bibat uinũ albũ aut cisiolum mediũ iter dulce et bruscũ carnes sint pullarum castrati aut edi ab aliis abstineat panem accipiat bene fermentatũ cõuenienter coctũ qui sit unius aut duorũ dierũ non amplius trium ab aliis cibis abstineat pro ferculo utatur pane cocto aut brodeto cũ ouo facto aut brodio in quo petrosillus fuerit decoctus. Caueat a somno diurno a fructibus omnibus ab herbis crudis a pisci bus a caseo lacte butiro a pastis agimis a statione uentorũ et ab aere nocturno.

¶ Bauerius de baueriis.

Bitis concedẽte deo ad balneũ porrete cumque ibidem fueritis quiescatis duobus diebus nisi quod in die secunda faciatis fieri clistere ante prandiũ eo modo quo ordinabitur die uero tertia circa solis ortum accedetis ad aquã de ea bibetis urceũ unum cum dimidio antequã a potu desistatis deinde redeatis ad hospiciũ et stabitis per horã aut per horam cũ dimidia et interim aquã sumptã emittetis totam uel ptem maiorem postea redeatis iterum ad aquã potandã bibendo de ea urceũ cũ dimidio ut prius postea redeatis ad hospitium et stabitis per horas tres et hoc tempore egeretis fere aquã totam et prandeatis post prandiũ ad septẽ horas faciatis fieri clistere q infra ordinabo. Et hunc ordinẽ seruabitis omni die quo steteritis porrete. Si quid noui non superueniret quo minus ordo seruaretur sicut eẽt debilitas aut fortis dolor et cõsimilia Quãdo a lecto de mane surgitis ungatis epatis regionẽ cum unguento ad hoc ordinato. De mane quando surgitis et de sero ante cenam faciatis ungi regionẽ renum et locũ inter testiculos et anum et pectinẽ cum unguento ordinato. Si casus occurreret q fieret urine retentio succurratur sic. Recipe peritarie et buliat in aqua porrete deinde habeatur spõgia calida plus quã tepida ponatur femori et cum infrigidatur remouetur et sic fiat tribus aut quattuor uicibus. Ad idẽ ualet si pitaria decocta inuoluatur in petia linea subtili et femori apponatur. Itẽ accipiatur uitriola siue peritaria et ponatur in sartagine et sup aspergatur modico oleo de scorpionibus et cum folia passa fient ponantur dicta peritaria sup pectinem et cõsimili modo fieri potest cũ sanationibus siue crissonibus. Cibus debet esse panis debite coctus et cõuenienter fermentatus absque sale nõ pluris tẽporis duorũ aut trium dierũ nec minoris unius diei a quo cortex excutiatur Carnes sint pullarũ edi castrati ab aliis abstineant melius predicte carnes parantur elissando quã alio modo decoquãtur in aqua cõi et nõ in aqua balnei ut quidam faciunt uinum sit albũ aut cisiolũ nõ dulce nec bruscũ siue ponticum multũ comedatis i die bis sed non grauetis uos multo prandio nec cena p ferculo sumatis panem coctum in brodio aut bucellas panis in brodio infusas aut milium non utamini speciebus in cibis uestris. Ex cõfectionibus conueniunt manuschristi amigdale cũ zucaro cõdite diamagdolaton siue marzapane et grana coriandri habentiũ coopertura unam zucari et hoc post cibum post q nihil bibatur. In casu uestro non conueniũt anisi. Clistere quo uti debetis est istud Recipe aque balnei lib. i. se. cassie. ʒ. xii. olei uiolati. ʒ. iii. salis. ʒ. i. sem. et totũ calidum superponatur. Interdum accidit propter potum aq ut in stomaco multiplicetur uentositas cui nõ est tutum cum rebus calefacientibus et carminantibus ab intra administratis succurrere p pter epatis et renum caliditatẽ quare oportet

ab extra approximare que conferant de qbus est unguentu ad hoc ordinatum cum quo ante prandium et cenā p horam unam premissa leui stomaci fricatione faciatis inungi. Si magnus accideret ardor in uirga initiatis cum siringa albumē oui aut lac aut emulsio seminis papaueris quodcumqȝ iniectum dolorem remittit.

¶ Bauerius de Baueriis.

## Dispositio uenerabilis patris et eximii decretorum doctoris do. Iohannis baptiste de ungaria uniuersaliter appellatur artetica specialiter uero dicitur podagra q̄ est dolor accidēs iūcture pedis uel potius in ligamētis et corporibus iuncturā de foris circūstantibus. unde Auic. xxii. tertii auctoritate Gali. Et uidetur ut nō sit materia ī neruis et cordis imo in ligamētis et corpibus qbus cōtinent iuncture de foris secundū quod dicit Gali. et pp hoc nō accidit ut pueniat dispō podagricorum in doloribus suis et apostematibꝰ ipsorū ad spasmū oio. Istius dispōis duplex est cā uidelicet cōiuncta siue imediata et antecedēs et primitiua. Causa cōiuncta ē materia flegmatica subtilis cū aliquali musculaginositate cui aliquid colere ē admixtū que phibet uiā flegmati ad pedē. Causa antecedens ē flegma cui aliquid colere pmiscetur quod aut sua preter naturalitate uel multitudine aptū est stimulare uirtutē expulsiuā q̄ ipsum ad pedē trāsmittit. Causa huius flegmatis quod est cā antecedens ē multiplex. s. mala cōplexio frigida et hu. cerebri qꝫ p nucā que ē eius uicaria prima tertii transmittit materiā ipsam ad pedē similiter stomacus huius uenerabilis uiri q est frigidus et hu. flegma multiplicans et epar qꝫ cū flegmate generat coleram sua naturali cōplexiōe. adiuuat ad hoc latitudo uiarū inter epar et ptes inferiores p quas materie iste facilius pelluntur. Cause uero primitiue sunt indebitus ordo in regimine sex rerū nō naturalium Ex istis cōprehendi pōt qꝫ cū illa dispō sit interpolata nisi adhibeatur diligens studiū fiet cōtinua et pduceret ad priuationē gressus. Iste ē casus quē ego Bauerius ex signis euidentibus et sufficiētibꝰ collegi.

**Cura.** Duplex est istius dispōis regimē unum p debitam sex rerū non naturalium administrationē q̄ p dietam solet appellari aliud est p potionem siue p rerum medicinalium administrationē. Regimen p dietam habebit sex capitula iuxta numerum sex rerum nō naturalium a qbus incipiam et primo ab aere.

**De aere.** Licet auctores medicine solum de aere uideant̄ mentionem facere tanq̄ de eo quod magis ex rebus extrinsecis corpa nostra alterat. uolunt inde p ipsum reliqua elementa intelligi. Cauendū est ab aere grosso et ab aquis grossis. nam tertia primi. grossities preterea aeris et aq̄ et que maxime est ī estate est ex eis q̄ ex cibis corrūpunt. Et nocet ei aer humidus et uentus austrinus et borealis et habitatio in locis terrenis et humidis et iuxta defluxus aquarū. et qa aer plus minus ue nocet secundum diuersam pānorum tecturam pp hoc de aere loquendo doctores cum eo de uestibꝰ faciunt mentionem nō teneat calceos aut planellas stringētes pedem aut dolorē facientes neqȝ eis frigus patiatur neqȝ nimium calorem. Nocet multa corporis frigiditas pariter et capitis et nō minus nimia earum ptium caliditas eligere debet aerem clarum bene euentatum tranquillū declinantē ad calidū. et sicci. qꝫ si talis a natura nō habeatur fiat arte incēdendo ī loco sue habitationis ignem ex lignis siccis boni odoris cuiusmōi sunt pinus abies laurus sauina rosmarinus. etce. aut suffumigetur cum thure sandaraca laudano aut storace sicca ponendo de aliquo istorum sup prunas aut de oibus simul mixtis habitet in loco a terra remoto posito inter duo solaria cuius fenestre sint uersus orien. non appropinquet nimis igni nec ad ipsum pedes calefaciat nec dorsū igni ostēdat corpus teneat ita pannis munitū ut nō rigeat neqȝ ita calidū ut sudet seu extuet et idē de capite intelligatur mutet itaqȝ pannos secūdum tēporis exigentiam.

## De accidentibus animi

uitare debet iram furorem tristitiam sollicitudinem dolorē animi et corporis. unde galie. iii. tegni. Abstinere uero manifestum est quoniam ab intempantia oportet harum omnium anime passionum ire tristitie furoris timoris inuidie sollicitudinis exterminant etiam et hee mutant corpora ab ea secundum naturam consistentia. Nocet etiam diffidentia p̄seruationis et cure dispositionis sue Conuenit letari gaudere conuersari cū amicis et dilectis et de salute sua et preseruatione a doloribus pedū bene sperare. Et quia in coytu delectatio quedā est que ad accidētia aī ptinet idō coytus ad aie accidentia reducit̄ coytus nimius nocet et ab eo oi cura est cauendū qꝫ si aliquando fuerit eius usus sit natura stimulātis

et non cogitatio aut inspectio mulieris uel tactus pudendorũ fiatq; digestione celebrata in stomacho et epate ꝙ est tempus .cõiter post cibum septem horarum.

## De motu et quiete.

Nocet motus oĩs supfluus omni tpe factus et precipue sup cibum et longa stacio super pedes et omne exercitiũ in quo multũ pedes laborent dimittendũ est balneum aque dulcis et cauendũ est a lotione tibiarum et pedum cum eisdem aquis et a fricationibus tibiarũ et pedum cum panno lineo aut manibus trahendo ad inferiora. Exercitium tempatum pedestre aut equestre tempore quo pedes nõ dolent et si dolent sit dolor remissus et hora declinationis morbi et nõ in principio eius Conuenit etiam nauigatio aut uectio loco exercitii cõcedantur fricationes brachiorũ cum pannis calidis incipiendũ est exercitium cũ cibus i stomaco et epate est digestus. unde Auic. iii. primi. Et ut cibus existens iam sit in stomaco digestus. et epate et uenis et ut alterius cibi hora iam aduenerit. i. iam sit propinqua. Et fiat primo pulsis supfluitatibus prime et secunde digestionis. unde Auic. loco supra allegato. oportet preterea qui exercitatur incipiat et superfluitates ab inferioribus expellat. s. intestinis et uesica. deinde exercitetur. Continuandum est exercitiũ donec motus leuis pseuerat aut corpus uidebitur uelle sudare. unde Aui. loco ut supra. quoniã dum motus leues perseuerant adhuc ẽ hora. s. exercitii. Et paulo infra cũ sudoris uaporalis resudatio liquida facta fuerit dimittendũ est exercitium.

## De somno et uigilia.

Somnus supfluus nocet et q̃ imediate post cibum est factus Cauere etiam debet a somno diurno et ab eo qui fit sup dorsũ nec minus nocent uigilie superflue. unde Auic. ii. primi cap. xiii. Cũ autem uigilie sunt multe cõplexionẽ cerebri corrũpunt aliquo siccitatis mõ et debilitant ipsum et cõmiscent et adurũt humores et egritudines faciunt accutas. Sõnus autẽ multus huius efficit contrariũ. De nocte dormiendũ est et nõ de die nisi longa dormiendi de die esset consuetudo nam subito dimittenda nõ est. unde Auic. tertia primi cap. ix. In die quoq; dormire est malũ generat. n. egritudines humectantes et reumatismos et corrumpit calorẽ et generat splenem et laxat neruos et efficit pigritiã debilitat desiderium et generat apostemata et febres frequẽter. Et paulopost subdit q̃ in die dormire cõsueuit ipsum subito interrumpe nõ debet absq; ordĩe Sit sõnus q̃titatis. vii. horarũ nõ amplius octo nec minus sex. et prio sup latus dextrũ. deinde sup sinistrũ ꝙ si totũ nõ cõpleuerit somnum reuoluat᷑ sup dextrũ. somnus ẽt sup uẽtrẽ laudat᷑. unde Auic. c. supra allegato. Sed q̃ ex figuris somni melius ẽ ut sup dextrũ incipiat deide ad sinistrũ reuoluat᷑. ꝙ si eius inceptio sup uentrẽ fiet auxiliũ forte satis magnum in digerẽdo ppea q꞉ calorẽ retinet naturalẽ et ipm ꝯprehẽdit quare auget᷑. et i. c. vii. tertia primi oportet ꝑterea ut post cõmestionẽ primũ sup latus dextrũ dormiat pauco tpe deinde sup sinistrũ reuoluat᷑ postea reuoluat se sup dextrũ. neq; prius dormire incipiat q̃ hora cũ dimidia aut due effluxerint a fine cene. unde Auic. tertia primi ca. vii. Amplius non illico post comestionẽ est dormiẽdũ cibo natãte etc. fitq; capite bene eleuato et corpore pannis debite tecto. unde Auic. tertia p̃mi ca. de regimĩe eius ꝙ cõceditur et bibit᷑. et debes scire ꝙ multis coopire pãnis et ceruices eleuare existũt ex illis q̃ i digerẽdo adiuuant .imo corpus tpe somni debet eẽ pãnis calidius q̃ tẽpore uigilie. unde Auic. ii. primi cap. xii. ꝙ aũt ex dispõẽ somni ẽ superãs ꝙ in ipo calor occultatur et frigiditas manifestatur et ꝑpter hoc oĩbus mẽbris tãta necessaria sunt coopemẽta quãta in uigiliis nõ sunt necessaria.

## De cibo et potu.

Dimittat oĩa cibaria mali nutrimẽti et quecũq; sunt difficilis digõnis cuiusmõi sũt panis agimus et cibaria q̃ ex pasta agima fiunt sicut lagane et limelli etc. Et carnes antiquas ut boum caprarũ et similia et auiũ degẽtiũ in stagnis aut paludibus sicut anserum anatũ folicarũ. Et caro animaliũ nouiter natorũ. unde Gal. viii. terapẽtice cap. ii. Fugienda sũt que cũq; uetera animalia et nouiter nata. Nã hec quidẽ duriora sunt et indigestibiliora illa uero ꝙ oportet humidiora et supfluitatẽ generãtia et maxime quecũq; animaliũ sunt humida sicut oues etc. Et interiora animaliũ sicut cerebrũ pulmo et cutes etc. Cauendũ ẽ a lacte et caseo et ab ouis ãtiquis aut frixis uel p decoctionẽ induratis. Pisciũ usus uniuersaliter est malus. Dimittẽda sunt oĩa olera frigide et humide cõplexionis et eorũ fructus ut cucurbite citrulli etc. Nocẽt acrumina oĩa ut cepe porrũ allia etc. et omnia legumina sũt mala. Vn Gal. secũda amphor. in cõmẽto amphor. xvi. Hellenes inquit cũ ꝑpter indigẽtiã comedũt legumina sequitur eos pedũ debilitas. Et omnes fructus humidi sunt mali. Et precipue ci

tonia de quorũ ꝓprietate ẽ facere dolorẽ iunc turarũ. uinũ subtile et acutũ nocet et uinum grossum et dulce et acetũ est malum. Eligere debet panẽ ex frumẽto optĩe mũdo bene fer/ mẽtatũ et cõueniẽter coctũ in cuius cõfectio/ ne ponatur aliquid salis. et si non esset farina ex toto a furfure mũda esset panis magis ex/ tersiuus et citius descẽdit. unde Auic. tertia p̃ mi ca. vii. panis cũ suo furfure uelocius descẽ dit q̃ cribellatus. Sitq; etatis duorũ aut trium dierũ et nõ comedat̃ calidus cũ a furno extra hitur et ab eo cortex exterior excutiat̃ quãdo comeditur. Carnes ex siluestribꝫ aialibꝫ lau dabiliores sũt presenti ꝓposito q̃ ex domesti/ cis. Eligãtur ex uolatilibꝫ siluestribꝫ pdices starne fasiani turtures allaude ficedulẽ et reli que aues parue degẽtes in nemoribꝫ aut pra/ tis. Ex quadrupedibꝫ uero caprioli carnes et leporis iuuenes et apri et coniculi: et ceteris abstineat. Ex domesticis uolatilibꝫ laudabun tur carnes caponis pulli galline iuuenes et pi pionũ uolare incipiẽtiũ et uictũ extra domũ querẽtiũ. Sed ex quadrupedibꝫ laudãtur car/ nes edi agni annualis castrati uituli horũ ani maliũ partes anteriores laudabiliores sũt pos/ terioribꝫ et q̃ sunt musculose ceteris sunt pre stãtiores et harũ q̃ fuerũt macre elixent̃ q̃ ue ro pingues cõueniẽtius assantur. ex ipsis ani malibꝫ oua recẽtia decocta ut sint tremula aut sorbilia sunt cõueniẽtia casei usus nõ sit mul tus si aliquãdo comedere contingit sit in fine mẽse et sumat duos aut tres bolos et sit caseus fragibilis nõ uiscosus etate medius inter re/ centẽ et antiquũ a reliquo abstineat et simili/ ter a lacte et butiro. Pisces nõ cõueniũt si ta/ mẽ aliquãdo sumit sit in usu raro. Ex aquis dulcibꝫ minus mali sunt pisces pui squame si nõ habẽtes odorẽ malum: sicut lucii cauedani trute carpiones scardaue. Et ex mare solie au rate passares trilie. et hi melius prepantur su/ per graticula cũ modico olei et aceto ungẽdo aut cũ uino elixãdo et partes minus male sũt cauda et partes q̃ dorso adderẽt caput uero et uẽter sunt minus sane. Cõceduntur ex her/ bis saluia maiorana petrosillus feniculus bo rago buglossa ysopus sparagus et lupullus et saturegia tẽpore uero estiuo endiuia cum spe ciebꝫ suis. De radicibꝫ herbarũ sunt sicut ca rote et baucie. et ex floribus flores boraginis et buglosse et roris marini et capares. Ex gra nis permittunt̃ far miliũ panicũ rizũ et bro diũ cicerũ rubeorũ dimissis granis. Fructus qui cõceduntur sunt sicut uue passe ficus sic/ ce pistachia grana pini tribus uicibus ĩ aqua calida infusa postea in umbra exsiccata amig dale dulces excorticate et auellane prius torre facte et inde mundate aliquãdo conceditur pi rum aut malũ aliquod coctũ in fine mẽse sum ptũ cũ anisis habẽtibus unicã zucari coopta ram. Species quibus uti debet sup cibis suis sunt. Recipe cinamomi electi. ℨ. i. zenze. ℨ. ii. granorũ padisi gardamomi gariofilorum. anna. ℈. ii. piperis albi piperis nigri an. ℨ. i. sem. ameos carui anna. ℨ. ii. nucis musca. ℨ. i. croci. ℨ. i. sem. pistentur omnia subtiliter et cribent̃ et fiant species. Confectiones qbus uti potest sunt coriandi prepati habentes unã zucari coopturam post cibũ et anisi cum una zucari coopertura ante cibũ cum in stomaco aut in intestinis uentositatẽ senserit zenze. con liti pignocati prius tamẽ granis pini pre paratis p infusionẽ in aqua calida et dia amig dalati siue marzapane et manuschristi Vinũ cõueniens est illud quod inter nouum et anti quũ est mediũ et quod ẽ in substãtia equale et est clarũ et in sapore nec acre nec dulce et est habẽs bonũ odorẽ cuius color ad rubedinem declinet ꝙ si nimis potẽs esset cũ eo per duas horas comisceatur aqua decocta aut aqua ci/ sterne.

## De inanitione et re

pletione. Fugere debet omnẽ repletionẽ non solũ humoralẽ de qua in sequẽti regimie per potionẽ sed etiã cibalẽ et precipue ciborũ ue/ tidorũ. nã talis repletio generat fastidiũ quod est causa multarũ egritudinũ. unde Auic. ter tia primi ca. vii. Et preterea nihil est deterius quã fastidiũ et ꝓprie cũ fuerit fastidiũ et ma/ lis nutriẽtibus quoniã cũ fastidiũ ex grossis puenerit nutriẽtibus hereditare faciet iunctu rarũ dolores et renũ et destinã et podagrã et splenis et epatis grossitiẽ et flegmaticas egri/ tudines et melencolicas. Et cũ ex subtilibꝫ ac ciderit nutriẽtibus prouenient ex ipso febres accute. Pro cõplenda intẽtione istius cap. que dam documẽta sunt habẽda. primũ qd' post ci bũ nullũ forte exercitiũ est faciendũ. Secun/ dũ ꝙ cũ uerus fuerit appetitus nõ differatur comestio. Tertiũ stãte appetitu magno nõ est comedendũ usq; ad sacietatẽ imo a mẽsa ẽ sur gendũ reliquiis famis adhuc existentibus. Quartũ stãte fastidio siue uolũtate uomendi aut cibo prius assumpto nõ digesto nõ est co/ medendũ. Quintũ in eadẽ mensa nõ sunt co medẽda cibaria multũ diuersa. Sed sufficiat unũ aut duo et ab eo primo incipiat quod est facilioris digestionis. Sextũ cum comeditur masticetur bene cibus sed in comedẽdo nõ p trabatur tẽpus in lõgũ. Septimũ non ẽ bibẽ

dum priusquã comedantur sex aut septẽ boli et melius est parũ pro uice et sepe bibere quã multũ et raro. Octauũ cũ transiuerit hora me dia a fine prandii aut cene non bibat aliquid et precipue uinum ꝙ si sitis infesta esset lauet os aqua et de ea parũ transglutiat. Nonũ nõ sit potus tantus ut cibus in stomaco natet nec pro uice tantũ cibi sumat ut stomacus grauet.

lis rosati colati. ℥.i. aqua calamenti et artetice anna. ℥.i. sem. misce. Die uero nona sequenti euacuetur materia cũ istis pill. Recipe pill. de hermodactilis pill. fetidarũ anna. ʒ. se. formentur pill. septẽ cum electuario rosato et accipiantur hora et cõditionibus obseruatis omnibus que scripta sunt de minoratiuo precedẽti. Similiter etiã ad preseruationẽ huius nobilis necessario est euacuatio in tẽpore Autũni fienda secundũ hunc modũ. Itaq̃ uno manẽ post medietatẽ septembris accipiat hoc minoratiuum. Recipe pill. de agarico et de hermodactilis ãna. ʒ. sem. salis indi grana duo formentur pill. cũ electuario rosato et accipiant̃ obseruatis regulis post alia solutiua obseruatis. Mane uero sequenti accipiat hoc digestiuum diebus ad minus decem Recipe syrupi de bisantiis. ℥.i. syrupi de eupatorio. ℥. sem. et aque lupullorũ et artetice anna. ℥.i. se. misse. Vndecima uero die sequẽti accipiat hoc solutiuũ. Recipe benedicte. ʒ.iii. electuarii indi ʒ.ii. sem. aque yris. ℥.i. sem. calefiant et accipiatur totũ memorãdo conditiones que post alia solutiua prescripte sunt. Cũ ergo hic uir nobilis fuerit euacuatus duplici hac euacuatione regulari tunc insurgit intẽtio pticularis curationis dispositionũ suarũ secundũ hunc ordinẽ celebranda primo enim scribentur. x remedia inter tempus ueris et autũni pticulariter administranda. secundo uero principaliter tangentur plura instrumẽta membrorũ pticularũ huius uiri lapsum rectificantia. Tertio uero principaliter ordinabunt̃ instrumenta principalia que a principio mẽsis octobris usq̃ ad principiũ mensis Martii futuri anni obseruari debẽt. Ex quibus uideb tur acquisitum medicinale regimẽ suarũ dispositionum curatiuũ. Vt autẽ explicentur instrumẽta necessaria inter tempus ueris et autũni premittendũ est q̃ quidã ipsorũ erunt pticularium euacuationũ effectiua altera uero erũt ipsarũ materierũ diuersiua nõnulla uero erunt consumptiua materierũ que iam ad membra effuse sunt ultimo uero erunt membrorũ confortatiua ne aliarũ materierũ sint receptiua. Pro declaratione igitur primi horũ duo scribent̃ instrumenta Primũ erit hoc Recipe aloes̃ epatici electi. ℥.ii. agarici hermodactilorũ anna. ʒ.ii. pulpe colloquintide. ʒ.i. sem. zenze. cinamomi assari gariofilorũ macis anna. ℈.i. turbit electi epithimi anna. ʒ.i. croci. ℈.i. puluerizentur oĩa p se. deinde infundant̃ in. ℥. v. aque artetice et exponantur sub radiis solis sepe cõmiscendo usq̃ ad consumptionem aque que iterũ renouanda est bis et exsiccanda. De illa ergo materia hic uir accipiat omni fine. xv. dierũ. ʒ.i. et fiant pill. septẽ p. ʒ. Cum obseruãdis modis in aliis solutiuis declaratis. Et attendat q̃ de predictis pill. septẽ pro. ʒ. factis omni quarta die parum ante cenam accipere potest unam. euacuationes enĩ iste pticulares paulatiue distrahunt materias et finaliter prohibẽt earum generationẽ dilatãdo membra. Secundũ uero remedium ad hanc intentionẽ et de autenticis est hoc. Recipe gerelogodion. ʒ. v. pulueris turbit. ℈. se. diagredii granũ unũ zẽze. grana tria misce et totũ hoc assumat̃ in aurora saluatis conditionibus que in aliis solutiuis fuerint scripte. Secundũ uero principale de applicandis inter purgationẽ ueris et autũni et ut materieb᷒ detur distractio et diuersio per alias uias. Et primo per diuretica secũdo p dilatãtia uenas. tertio per apientia porrorũ. quarto per distrahẽtia penitus ad oppositũ. Primus autẽ modus diuersionis per diuretica securissimus ẽ in tãtũ q̃ dixit Rasis in lib. de iũcturis q̃ usus eorũ facit hominẽ etiã iacentẽ surgere a lecto et id idẽ scribit̃. xxii. tertii cap. de curationibus harũ dispositionũ et merito quidẽ hoc approbandũ ẽ. Materie. n. superflue que faciũt dolorẽ iuncturarũ sunt reliquie tertiẽ digestiõis ut allegatis locis pcipitur. Sed diuretica poterer educũt eas distrahẽdo ne ducãt ad iuncturas igitur cõclusio uera minor nota est intelligenti ppinquitatẽ uiarũ urinalium ad epar et ad uenas et nõ calũnies uie cũ de digestione secũda uel tertia. Si eni excludis digestionẽ a masticatione tũc superfluitates taliũ egritudinum erũt attestãde digestioni secũde et econuerso. Quatuor igitur ponantur hic diuretica duo simplicia et reliqua cõposita. Primum erit ut decẽ uel. xv. diebus patiens in aurora. ℥. v. aque assari cũ zucaro calefactas sumat. Secundũ et melius illo ẽ aqua rubee tinctoris̃ similiter exhibita ymus fortis eius usus prouocaret urinã usq̃ ad sanguinẽ. Primũ de cõpositis ẽ hoc. Reci. trocifcorũ de spica q̃ scribunt̃. ix. almansoris. ʒ.i. pulueris granorũ orobi. ℈.i. tiriace andromaci antiqui. ʒ. se. exhibeat̃ totũ in potu in aurora cũ duab᷒. ʒ. aque apii calefactis et tardetur cibus horis ad minus quinq̃. Secundũ compositũ est hoc. Recipe trociscorũ de eupatorio. ʒ. se. granorum milii solis sizeleos carui anna grana. v. benedicte simplicis. ʒ.i. sem. misce et totũ accipiatur cũ duabus. ℥. uini albi subtilis et potentis tardando comestionẽ ut dictum ẽ. Materias uero in mẽbris infusas et earum reliquas auferre possunt instrumenta quãplurima.

Et primo de cõmunibus auctorũ et leuius est ut fiat sepe omniũ dolẽtiũ ptium leuis fricatio cum hoc cõposito. Recipe olei omfancini. ℥. ii. salis cõmunis torrefacti. ℥. sem. calefiat totum et fiat ut dictũ est ligando cõueniẽter mẽbra cum pannis calidis. Secundũ est ut sepe membra suffumigẽtur hoc modo habeãtur lapides marcasite notabiliter igniti et effundatur super eis mixtio ex antiquo uino rubeo subtili cõmisto cũ quarta pte aceti stillentur ergo super lapidibus per embotũ habentẽ orificiũ non latius quã penna alarũ anseris teneat ergo eger super illo uapore membra elongata per duos pedes super coperta corio uel tappeto uel sclauina quãdiu perceperit caliditatẽ penetrasse in profundas ptes membri tũc ergo remoueatis ab opere illo et ligentur membra pannis condecenter et coopiantur quiescendo. Est autẽ lapis marcasite lapis rubeus quo acuuntur ferramenta cuius magna copia iuenitur in diocesi ueronensi. Tertiũ instrumentum ad hanc intentionẽ est ut membra paciẽtia omnia liniantur condecẽter cum hoc cerato. Recipe serapini. ℥. i. bdelii rub. et armoniaci siccioris anna. ℥. sem. sandarace. ʒ. ii. dissoluãtur gũme cũ aceto rubeo subtili et cum sufficienti quantitate cere fiant cerota ambiẽtia omnem ptem egram et sanã per duos digitos circũquã. Ad hanc etiã intentionẽ conferunt balnea naturalia ita ꝙ premissis purgationibus ante dictis a decima die mẽsis Aprilis usq; per totũ mensem Maii. Hic uir cõtrahat morã in balneis per. xx. aut saltem p. xv. dies infundendo totũ corpus in eis et proprie in mane et in sero uero sufficiat ei stillas aque recipere super spatulas nudas et aliquãdo spatulas exponere foraminibus a quibus exit fumus balnei et pedes etiam illis foraminibus imponere absq; contactu aque. Et pluries in die spatulas manus et omnia membra lesa coopire luto balnei actu bene calida grosso super extenso eis. Et in suma pmutare se de aqua balnearũ ad fumũ et de fumo ad lutũ et econuerso in die bis uel ter secundũ ꝙ clare habere poterit in consilio de balneandis p me conscripto ubi etiam ponitur regimen in omnibus. Et per hec etiam remedia non solũ cõsummũtur reliquie materierum sed etiã confortantur membra. Iam autẽ nunc memorandum est ponere aliqua mẽbrorũ interiorũ cõfortatiua ne sint gererantiua materierũ et congregatiua earũ. De numero ergo eorũ solẽt esse ut aliquando eger in aurora deglutiat de electa terbentina quantitatem grani faue minno aut loco illius tantũdem oponaci aut serapini. aut iterum conueniens est aliquando potare in aurora. ℈. v. pulueris ligni aloes cum ℥. i. aque artetice calide aut bis in septimana alternatim deglutire debet in aurora. ʒ. i. optimi metridati aut loco illius et domesticũ magis est ut omni quarta die in aurora patiens cum modico aque aut decocte calefacte bibat. ʒ. i. tiriace armenis ut scribitur. xxii. tertii. Scio etiam ego ꝙ omni septimana semel deglutire masticando mirabolanum chebulum erit ei ualde conueniẽs et melius et magis domesticum illo est ꝙ. xv. diebus in aurora deglutiat patiens coclear unum xilobalsami cõditi masticando hec quidẽ omnia securissima sunt et experta. Post hec autem circa predicta contemplandũ est ꝙ omnes intentionẽs et instrumenta quibus utendũ est in tempore ueris et estatis etiam conueniunt in tẽpore Autũni et hiemis differenter tamẽ parũper quia oportet eis uti cum dosi parumper ampliori ut si de aliquo predictorũ instrumentorum in uere et estate conceditur. ʒ. i. de eis autũno et hieme concedi potest. ʒ. v. et sic conceduntur ei balnea in uere. xv. diebus et ter in die applicanda concedi debent. xx. uel. xxv. diebus in hieme et frequẽter applicari. Et reliqua de alio regimine ex pte sex rerũ non naturaliũ. applicari debent medicamina potentiora i hieme et in autũno quã aliis temporibus hoc igitur in suma ẽ regimẽ huius nobilis uiri quo se preseruare et curare poterit a prescriptis dispositionibꝰ eius. Et ille benignissimus oim languorũ curator sanitatem ei feliciter et prospere concedat ad laudes eius immortales. Amen.

Datum in florido studio pauduano die. xxvii. Martii M. cccc. xlvi. Et hoc per famosissimum artiũ et in medicina monarchũ dominum magistrum Bauerium de Baueriis doctorem excellentissimum extitit consiliũ cõsumatũ.

¶ Bauerius de Baueriis.

Qui diligit balneum intrare istum modum obseruare debet. Primo surgat p mediam horam ante ortum solis passim ambulando usq; quo emittantur supfluitates urinales et fecales. Secundo ingrediatur in balneo et stet ibi tanto tempore ut non incurrat debilitatem uirtutis. Tertio si habuerit dolores ancharum uel aliorum membrorum pre

ter caput fricet membra dolentia cũ luto bal/ nei bene et calido ut infra in ulti͂o canone pa/ tebit. Quarto facta fricatione et ablutione mẽ brorum exeat ex balneo et intret lectum bene copertus et ibi stet usq͂ bene sudabit a quo su dore diligenter exsiccetur et adhuc in lecto qe scat ad minus per quartam partẽ hore. Quin to exeat balneum pannis bene coo pertus cui tans aerem et uentum frigidum et caueat ac/ cipere cibum cum sit adhuc calidus imo nun quam cibetur nisi cum perceperit caliditatem reductam ad temperiem naturalem. Sexto nõ comedat usq͂ ad completam saturitatem ita ut multũ se repleat imo surgat a cibo adhuc sal uato aliqualiter appetitu. Septimo caueat a ci baris ualde frigidis similiter uiscosis ut a pa stibus et a piscibus et a cibis facile corrumpẽ tibus ut lacte cerasis et aliis fructibus multũ humidis. Item a cibis ualde calidis acutis et salsis ab acruminibus ut aleo cepe et pluribꝫ et ab aromatibus et preter ista cibaria come/ dat alia ut placeat ei. Octauo bibat uinum al/ bum uel cerasolium clarũ aromaticũ non ual de ponticum sed mediocre inter ipsum et dul ce et bibat ipsum solum in cibatione purum nisi fuerit ualde potens tunc enim permiscea tur ipsum cum tertia uel quarta pte aque secũ dum discretionem. Et caueat ab aqua frigida omnino et a bibendo dum in balneo sit quo/ niam est ualde nociuum. Si autem inter prã/ dium et cenam notabiliter sitierit tunc bibat aquam coctam cum notabili zucari quantita te. Et si tunc adhuc sitis esset uehementior tunc bibat predictam aquam addita quarta p/ te iulep rosati. si uenter esset lubricus uel iu/ lep uiolati. si uenter eius esset stiticus. Nono si incurrit uirtutis debilitatẽ possit inter pran dium et nonam dormire saltem per unam ho ram et intendat restaurationem uirtutis cum cibariis laudabilibus ut carnibus bonorum pullorum et uitellinis et boni agni et castrati et hunc ordinem seruet in modo balnei uideli cet in mane hora predicta et in uesperis per septem horas post prandium et cum ingredie rit balneum in sero tunc non permaneat ibi sicut in mane imo saltem per tertiam partem minus et hunc ordinem continuet obseruans Decimo si aliquis desiderat intrare balneum propter catarros tunc per duos dies cum cor/ pus nõ fuerit ad balneũ assuefactum faciat a quam currere ab alto per canullam positam ĩ mastello qui sit plenus aqua purissima que ue nit a fonte et distet istud uas a capite saltem p tres pedes et cum accipit illam aquam faciat ipsam prius cadere super anteriori parte ca/ pitis. Secundo super sinistra. Tertio super dextra. Ultimo super posteriori parte et caput eius coronetur facillo grosso circũdante ca/ put a supercilijs usq͂ ad posteriora. Item qui cumq͂ desiderant balneum propter dolorem alterius partis faciant super dolente membro cadere aquam ut de capite dictum est. deinde cum erunt a balneo et fuerũt ingressi lectum ubi sudauerunt si post exsiccationem sudoris dolentia membra aut paralitica ungerentur aliquo oleo appropriato sicut cum oleo corco de costo de peribus aut liliorum alborum aut de yreos ualde bonum est dummodo olea illa sint calida.

Undecimo siquis propter contractionem uel membrorum duriciem querat balnea et opti/ mum esset ei suffumigare membra fumo ex/ eunte a canallis per quas aqua ista a uero suo fonte statuerit in alueum iacendo super fora/ minibus cum parte dolenti et corpus pannis desuper sit bene coopertum.

Duodecimo q͂ inter cenam et prandium tem pore suo inter medio accipiat de luto q͂ inue/ nitur in balneo et semper membrum inunga tur de illo luto bene calido sicut accipitur ex fonte balnei aut post membrum dolens in ali quo instrumento in quo sit lutum illud magis quantitate ponere et stet ibi per spacium uni/ us hore uel circa. deinde lauet ipsum cum a/ qua et post exsiccet pannis.

¶ Finis.

¶ Bauerius de Baueriis.

Tante debito regimie per dietam cura tremo ris brachiorum quãtum ad po/ tionem quattuor habet intentio nes quarum una est ad alterandum. Secunda ad euacuandum. Tertia ad diuertẽ/ dum a partibus superioribus ad inferiora. Quarta est ad neruos confortandum.

Prima intentio sic ad impletur. Recipe syrupi de sticados. ℥.i. oxi/ mellis squillitici. ℥. sem. Item Recipe yue ma iorane saluie anna. ℥. sem. pistentur mõ gros so et buliant in lib. i. sem. aq͂ donec redeat ad medietatẽ postea colet̃ de colatura accipiatur ℥. iii. et addantur supra dictis syrupis et aro/ matizetur cum nuce muscata. Iste est syru/ pus pro una uice summat. p. calidum.

et continuet ipsum septē dies aut tamdiu do/nec apparuerit digestio per urinam medico p̄ sentit.

## Secunda intentio sic

complet᷑. Recipe pill. cochiarū pill. fetidarū. anna. ℈. i. fiāt pill. v. has pill. summat p duas horas ante diē in die imediate sequēti Cōpletam assumptionē supradictorū syruporū sup quibus pōt una hora aut duabus dormire cū eas ceperit deinde uigilet donec transeāt hore quinq; ab hora assumptionis pill. deinde accipiat. ℥. v. aque mellis deinde ad horam come/dat et non se multo cibo grauet.

## Tertia intentio ab

soluitur faciendo fricationes fortes cū panno calido mēbris inferioribꝫ. s. coxis et tibiis et appositio uentosarū sup nates absq; scarificatione adimplēt hanc intētionē. Et administratio suppositorū et clisteriū cōuenit euacuādo et diuertendo.

## Quarta intentio per

ficitur uariis instrumētis et ab intus et ab extra administratis ab intus primo sumēdo. ʒ. i. sticados arabici subtilissime puluerizati cū ℥. iii. aque mellis et continuetur. xii. uel. xv. diebus. Cōuenit etiā administratio. ℈. i. ca/storei cū modico uini albi. Ad idē facit electuariū exptum quod hoc mō fit. Reci. acori saluie rorismarini. anna. m. i. coquant᷑ in lib. ii. aque donec redeat ad lib. i. postea colet᷑ et co/lature addatur zucari albi lib. i. et buliāt quo ad inspisset᷑ et tūc addantur pinearū munda/tarū. ℥. i. xiloaloes nucis musca. macis gar/demomi anna. ʒ. sem. croci. ℈. i. et fiat electuarii dosis. ʒ. ii. ieiuno stomaco usus harū uero conuenit postquā adimpleta fuerit intētio secunda que ē materiei euacuatio. Ab extra uero fiat inunctio ptis posterioris colli et brachii cū unguento quod sic fit. Recipe succi po licarie clarificati per residentiā. ℥. i. sem. olei de costo. ℥. i. buliant simul usq; ad succi con/sumptionē deinde addatur storacis sicce. ʒ. i. castorei. ℈. sem. sticados arabici. ʒ. sem. lau/dani. ʒ. i. cere parū et fiat unguentū quo un/gatur ante prandiū et cenā. Et eo taliter uti incipiat post euacuationē factā cū pill. cum egritudo ista iam dici possit antiqua oportet reite/rare instrumēta quibus supra dicte intentio/nes perficiūtur precipue tempore autūni hiemi propinquo.

¶ Bauerius de Baueriis.

## Morbus qui ad

se curā trahit ē descēsus matricis cronicus in cuius cura si curabilis ē. iiii. sūt intētiones habēde. Pria intētio uertit᷑ circa ordinationē diete. Secūda est ad cām morbi. Tertia ē ad morbū hoc ē ipsi/us matricis ad locū debitū reductionē. Quarta ē matricis reducte cōseruatio et cōfirmatio

## Prima intentio com

plet᷑ i debita administratiōe sex rerū nōnaturaliū q̄ sunt aer cibꝫ et potus motus et qes. Ini/anitio et repletio somnus et uigilia et accidentia anime.

## De aere.

Aer habitatiōis sit calidus et siccus q̄ si nō sit natura/liter talis fiat arte cū igne facto in camera ex fermētis aut iunipo uel lauro uel cōsimili aliquo ab aere frigido et uētoso et ab humido et grosso et pluuioso nebuloso se custodiat. Stet semp pānis tecta et pcipue circa inferiores ptes neqd frigoris pudibūda attingeret fugiat morā i locis fetidis ne odor malus ad nares et os pueniat imo semp aliqd odoriferū sibi de/lectabile ad os et nares teneat et econtra nihil aliqd boni odoris uulue approximet᷑ sed qd/cūq; fetidū aut mali odoris apponat᷑ a forma tamē specifica matrix habet delectari bonis o/doribus et tristari fetoribꝫ qua pp odores seq tur bonos et ad illos tendit fetores abominat᷑ et illos fugit.

## De cibo et potu.

Viuū bibat rub. liphatū cū aq̄ pluuiali aut bibat aquā mellis q̄ sic fit. Reci. mellis albi li. i. aq̄ cisterne li. octo bulīāt simul ad ignē clarū sine fumo. et cū bulire icipiet dispumet᷑ dōec tota spūa abiecta fuerit et totū redierit ad li. vi Et tūc addat᷑ cinamomi grosso mō cōtusi dcē aq̄ et buliat unica aut duabꝫ ebulitiōibꝫ deide colet᷑ hac colatura utat᷑ uel cū uino lnfando uel sine fugiat potū uini potētis et aq̄ frigide. Panis sit ex frumēto mūdo nato in loco apto nō stercorizato sitq; aliqualiter furfureus et parū salitus bene fermētatus nō mioris etatis unius diei nec pluris. iiii. dierū. Ferculū sit aut saluiatū aut brodiū in quo saluia aut bre/tonica sit decocta aut panata aut brodiū cice/rū rubeorū cū paucissimis granis aut brodiū cauliū cū paucis foliis aut ferculū factū ex petrosillino boragi e bretonica uel mirta et simi libꝫ herbis. Carnes cōueniētes sūt carnes castrati iuuenis edi uituli caprioli leporis pul/lorum fasianorū perdicū turdorū laudarū et

auium paruarum degentium in nemoribus. pisces minus nocui sunt pisces pui degentes i aquis claris currentes cuiusmodi sunt lucii p ui timali cauedani barbi sardelle hi pisces in uino elixati meliores sunt quã assi uel i aqua decocti sed frisi nullo modo. Oua sorbilia cõ ueniunt uel fracta et in ferculo cũ herbis pri us dictis mista. Istis speciebus potest uti sup ferculis suis. Recipe cinamomi. ʒ. i. zenze. ʒ. sem. gariofilorũ. ℈. i. croci. ℈. sem. pipis. ʒ. i. sem. zucari ad pondus omniũ. Sapore cũ carnibus uti potest facto ex amigdalis et zẽze. et modico agresta inde sapore facto ex ser pillo uel liuistico aut saturegia cũ modico aceto dulcorato cũ rob uini. Fructus quibus uti potest sunt ficus sicce comedendo in prin cipio prandii aut cene duas aut tres similiter uti potest uuis passulis. Euitet super totũ po nere indigestũ super indigestũ et aquã frigi dam potare et uinũ dulce et uinũ multum ni grum et omne uinũ grossum opillatiuũ turbi dum et omne uinũ uinosum seu potens et ui num multũ agreste et similiter accetosum. ui tet omia uiscosa sicut frumentũ in fercula co ctum et laganas rafioias legumina caseum re centẽ membra neruosa animaliũ et uniuersa liter omnia uiscosa opillantia. Et carnes gros sas bouinas et carnes porcinas et salsas car nes et siluestriũ exceptis superius dictis. car nes anserũ anatũ domesticarũ et siluestrium et uniuersaliter carnes auiũ in aqua degentiũ et carnes antiquas et euitet pisces uiscosos si cut tenche anguille trute et similes et pisces salsos et caseum antiquũ uitet herbas frigidas et humidas sicut portulaca lactuca. Item uitet cucurbitas et citrullos et breuiter eius regio nem declinet ad calidũ et siccũ.

## De motu et quiete

Fugiat motũ et pcipue ambulationẽ et equita tionem insuauem et in curru et utatur quiete et cubitu et fiant fricatiões ante cenã et pran diũ ad brachia et pectus.

## De inanitione et re

pletione. Fugiat nauseatiuã sacietatẽ semper surgendo a mensa cum reliquiis famis bene masticet et omni ebdomada saltem semel ieiu net conetur omni die habere uentris benefici um bis ante prandiũ et ante cenam uel saltem semel qꝫ si natura habere non potest habeatur arte uidelicet cum tali clistere. Recipe florum camomille aneti anna. m. i. surfuris. p. i. ani sorũ. ʒ. ii. buliant omnia in lib. i. s. aque us qꝫ ad consumptionẽ tertie ptis. deinde colet et de colatura accipiat lib. i. quibus addatur olei. ℥. iii. cassie. ℥. i. benedicte. ℥. sem. salis. ʒ. ii. istud clisterũ calidũ sibi imponi faciat ante cenam uel prandiũ et cum se expurget non multum comprimat uentrem non uocife ret non sternutet quantũ potest tussim uitet.

## De somno et uigilia.

Somnus sit de nocte non de die et nõ sit am plius septẽ horarũ nec dormire incipiat nisi transactis .ii. horis a fine cene. et sit primus somnus sup latus dextrũ. deinde facto prio somno si tempus debitũ dormiẽdi complerũ non fuerit uoluatur sup sinistrũ dormiat ca pite bene eleuato et cõuenienter pannis tecta.

## De accidentibus ani

me. Fugiat tristitiã sollicitudinẽ et adhereat gaudio et delectationi.

## Secunda intẽtio com

pletur p euacuationẽ materiei relaxantis liga menta matricis premissa tamẽ ipsius materi ei digestiõe sed ãtequã ipsa materia crudicet sic procedat. Permutat clistere lenitiuũ inte stinorũ et ab ipsis adductiuũ materiei qꝺ sic fiat. Recipe decoctionis multum pinguis car nis castrati in qua buliuerit florũ camomille m. i. uitelli ouorũ numero. ii. cassie. ℥. i. olei oliuarũ. ℥. iii. salis cõis. ʒ. ii. misce et fiat cli stere istud clistere sibi imponi faciat suauiter calidũ stomacho ieiuno ualet ante cenam per unam horã in die imediate precedente diem assumptionis infra scripti minoratiui. Mino ratiuum. Recipe cassie nouiter extracte. ʒ. vi. electuarii indi maioris. ʒ. ii. dissoluantur cũ decoctione matricarie et calamẽti et iunipero et fiat potus istũ minoratiuũ assumat in auro ra calidũ et post ipsius assũptionẽ stet ieiuna ad minus horis. iiii. et ad plus horis. v. et post eius assumptionẽ imediate dormiat non am plius media hora trãsacta hora surgat et post tempus quinqꝫ horarum ad assumptionẽ prã deat. Syrupus digestiuus materiei. Recipe ar temise calamenti pullegii mellisse mentastri. anna. m. i. radicum acori. ℥. semis cassie lig nee dragma. iii. decoquantur ista parum con trita in sufficienti quantitate aque usqꝫ ad suf ficientem consumptionẽ deinde colet et cola tura cũ melle syropizet. istius syrupi sumat pro uice. ℥. ii. cum. ℥. una aque abrotani et una aque matricarie et aromatizetur cum ci namomo et cassia ligna et croco.

Istum syrupum sumat calidũ et non tepidum octo horis post finem cene et super ipso dormiat ad libitũ et stet ieiuna saltem tres horis post eius assumptioné et eo uti incipiat duobꝫ diebus post assumptioné suprascripti minoratiui et taliter utatur sex diebus continuis. Medicina eradicatiua. Recipe saluie fricados. anna quartã manipuli mellisse. m. sem. masticis macis anna. ʒ. i. seminis iuniperi radicũ acori anna. ʒ. iii. calamenti pulegii sauine anna m. i. cassie ligne. ʒ. ii. passularũ enucleatarũ. ℥. i. buliant omnia aliqualiter pistata in lib. iiii. aque usqꝫ ad consumptioné medietatis deinde coletur et de colatura accipiatur quantũ sufficit ad dissoluendum electuariũ indi maioris. ʒ. v. et fiat potus istum potũ sumat calidũ et nõ tepidũ post finẽ cene saltẽ per septé horas et non amplius octo horis et cũ assumpserit dormiat imediate si potest una hora sed nõ amplius p duas horas ad assumptionem siue dormiuerit siue non surgat et ambulet per cameram aliquibus uicibus leuiter fenestris camere semi clausis et apponat corpori pannũ aliqualiter calidũ non tamen multum et fricet corpus leuiter manibus uersus ptes inferiores et stet ieiuna. v. horis et in fine quinqꝫ horarum assumat aquã ordei cũ. ℥. sem. zucari rubei et post assumptioné dicte aque stet p horam et interim conetur dictam aquã secedere in fine auté hore prandeat et non dormiat illa die. Clistere. Recipe aque ordei lib. iii. furfuris pugillũ unum anisorũ. ʒ. iiii. buliãt omnia simul usqꝫ ad consumptioné medietatis aque deinde coletur et de colatura accipiant. ℥. xv. uitelli ouorum numero. ii. zucari albi. ʒ. i. salis. ʒ. i. istum clisteriũ lenitiuũ calidũ sibi imponi faciat die imediate sequente ad diẽ assumptionis erradicatiui de mane stomacho ieiuno et cũ secesserit prandeat. Recipe pillu. de benedicta. ʒ. i. sumat istas pill. cum modis et ordinibus descriptis in assumptione suprascripti solutiui et hoc si pill. fuerint sibi magis grate deinde subsequatur clistere ut scriptum est. Nascale. Recipe lane carminate et fiat nascale ad longitudiné digiti et infundantur in aqua decoctionis ellebori albi istum nascale in dicta decoctione calida fusum et expssum aliqualiter supponatur matrici et collo eius et teneat tota nocte et isto utatur donec uidebitur ꝙ matrix sit ab humiditatibus munda, nam de proprietate huius nascalis est ipsã matricé ab humiditatibus mundificare.

## Tertia intentio com-

pletur in reducendo matricé egressam ad locum debitũ. Apponantur igitur due uentose magne sub mamillis ad radicé mamille una ad dextram alia ad sinistrã et tres apponanẽ sup uentré una super succune una sup latere dextro aliã sup latere sinistro. et fiat istis sic stantibus applicitis fiat suffumigiũ ex stercore bouino aut ex stercore bouino admixto simul cũ aspalto et quando suffumigatẽ teneat semper aliquid odoriferi naribus quod sit sibi gratũ aut fiat emplastrũ ex foliis urtice recentibus pistatis et matrici super egredienti appositum uel fiat puluis ex been albo et rubeo et matrici super aspergatur. uel accipiatẽ ouum quod diu stet in nido et agitetur quod intus est in una paracide. deinde infundanẽ in eo petia linee et matrici egredienti apponãtur. istud medicamẽ est ualde efficax sed magni fetoris et ideo oportet ut sit bene pannis tecta ne fetoré sentiat et naribus odoriferũ semper aliquid teneat. Si uero per hec matrix nõ reduceretur resupinetur mulier et ponatẽ puluinar sub naticis et apperiat crura et ipsas reducat ad coxas deinde accipe lanã carminatã et super pone matrici et cũ ea matrix leuiter ad locum debitũ reducatur cũ istud feceris accipe aliã lanam et infunde ipsam in uino stiptico in quo bulierint mirtus cortex granati rosa et accasia et supponatur ori matrici ad interiora uulue. Deinde capiatur alia lana in aceto et aqua infusa et uulue superponatur et fiat ligatura leuis ne lana cadat et iaceat super latus suum.

## Quarta intentio.

Istis factis ueniendum est ad implendum intentionem quartam ut. s. matrix in loco reducta conseruetur. fiat igitur hoc emplastrum. Recipe olibani opponacis masticis galbani serapini terbentine storacis liquide picis an. partem unam olei de mirto olei rosati partes duas cere quantum sufficit et fiat unguentum molle. isto unguento utatur mane et sero in ungendo ante et retro circa regionem matricis. Balneum. Recipe aque fabrorum urceos quinqꝫ uini nigri stitici urceos. ii. buliant in dicta aqua et uino infra scripta usque ad consumptionem quarte partis. Recipe rosarum mirtillorum et foliorum mirti anna. m. ii. nucum cipressi corticũ granatorũ anna pugillos duos corticũ pinearum. m. i. sem. contundantur omnia grosso modo et buliãt ut supra. Isto balneo uti incipiat tribus diebꝫ post matricis reductionem et eo utatur tribus aut

quatuor diebus de mane et sero stomaco ieiu no et cum exit a balneo tergatur cum pannis calidis et postea ungatur ungueto supra scri pto ut dictum é. Electuarium Recipe cinamo mi gardamomi croci gariofilorū. anna. ℥.ii. galange macis ciperi nucis musc. cimini ligi ni aloes piperis lōgi cassie ligne. anna. ℈.ii. cubebarū. ℈.iiii. ambre musci. anna. ℥. sem. zucari trium coctarum lib. i. sem. uini malua tici aque buglosse et mellisse anna q̄tū sufficit et fiat electuarium. isto electuario utatur tem pore frigido de quo sumat omni sero cum ua dit dormitum coclear medium et tantūdem in aurora et in uesperis.

¶ Puto si hec domina curari potest per hūc modum curāda sit.

¶ Bauerius de Baueriis.

Quidam de mar chia Anconina colonus uehe menti molestatur egritudine q̄ non minus conturbat animam meā quā cor pus eius sua anxietas molestet. Et enim hic uir laborat uehementi corporis extenuatione que marasmodeam dispositionem consecutus est et non febrilem. Et est quidem eius dispo sitio uehemēs uentris stipticitas huic extenua tioni copulata que potest esse accidens causa rum que fecerunt in ipso extenuationē. et po test etiam ipsa stipticitas esse causa marasmi et sustantifice cōsumptionis huius uiri. prop ter que duo hic uir etiam corruptā habet ope rationem imaginatiue potentie propterea q̄ mobilis est istis opinionibus ex uariis cōcep tibus et imaginatiua potentia uiuētis sicut eti am in ipso uaria multum et diuersa reperitur electio a lesione potentie cogitatiue proueniēs unde uidendū est dispositionē eius nō leuiter esse uerendā ut ex premissis apparet et iā pau lo post euidētius deducetur. Dixi autē super rius q̄ prima huius dispositio est extenuatio uehemens que prouenit in eo a mala comple xione frigida et sicca totius q̄ melencolica no minari debet et multiplicata é a uehemēti fri giditate et siccitate totius corporis quoniā in eo apparēt omnia signa arriditatis tam cere bri quā cordis et epatis. Materia eni melenco lica in corpore multiplicata multis de causis pōt esse causa exsiccādi corpa ut speculatores dixerūt. Primo quidem pp ipsius complexio nem contrariā tempamento humano q̄ labit ab equali ad pōdus per augmentū caliditatis et humiditatis sed tempamento cōtrariat me lenconia sui frigiditate ergo etc. Secunda ra tio é quia cōplexio melēcolice materiei aduer satur instrumēto oim opationū quod est spūs qui é calide cōplexionis et humide. Tertia rō est quia frigiditas melenconie cōtraria est oi rei uite. Quarta rō est quia siccitas eius é cau sa cōsumptionis humidi q̄ é nutrimenti om niū mēbrorū. Quinta rō est quia p frigidita tem et siccita. exprimitur et cōsumitur humi ditas. sc̄d'a ois a debita nutricatione membro rū necessaria ex quibus omnibꝫ nō est mirabi le cōcludere si p talē cōplexionē frigidā et sic cā prohibet transitus aialis spiritus sensibi lis et motui qui é instrumentū motus dilatati onis et cōstrictionis intestinorū et musculorū uentris ex quo fundamēto uide quā pulchre intelligere potes causam secūde dispositionis in hoc uiro que é stipticitas uētris multitudo eq̄ melēcolice materiei pp frigiditatem et sicci tatis et cōtrarietate ad humanā uitā et ad om nes eius opationes est cā ut in hoc uiro acqui sita sit stipticitas tanta. tanta in uētre eius ut nullo mō opationi naturali uenter eius liniat imo difficilimū est ipsum reddi fluxibilē etiā cū oi instrumēto medicinali quicūq̄ sapiēter administrato. unde nisi bene procuret huius uiri dispositio certitudinē habeat trāsitus i cō firmatiōnē marasmodee dispositionis totius corporis a qua nūquā curabit pp quod opor tet ipsum solicitū esse ad amandū sue uite lon gitudinē et nō negligendū. At uero licet ex sermonibꝫ istis colligi possint tres cause exte nuationis corporis totius stipticitatis uentris. Vna quidē ex pte defectus uirtutis uitalis a lapsu melēconico puenietis. Secūda uero ex pte uirtutis naturalis cui etiā cōtrariat melē conicus lapsus q̄ uocat uirtus cōplexionalis Et tertia ex pte uirtutis animalis sensibilis et motiue q̄ oēs pulcerrime deducūt necessitatē cōsumptiōis corporū ut stipticitatis eorū ex pte causarū antecedētiū q̄ sunt de essentia cor poris. Nihil minus adhuc assignari possunt cāe cōsumptiōis corpis et stipticitatis uentris ex pte earū q̄ primitie noiant q̄s eni dubitat q̄n frigidus et sic. et annexa ei et ungi et bal neari i rebus frigidis stipticis et siccis et sic de aliis possunt eē cā extenuatiōis corporū et stipticitatis eorū. Similiter et quare nō debet cōcedi q̄ usus ciborū et medicinarū frigida rū siccarū et stipticantiū poterit esse cā omni um predictorum accidentium. et quare etiam nō debet cōcedi q̄ ciborū et potuum et narco ticorum per se uel cum illis cōmixtorum non debet esse causa cōsumptiōis corporum et pro hibitiōis et ablationis opationū naturaliū ani

malium et uitaliū que necesse sunt ei. Ex quorum omnium fundamento quā pulchrum est intelligere diuersitatem effectuum in corporibus humanis euenientium est diuersitate causarum illorum effectuum productarū nimia huius uiri stipticitas uentris totius corporis arriditas mobilitas in opinionibus lapsitudo sustentandi corpus magna in ipso eueniēs ꝓueniunt a lapsu frigido et sicco multiplicata ī corpore huius uiri propter quod si in eo multiplicabitur materia melencolica que cōmunicetur cerebro per compassionem absolutā uel non absolutam iste uir indubitanter fiet mellenconicus. et tu considera ex quibus omnibus concluditur ꝙ iste uir ad sui procurationem debet esse sollicitus. Colligitur secundo ꝙ non debet moram contrahere neqꝫ tempus extendere inuanum ad sui curationem. Sequitur tertio ꝙ maxime in hoc autūno et futuro uere de se debet esse sollicitus. Ego uero ī harum dispositionum regimine succincte regimen ordinabo quantū erit oportunū ꝑtiens. Primo quidem discurrendū est regimen sibi conueniens ex ꝑte sex rerum nō naturalium Secundo uero ex ꝑte rerum medicinalium.

Pro naturalium itaqꝫ rerū expeditione olm premittendum. primo uniuersaliter ꝙ omia que applicantur corpori suo debent esse calida et humida effectiue calida quidē ut aduertentur frigiditati melenconie humida uero ut corrigant siccitatem eius. Verūtamen argumento sumpto ab etate huius uiri que consistentia est et etiam a naturali complexione eiusqꝫ colerica fuit et notabiliter lapsa est talia debent esse intensiue minus calefacientia quā humectantia.

## De aere.

Habitet igitur et moram contrahat in aere calido minus tamē quā humido. unde euitet cameras et mansiones in locis expositis aspectu meridionali et occidētali que etiam sint posita in parietibus montiū. unde caliditas solis replicari et multiplicari possit et reflecti et non careat in suis cameris accendere ignem et proprie cum carbonibus suffocati aeris et non euentabilis et caput suum et pectus muniat coopturis remisse calefacientibus et amplius humectantibus et caueat a uestibus et fulcimentis calefacientibus pectus eius absqꝫ euentatione congrua.

## De cibo et potu.

De cibis uero utatur omnibus actu et potentia humectatiuis uelut sunt pinguia brodialia omnia et proprie nō salita multum. unde bliita spinacia portulaca cucurbita endiuia lactuca crisolocona omnia conueniunt ei cum carnibus uitulorum et agnorum et castratorum animaliū capretorum coniculorū et reliquorum animaliū uolatilium et peditaliuū bene pinguium quorū etas non transeat spacium anni propter quod etiam pisces qui in fontibus inueniti et canceri et capedani fontales et lucii omnes sunt ei conuenientes elixi uel assati cum pingui uel oleo oliuarum uelut est marchianum anconitanum quod est eque bonum uel forte melius quā reliqua olea nostra etate reperibilia. Similiter conueniūt ei omnes cibi lacticinii et cum pinguedine porci recentis et antiqua uero non multum salita cerebrum animalium pulmo testiculi et pingues eorum ꝑtes omnia conueniunt. et butiri usus ēs placet mihi aromata uero calida et sica euitanda sunt saltem in usu cōtinuo et menta petrosillinū feniculus tarcon ysopus saluia rosmarinus et sisimbrium talia dimittenda sunt saltem in multo usu et continuo: nec proprie conueniunt ei nisi gratia cōdimenti et aromaticitatis aliorum cibariorum. De fructibꝫ uero cōueniunt ei ceresa pira muscata auellane amigdale recentes et ficus et uue et pupones bene maturi et dulces et granata dulcia. reliqꝫ uero fructus frigidi sicci et stitici dimittantur uelut sunt citonia nespila sorbe granata acria et consimiles. De leguminibus conueniunt ei pisa cicera alba et rubea et risum cōi cōsuetudini ꝑpatum cum lacte. amigdolarum et cicera rubea cum pingui brodio condita et reliqui pastilles cibi cum brodio pingui. De saporibus uero conueniunt ei uinū granatorū dulcium et murzorū et sappa et succus citrāgulorum et agresta cum zucaro condita ī diebus calidis et cum melle in diebus frigidis.

De potu uero conueniens est ei uinum albū subtile gustui delectabile et dulce simpliciter tale aut comixtum aqua fontali clara delectabili aut de cisterna uel ꝑ arenam cribelata secundum consuetudinē ferrariensiū. Et si uti posset aqua mellis non multe dulcedinis credo ꝙ ei utilissima foret et proprie quando coqueretur cum semine uel foliis recentibꝫ basiliconis uerūtamen omnino melior esset ei aqꝫ decoctionis zucari quā mellis propter temperiem eius et de secūda re non naturali hec dicta sufficiant.

## De inanitione et re

plectione.

Pro tertia re non naturali caueat iste uir cibū accipere ante naturalem appetitum eius et nisi preassumptus cibus fuerit bene digestus. unde cibū non deglutiat nisi cum bona masticatione et in tanta quātitate ipsum accipiat ut ex eo non grauetur stomacus neq fluctuet in eo potus.

## De motu et quiete.

Pro quarta uero re nō naturali.s. motu et qete caueat hic uir a fortibus motibus et pprie post cibum post quem sibi conuenientius est quiescere quā moueri et hinc inde discurrere et non solū motus corporalis euitandus ē immo et animalis uelut furor yracundia angustia sollicitudo tribulatio melenconia et similia.

## De somno et uigilia.

De ultima uero re nō naturali.s. somnus et uigilia sollicitus esse debet in longitudine dormiendi et nullo modo excedendi in uigilia et dormiat uenter inferius accubato ut spiritus uniti in tali accubatione conseruentur magis hoc in summa est huic uiro regimē cōueniēs ex pte sex rerū nō naturaliū.

## Cura.

Pro regimine uero rerū medicinaliū septem ab hoc uiro mihi uidenť obseruanda remedia Et primū quidē est ut attendatur cōfortationi cordis ne pp siccitatē in eo cōfirmatā iste uir trāseat in marasmū cōfirmatū. et hoc cum remediis duobus quorū primū est hoc. Recipe croci.ʒ.sem.foliorū basiliconis semis endiuie lactuce scariole anna.ʒ.i.sem.florū enule capillorū ueneris corticū citri anna.ʒ.iii. musci gra.iiii.ben albi et rubei florū boraginis et buglosse anna.ʒ.ii.iacincti smaraldi safiri anna.℈.sem.foliorū auri numero.v.pul uerizenť oia pse et fiat saculus quadrangularis longitudinis semissis in sindone de grana retorto qui semp porteť alligatus sup mamillam sinistra et oi fine duorū mensiū remoueť.

Secundū uero principale remediū et iterū ad dispōem cordis cōueniens ē hoc Recipe conserue buglosse boraginis et uiolarū.℥.ii.trociscorū de uiolis trociscorū de croco seminis acetose scariole capillorū ueneris anna.ʒ.se. syrupi de corticibus citri.℥.iii. zucari albi.℥.ii.amidi.℥.i.fiat electuariū de quo iste uir accipiat omni mane in aurora et deglutiat coclear unū p mediā horā ante prandiū et ante cenā deglutiat de eo q̄titate unius nucis musc. Et ita cōtinuet istud electuariū usq ad medietatē mēsis Octobris. Tertiū uero principale remediū est ut iste uir semp in cibis utať his speciebus sup effundēdo de eis oi ferculo Recipe foliorū uolubilis florū malue et altee anna.ʒ.i.sem.adianti politrici cedrac et capillorum ueneris anna.℈.ii.cartami foliculorum sene polipodii thimi epithimi anna.ʒ.ii.cinamomi electi.℥.i.salis indi.ʒ.xv.fiat oim per se puluis et comisceať. Quartū instrumentū uero principale ē hoc. Recipe electuarium de epithimio electuariū de sebestren anna lib.se. diagridi.ʒ.iii.succi uiolarū succi mercurialis anna.℥.i.penidiarū.℥.ii.fiat electuarium de quo hic uir accipiat coclear unū semp ante cibū tam in prādio quā in cena.uerū si pp assūptionē tante quātitatis inueniret uentrē suū nimiū fluxibilē tūc accipiat de eo minus. Et si repiret ꝙ predicta quātitas nō cōuenienter solueret uentrē suū tunc accipiat de eo parum plus usqquo inueniat quantitatē p quā uenter eius remanet fluxibilis. Quintū instrumentū principale ē hoc Recipe olei deben olei uiolarū olei de floribꝫ enule anna.℥.i.macis.ʒ.ii.galie muscate cippari masticis corallorū rubeorū anna.ʒ.se.rasine clare et electe ℥.i.sem.cere quantū sufficit fiat unguentum mediocris glutinositatis de quo semp porteť sup stomaco suo. Sextū instrumentū principale est hoc Recipe olei amigdolarū dulcium olei de sisamo anna.℥.ii.pinguedinis anatis taxi et galline et anseris anna.℥.sem.seminis altee uiolarū florū uolubilis cucurbite et seis lactuce anna.ʒ.i.artanite.ʒ.sem.esule.ʒ.ii. cicraminis thimi epithimi diagridi.℥.sem.cere albe quantū sufficit fiat unguentū molle de quo totus uenter inferior inungať et ylia usq ad femur saltē oi die naturali bis oi mane quādo surgit et quando uadit ad lectū.

Septimū uero principale instrumentū et ultimum in cura huius uiri ē ut ipse loco syrupi omni mane in aurora assumat scutellā unam aque lactis in qua tepida in sero infundať epithimi.ʒ.i.sem.salis indi.ʒ.sem. et sic p totā noctē dimittať et mane calefiat et coletur cum expressione leui et ita bibatur hoc in summa est huius uiri regimen cōueniens ad sui corporis rectificationē et sanitatis acquisitionem quā sibi omniū ille opifex et miserator concedat qui affluenť omnibꝫ benignitatē et bonitatē inspirat ad laudes eius imortales. Amē.

¶ Bauerius de Baueriis.

Consiliū de impotentia copule uiri cum muliere.

# Iste uir preter

ea que scripta sunt de eo concitauit me ut aliquid sibi concederem de eo quod opportunū est ad impotentiā copule uiri cū muliere pro uno intimo suo amico. Et licet materia hec sit ardue speculationis ꝙ contemplatur secreta nature pp quod oportebit in ipsa sermonē uberrimū expendere ut in scripturis alias ostendi et pprio inde consilio facto ad quendā spectabilem et extremum militē Florentinū. Et in altero loco ad christoforū de muzano. ego tamen hic solum scribā tria remedia principaliter que uidētur mihi huic dispositioni subuenire cōuenietēr. Et primū quidē horū est hoc. Recipe seminis baucīe domestice et siluestris semis pororum et cepe sisceos anna. ʒ. sem. farine cicerū rubeorū farine sisami anna. ℥. sem. pulucrizentur oīa et malaxētur cū oleo amigdolarū dulcium recentiū et fiant magdaliones qui reseruentur p octo dies postea terantur p se subtiliter et incorporent cū lib. sem. mellis despumati et. ℥. iiii. zucari albi et fiat electuarium de quo electuario egrotās omni mane in aurora accipiat coclear unū et bibat post ipsum ut uini albi dulcis et subtilis ciatum mediū et de eo iterū coclear mediū ante prandiū et cenam imediate bibendo post ipsum ut dictū est. Secundū uero pricipale remediū est hoc. Reci. olei de pipibus et de croco anna. ℥. i. spodii. ℥. sem. carabe trociscorū de rosis anna. ℈. ii. anisi uiolarū an. ℈. sem. cere quantū sufficit fiat unguentū molle de quo ante prandiū per duas horas et ante cenā ungant̄ ptes renales et totū osseū semel in die et pprie cū surgit a lecto. Tertiū principale remediū est hoc. Recipe lingue auis deronici anna. ʒ. ii. radicū citrinarū que asportant̄ de ciuitate Veronensi dulciū puarū. ℥. ii. liquiricie anisi dulcis seis napi dauce domestice anna. ʒ. ii. incidenda incident̄ et reliqua puluerizent̄ et cū dupla q̄titate zucari albi fiat tragea de qua uir iste semper ante cibū et post ipsum degluciat coclear unum. hec eni remedia tria singularia sūt ad confortandū uasa seminalia cooperiendū et dilatandū uias eorum et ad generandū uentositates inflatiuas membrorū spermatis tensionem uirge faciendo. Et tu cōsidera.

¶ Finis.
¶ Bauerius de Baueriis.

# Reseruatio a

sputo sanguinis duobus perficitur instrumētis. s. administratione sex rerum non naturaliū et potiōe a primo genere incipiendo. s. ab aere principium faciam.

## De aere.

Vitare debet aerem calidum moram sub sole et ad ignem fumum puluerē aerem etiam intense frigidum et flatum austrum et septētrionis moretur in aere temperato uel alicualiter ad frigiditatem declinantem.

## De motu et quiete.

Exercitiū forte maxime in membris supioribus uitande sunt cuiusmodi sunt uociferatio clamor locutio uoce alta anelitus magnificatio aut retentio eius. Cantus et his similia uitet etiam exercitium forte propter quod fit anhelitus magnificatio et frequentia ex alleuatione ponderum et saltus uitet omnia fricatiōe membrorū pectoraliū cum aliquibus calefacientibus exterius approximatis. abstineat etiā a balneo aquarū dulcium et terenearū similiter a stufa tam humida quā sicca utatur quiete maxime post cibum sed ante cibū per unā aut duas horas potest exercitare leuiter ambulando aut facie:do fieri ad tibias et coxas fricationes.

## De somno et uigilia.

Somnus fit de nocte nō de die neq₃ in nocte dormire incipiat nisi steterit duabꝫ horis post cenam sitq₃ somnus septē aut octo horarū capite eleuato et primo sit super latus dextrum deinde sup sinistrū postea redeat ultimate super dextrū fit sufficienter pannis tectus ita ꝙ multitudine pannorū non sudet neq₃ paucitate rigeat.

## De inanitione et re

pletione. Studeat omni die ante prandium et ante cenam habere uentris benefciū ꝙ si nō bis saltem semel et si natura haberi non posset habeatur saltem cum usu alicuius clisteri infra scribendi uel cum assumptione. ℥. i. dia prunis aut cassie nouiter extracte et ante prādium aut ante cenam per octauam hore assumpte aut cū impositione talis clisteris uidelicet. Recipe caput castrati unū et buliat in sufficiēti quantitate aque usq₃ ad eius consumptionē et cū dispumatū fuerit. Imponant̄ iste herbe ad buliendū secū. s. blete malue uiolarū mer

curialis anna.m.i.et cū caput fuerit ultimate decoctū coletur brodiū ex eius colatura acci/ piatur lib.i.cum dimidia cui addatur salis.ʒ. ii.et super calefiat et ita cōuenienter calidum imponātur ante cenā uel ante prandiū potest etiam addi dicto brodio ex quo fit clistere.ʒ. i.cassie.et.ʒ.sem.yerapig. secundū ꝙ erit o/ pus maiori aut minori euacuatione nō sustu/ neat magnā famem neqꝫ sitim neqꝫ se repleat ad sacietatē sed semp a mensa surgat cū reli/ quis famis.

## De accidentibus ani

mi. Fugiat iram timorem furorē utatur gau/ dio tempato et letitia.

## De cibo et potu.

Vitet uina acuta antiqua et uina multē dulce dinis et alba utendum est uinis rubeis ponti cis aut stiticis que si non fuerint paucifera sa tis limphentur cum aqua pluuiali aut cum aq̄ cisterne in qua calibs pluries extingatur. Pa nis sit simulagineus sine sale et modico fer/ mento et sit non minoris temporis uniuſ diei neqꝫ pluris trium aut quattuor dierū. Ex fru? tibꝫ utatur ferculo facto ex milio aut ex pani co uel ex amilo ex lētibus aut ex fabis excor ticatis uel ex farina ordei aut brodeto pane co cto aut pane infuso in brodio parum acetoso. De carnibus utatur carnibus uitellinis agni nis edinis et porcinis. Et ex siluestribus uta/ tur capriolinis aprinis et leporinis. Et ex mē bris horum animaliū utatur extremitatibus. uentribus pulmonibus et cerebellis et uolati libus utatur carnibus pullorum fasianorum perdicum cōturnicum turdorum alaudarum turturum et pipionum uolare incipientium et maxime cum decoquitur cum sumach aut a/ gresta. Carnibus etiam utatur aliarum auicu larum pu[a]rum in pratis et nemoribus degen tium et non in uallibus aut palludibus. Ex pi scibus conueniunt petrini qui degunt in aq̄s petrosis currentibus et anguille et caretri. De ouis conueniunt oua sorbilia et accepta a gallina cruda assumpta. Ex herbis conueni unt portulaca plantago corrigiola lactuca bo rago buglossa. Ex saporibus uti potest uino granatorum mediorum saporum agresta ru/ bes et uti potest caseo recenti sed abstineat a ueteri tāq̄ a nociuo. De fructibus utatur cito niis piris et pomis ponticis nespulis sorbis granatis mucis dactilis immaturis prunellis agrestibus et specialiter granis mirti et rubri Vnum uniuersaliter attēdendū ꝙ cibus mul tum calidus fugiat et maxime si sint aperitiui qua propter cibos non cōedat acutos nec sal/ sos nec etiam plurimum ponticos aut acceto/ sos ꝑpter id quod pectus constringunt et tus/ sim excitant fugiat etiam cibos et potus mul te dulcedinis propter quod conuertuntur i co leram et sanguinem acuunt. Et uitet cibos et potus multi nutrimenti generatiuos sanguis sed utatur cibis parum dulcibus aut stiticitatē quandam habentibus.

## Secundum genus

Continet quinqꝫ intentiones quarū primum est sanguis rectificatio ab omni acuitate et fer uore. Secunda est sanguinis mūdificatio ab omni humore accuto. Tertia est sanguinis di uersio ab extrema et maxime ad inferiora. Quarta est accidentiū correctio que non est aliud quā puntio aut uasorum repletio. Quī ta est stiticatio et cōsolidatio.i.inspissatio mē/ brorum pectoris uel aniclitus ne ab eis san/ guis fluat.

## Prima intentio.

Impletur cum medicinis frigidis reprimenti bus feruorem sanguinis ut assumptio iulep rosati utputa.ʒ.i.cum.iii.aut.iiii.ʒ.aque ci sterne aut aque extinctionis calibs. Similiter assumptio aceti parum cum aqua frigida nō existenti tussi forti conuenit pariter assumptiō zucari rosati cum aque conuenit huic intenti oni. Completur etiam hec intentio in euitan/ do usu aperitiuorum sicut apii feniculi petro/ silli casei antiqui sisami erucis rute et sic de si milibus et potissime abstineat ab usu aloes et maxime cum non est correctus. utatur autem istis quando timuerit sanguis super calefacti onem aut feruorem.

## Secunda intentio.

Completur cum flebotomia quotiencūqꝫ ap paret repletio et precipue cum adest tussis. Et primo cum flebotomia saphene postea cū fle/ botomia basilice. Et hoc si sanguis fuerit pec cans et humor alius a sanguine sanguini ta/ men imixtus. Si fuerit humor alius a sang/ uine eidem non imixtus euacuetur cum rebꝫ appropriatis secundum quod medico presen/ ti uidentur premissa tamen semper eiusdē hu moris digestione. Consilio tamen meo debe/ ret in eo saltem per aliquod menses fieri flebo tomia omni mense de uena que est inter auri cularē et anularem uel de saphena ex qua mi/ nuent sanguinis quattuor aut quinqꝫ.ʒ.

## Tertia intentio.

Impletur cum diuertentibus ad inferiora ut cum fricationibus tibiarum coxarum et impositionibus pedum in aqua calida aut cũ prouocatione emoroydarum.

## Quarta intentio.

Completur cum fleubotomia uel euacuationibus et breuiter per consimilia que continent in secunda intentione.

## Quinta intentio.

Completur cum medicinis frigidis et cõglutinatiuis quarum usus sit talis. Recipe xilocaratte.i.cornichie de ultra mare lentium anna ʒ.iii.nespillorum numero quattuor mirtillorum.ʒ.sem.bulliant predicta parũper contusa in lib.ii.aque pluuiale uel cisterne usq; ad consumptionem medietatis deinde coletur de hac colatura sumatur.ʒ.iiii.quibus addatur.ʒ.i.sem.syrupi quem habet secum et frigidũ aut tepidũ sumatur in aurora deinde stet tribus horis ieiunus antequã comedat isto syrupo hoc modo descripto utatur in fine.xv.dierum et hoc tribus diebus continuis ut si modo capit tribus diebus de dicto syrupo post.xv.dies iterato tribus diebus capiet modo et ordine scripto. Tempore quo non capit dictũ syrupũ capiat alternatis uicibus de illis pulueribus modo de uno modo de alio ad quantitatem unius.ʒ.uel cum ouo sorbili uel cum syrupo mirtino aut cum uino granatorum murzorum seruando hunc ordinem.nam cũ acceperit syrupũ stet tribus aut quatuor diebꝰ quibus nihil accipiat postea accipiat duobus diebus de uno istorum puluerum et hoc duobus diebus immediatis postea interponat quattuor dies deinde sumat de altero puluere modo prius dicto postea redeat ad syrupum sic faciendo credo cum dei gratia posse a maxio qđ sibi iminet periculo euadere utatur electuario quod habet capiendo de eo ad quantitatẽ unius magne fabe et superponat lingue et dimittat dissolui et transglutiat saliuiam. et quando de dicto electuario summit si staret resupinus cum capite non nimis eleuato melius esset et isto potest uti omi die de mane et de sero quotiens libuerit.

¶ Bauerius de Bauerijs.

## Stiũs egregii

adolescentis dispositio est remotio spondiliũ ad exteriora dorsi que ab Auic.xxii.tertii appellatur gibositas posterior huic dispositioni coniuncta est quedã concauitas ossium lateralium pectoris et istis ambabus associatur dolor pectoris in fine costarũ ubi diaflagma costis mendosis alligatur. Gibbositatis plures cause assignantur primitiue ut casus et percussio etc. Corporee que sunt duorum modorũ quoniam sunt antecedentes aut cõiuncte antecedẽtes sunt humiditas subtilis aut grossa uẽtositas in membris pectoris interclusa uel aposthema uel spasmus siccus licet eius euetus rarus sit spasme causa. Cause coniuncte sũt humiditas subtilis aut grossa interclusa inter unam et aliam spondilẽ faciente ad eius lubricitatẽ aut uẽtositas pellens spõdilẽ uel apostema dislocans ipsam aut spasmus contrahens Et si cause gibbositatis plures possint esse istius de qua est sermo. Causa antecedẽs est humiditas a capite ad spondiles descendẽs.et ipsius humiditatis causa est mala complexio frigida et humida cerebri.cause primitiue est indebitum regimen sex rerũ non naturaliũ. cũ uero coniuncta ẽ ipsa met humiditas inter spõdiles medians que ligamẽta spondilium relaxans est causa dislocationis earum. Signorũ quedã sunt precedentia ipsam gibbositatem q̃dam demõstratiua quedam pronostica. precedentia sunt febris accuta insepabilis uigilie continue fletus siccitas nature citrinitas coloris siccitas oris et labiorum et amborũ fessio nigredo lingue et tensio cutis et soliditas eius et urina eius subtilis. Omia hec aut plura ex istis precedũt ut habetur a Serapione in breuiario suo tractatu primo cap.xxviii. Demõstratiuum signũ est unius aut plurium nodorum spine super eminentia. Pronostica sunt quoniam hec passio sepius infantibꝰ solet accidere. cum uero acciderit post annos septem solet esse difficilis cure siue in etate ulteriori magis difficilis et quasi curam non recipiens precipue cum fuerit inueterata. hec colligi possunt a Serapione loco et cap. supra allegato et ab Auic.xxii.tertii cap.de gibbositate et a Galie.in cõmento.xlvii.affor.vi.particule que cũq; gibbositates fiũt ex asmate. Concauitas ossium lateraliũ pectoris causa ẽ remotio spõdiliũ a loco suo nã cũ spondiles remouent̃ coste que illis coniungunt̃ ad posteriora mouẽtur. Unde in pte anteriori necesse ẽ ut quedã concauitas siue applanatio appareat. doloris pectoris causa est indebita figura eius et mala complexio que diaflagmati acquiritur aliquando facies dolorẽ maiorẽ aliquãdo minorẽm secundũ quod a causis extraneis aut in/

trinsecis augmentat necessitas maioris aut minoris aeris attractionis.

## Cura istius dispositio

nis humide hoc est eius cā ē humiditas ut dixit Auic. xxii. tertii. cap. de gibbositate est sicut cura palesis et spasmi humidi palesis et spasmi humidi. cura tribus perficitur medicinalibus instrumētis. s. dieta potione et cyrugia siue manuali opatione. Regimen p dietā diuidet in sexto cap. secundū numerū sex rerum nō naturaliū in primo cap. ponet regimen per aerē et loci electionē.

## De aere.

Sit aer loci uel camere sue habitationis ad caliditatē et siccitatē decliuis et magis ad siccitatem quā ad caliditatē ꝙ si aer nō repiatur naturaliter talis fiat arte cū incensione ignis in camera qui fiat cū lignis odoriferis sicut iuniperi lauri abietis sauine roris marini et cōsimiliū aut cū puluere carbonibus ignitis super asperso camerā suffumigādo sed stāte sumo camerā non intret sed postquā fuerit sedatus. Puluis sit talis Recipe lignialoes sandarace galie musc. anna. ʒ. ii. laudani storacis calamitte anna. ℈. sem. nucū cipressi. ℈. i. pulueriżent oīa et fiat ut dictū est. Et quoniam uestes sub aere collocant expedit de eis aliquid dicere caput cōuenienter muniat bireto calido diuersificato in caliditate secundū temporū diuersitatē nec tamē laudo caput nimis calefieri ne nimia caliditate fieret pluriū uaporū ad ipsum attractio. Et ex his apparere potest ꝙ debet euitare mansiones terrenas et prope decursus aquarū loca humida et uentos meridionales et septētrionales et loca talibus uentis exposita.

## De motu et quiete

Conuenit exercitiū uniuersale sicut ambulatio equitatio et similia que fieri debēt stomaco ieiuno et corpe a supfluitatibꝫ prime et secunde digestionis purgato de pticularibus exercitiis conuenit pectinatio capitis et eius mediocris cū pāno calido fricatio conuenit insuper nasi democātio et interdū sternutationis prouocatio que regulariter magis competit post uniuersales purgationes et patica repletione in capite pcepta que pp absentiā grauitatis capitis facile cognosci potest. Prouocetur igitur de mane sternutatio stomaco uacuo cū infrascripto puluere qui Reci. piretri. ℈. se. costi piperis albi anna. ℈. i. pistent subtiliter et cribentur et de ipso naribus insufflctur uel attrahatur ad quantitatē grani frumenti loco uniuersalis exercitii ante ipsum fieri non possent fiant fricationes. incipiendo a collo et trahendo uersus manus et brachia cū panno calido deinde fiant coxis et tibiis stomaco ieiuno ante prandiū et cenam uel saltem ante prādium.

## De somno et uigilia.

Dormiendi cōuenientior hora est nox quam dies. unde Auic. secūda pmi. Naturalis dormitio est et secundū nature cursum facta que nocte non effugit et diē nō impedit. Aliquando pp quasdā contingētias somnus diurnus non debet interdici nam quando cōtingeret ꝙ motibus corporeis aut animalibus fortibꝫ succederet lapsitudo aut somnus nocturnus esset impeditus tunc diurnus concederet sed ubi tales casus nō interueniant caueat a somno diurno. unde secunda primi doctrina secūda suma quinta cap. xiii. In die dormire malum et ad malas prepat egritudines etc. Sit igitur somnus sex aut septē horarū ad amplius sed non minus quinqꝫ et sit notabiliter capite eleuato corpore cōuenienter pannis tecto sit somnus primo super latere dextro. secūdo super sinistro ꝙ si dormitio nō fuerit absoluto somno secundo reuoluatur sup latere dextro sed nullo pacto resupine dormiat quoniam materiā ad nucā et neruos declinare facit. secunda primi cap. allegato et sit lectū ex pluma molli ut patrie est cōsuetudo.

## De accidentibus ani

mi. Caueat a ira furore precipue fortibus tristitia sollicitudine et maxime ipsis pseuerantibus. Extermiant eni hec corpora ab ea que secundū naturā ꝯsistentia. iii. teg. letetur gaudeat bene speret nec subirasci aliquando noceat. Et quia coitus sub accidētibus aie locari solet de eo dicit ꝙ abstineat. nihil ē ꝙ corpus effeminet magis et exanimet quā coytus sit igit eius usus rarus neqꝫ ad ipsum moueatur nisi prius appetitu naturali incitante neqꝫ ad hec pmoueatur ab obiecto extraneo aliquādo occurrente fiat igitur si necessitas urget iam prima et secūda digestiōe celebratis et tertia dimidiata. xxii. tertii quale quantū sit hoc tempus relinquat quoniā et coytus i casu isto dimittendū est.

## De inanitione et re

pletiōe oportet hūc adolescentē oēm ciborum repletionē uitare de repletione humorali dicetur in regimine p potionē de tali repletiōe in

tendendo quedā regule sunt obseruāde. prima q̄ stāte fastidio aut stomaci abominatiōe nūq̄ cibus ē accipiēdus nō assumit̄ tūc cibus cū delectiōe nec bene digerunt̄ secūda cibus ex pluribus cibis factus neq̧ potus ē accipiēdus. tertia stāte magna uentris stipticitate et supfluitatū retentione nō est cibus sūmēdus quarta nūq̄ comedat̄ nisi certa adsit fames. quinta cibaria leuiora aliis premitti debēt de quibus in sequēti cap. dicet̄. sexta in cibatiōe non debet multū tempus prolōgare ne in cibo diuersitas digestionis adueniat. septio omnes cibi premāsticari diligēter debēt antequā deglutiant̄. octauo nūq̄ cibi nec potus sumenda ē tanta quātitas ut stomacus grauetur ex eis quia deterior eni cibatio est que in stomaco grauitatē efficit sicut deterior potus est qui in stomaco fluctuat. Sed si cōtingeret ob aliquā causam ciborū fieri repletionē ad ipm euacuandū festinandū est. Si igitur ciborum corruptiōes apparuerit signa ex odore uel fetore aut eruptuatione uel alio simili signo statim cibus ille uomitu ē educēdus cū hoc uomitiuo. Recipe rafani. ℥.iii. fiat decoctio de qua accipiatur. ℥.iiii. quibus addant̄ acceto si simplicis. ℥.ii. et tepidū sumat et postquam sumpserit p horā mediā cōprimat̄ lingua digitis aut gutturi intromittat̄ pēna olēo intincta et uomitū prouocet. quod si uomitus puocari faciliter nō posset aut pp pectoris angustiam timeretur fiat clistere hoc. Recipe foliorū malue mercurialis et blite an. m. i. fiat decoctio de qua accipiat̄ lib. i. se. cui addātur yerapig. ℥. se. cassie. ℥. i. salis. ʒ. iii. olei. ℥. iii. et tepidū stomaco ieiuno administret̄ et hoc tpe estatis. tpe hiemis addatur suprascripte decoctioni benedicte yerapig. an. ʒ. iii. zucari rub. ℥. i. olei de camomilla. ℥. iii. salis. ʒ. ii.

## De cibo et potu.

Sit panis ex farina a qua furfur ex toto non sit excussus habēs aliquid plus salis et fermēti quā q est i usu cōi sitq̧ cōuenienter coctus nō pluris tpis quā duorū aut triū dierū neq̧ minoris unius diei nō esset male si tpe ueris uteret̄ pane de spelta pp maiorē exsiccationē uitare debet panē nō bene coctū agimū et oīa cibaria q̄ ex pasta agima fiūt ut sunt lumelli macarones et similes cibi. Carnes q̄ sibi conueniūt sunt sicut leporis caprioli apri et oīm auiū degentiū in nemoribꝰ et pratis et nō in aquis aut paludibus ut sunt colūbi. et pprie siluestres turtures fasiani pdices turdi merule pullorū et similes. Ex quadrupedibus domesticis sunt uituli lactantes et edine et castrati annualis et siluestriū. Carnes sunt meliores dōesticis. unde. iii. almāsoris. Siluestres carnes meliores existūt et sanguis ex eo genitus paucas habet supfluitates usus piscū nō conuenit q̄ si interdū accipit sint sicut Lucii trute carpiones capedani aurate et similes et melius prepantur assati quam elissati. Lactis usus nullo pacto cōuenit. Caseus uero unius anni frangibilis et mediocriter salitus cōcedi potest in fine mēse assumendo duos aut tres bolos. De oleribus utet oia que sunt frigida et humida ut lactuca spinacia cucumeres portulaca cucurbita etc. Minuta olera concedūtur ut sunt mēta feniculus petrosilinus maiorana apiū buglosse borago serpillus ysopus caules et reliqua simōi. De radicibus uti potest carota domestica pastinaca ab acrumibus abstineat ut aleū porrū etc. pp multitudinem uentositatū. unde. iiii. regiminis acutorum alliū sisam facit. id est uentositatem. De fructibus omēs orarii utentur ut sunt cerasa psica iuiube. et nocēt poma acria et siluestria et pira pcipue accetosa castanee et dactili uti potest ficubus et precipue siccis et fisticis et granis pini cū postquā fuerint mūde sint tribus uicibus in aquam feruentem submersa et postea in umbra exsiccata et melle aut zucaro condita. Leguminum usus non conuenit. unde secūda affor. in cōmento affor. xvi. ubi indigentia non oportet laborare dixit galie. aucto. hypo. q̄ hellenes propter indigentiam comedentes legumina sequitur eos pedū debilitas uti tamen potest brodio cicerum rubeorum precipue quando decoquuntur cum radicibus feniculi aut petrosilli panico uesci potest. nam sua siccitate non est multi nutrimenti et sua leuitate urinam prouocat licet sit complexionis frigide et sicce in secundo. xxi. continentis. Risum etiā conuenit quoniam calide et sicce complexionis. xxi. continētis sed non sumatur uentre existente sicco de conditis ut potest uti zenze. uiridi semel aut bis in ebdomada et hoc tempore frigido scilicet a principio septembris usq̧ ad finem aprilis et corticibus citrangulorū et citrorū postquā conditi fuerint zucaro et diacitoniton cū zucaro in fine mense et accipere omni ebdomada mirabolanum unum conditum post cenam precedentem per septē horas et inde cū assumpserit stare horis quinq̧ antequā comedat esset ualde conueniens. potus sit uinū album clarum saporis aliqualiter dulcis et pauciferum q̄ si pauciferum haberi nō posset cōmisceatur aqua clare fōtis aut cisterne uel cocte.

# Regimen secundum

quod est per potionem. vii. continet intentio/nes prima est materiei minoratio. secūda eiusdem digestio. tertia erradicatiua ipsius euacuatio. quarta est diuersio. quinta male complexionis capitis remotio. sexta ē pectoris et dorsi materiei resolutio et eorundē ptium cōfortatio. septima est succurrere accidenti quod ē pectoris dolor.

## Prima intentio.

sic perficitur. Recipe pillula. de yera. simplicis. ʒ. sem. agarici. ℈. i. fiant pill. v. et reformentur cum oximellis simplici has pillu. sumat per horam ante diem super quib⁹ potest una hora dormire cum eas acceperit deide uigilet et abstineat a cibo quousq; transiuerint hore quinq; ab hora assumptionis in fine quarum comedat nullum prius assumendo lauacrum siue pill. fuerint operate siue non. nam si ante prandium non soluerint soluent post. ꝙ si contingeret ꝙ corpus non mouerent fiat clistere ante cenam cuius descriptio posita est in ca. de repletione et inanitiōe.

## Secunda intentio.

Adimpletur. Recipe syrupi desticados syrupi de bisantiis anna. ℥. sem. syrupi de prassio et de liquiritia anna. ʒ. ii. Aquarū mellisse capillorū ueneris et maiorane anna. ʒ. i. misce et aromatiza cū nuce muscata iste ē syrupus pro una uice sumat ipsum calidum in aurora et continuet eum septē uel octo uicibus supra quo potest ad libitum dormire sed non prius post ipsum cōedat donec quattuor aut minus tres hore transiuerint.

## Tertia intentio.

perficitur sic. Recipe pillu. cochiarum. ʒ. se. pillu. de agarico. ℈. i. fiant pill. v. numero et reformentur cū aqua maiorane has pill. summat in die imediate sequente post sumptionē scriptorū syruporū per horam unam ante diē super quibus potest hora una dormire et abstineat a cibo donec transeant hore. v. ab hora sumptionis. et tunc accipiat ciatū brodii pulli macri cum. ℥. sem. zucari. rub. et inde ad horam prandeat et se nō multo cibo grauet in prandio. Recipe ordei integri. ℥. ii. buliant ī lib. iiii. aque ad ignē lentum donec bene decoquantur postea coletur aqua et in eius colatura lauetur furfur de qua lotione accipiant. ℥. xvi. quibus addantur zuccari rub. ℥. ii. uitelli ouorū numero. ii. salis. ʒ. iii. et fiat clistere istud enema calidū accipiat in die imediate sequente ad diem assumptionis supra scriptarū pill. de mane ante prandium et cum complete reiecerit sumat prandium suum.

## Quarta intentio.

Completur cum diuertentibus ad ptes inferiores et cum his que trahunt diuertendo per ptes propinquas de his que diuertunt ad ptes longinquas sunt fricationes ad coxas et tibias cum panno calido ad inferiora trahēdo uētosationes sine scarificatione super nates et ligature dolorose iuxta inguina et fricationes plantarum pedum cum sale et aceto. Ad eandem intentionem ualent suppositoria et clisteria fortiora et minus fortis secundum ꝙ uisū fuerit presenti medico diuersiones fiunt a capite per partes propinquas cum capupurgiis masticatoriis et sternutatoriis capupurgiis sic fiat. Recipe succi sansuci succi radicū bliteamborum per residentiam clarificatorum. anna. ℥. i. de hoc mixto trahantur octo gutte per nasum ore pleno aqua et capite ad posteriora inclinato. et si huic addatur succi artanice clarificati pro tertia parte erit fortius capupurgium. Et adhuc fortius si addatur succi cucumeris asinini idem faciunt oleum cucumeris asinini quando per nasum attrahitur. Sternutatorium. Recipe piperis. ʒ. sem. nigelle per noctem in acceto infuse postea ad umbrā exsiccate. ℈. ii. pistentur subtilissime et cribentur et fiat puluis de quo insuffletur uel p nasū attrahatur ad quātitatē unius grani frumēti aliud fortius. Reci. ellebori albi. ℈. i. puluerizetur subtilissime et cribetur et fiat ut dictū ē. Masticatoriū. Reci. masticis gra. vi. masticetur et qn do fuerit comasatus addantur duo gra. piperis et simul masticentur et expuatur omnis humiditas fluens ad os et cū senserit uirtutē piperis esse dissolutā addantur duo alia grana. et sic procedatur donec. xvi. uel uiginti grana consumpserit. fortius predicto est si cum mastice addatur radix caperis et iterum fortius si addatur piretrum aut scafisagriā de diuersione per gargarismata non scribo dubitans ne eorū agitatione materiā ad pectus conuerterent isti modi diuersionū nō eodem die fieri debent sed eligatur mō uno mō alio cū interpositione temporis.

## Quinta intentio.

sic adimpletur Re. ligni aloes lau. lani storacis calamite anna. ʒ. i. gariofilorū nucis mus. se.

basiliconis anna. ʒ.ſe. aque roſate in qua ſit aliquid muſci.et ambre diſſolutū quantū ſufficit et fiat pomū hoc pomū capitis confortatiuum ſepe odoret. Ad candē intentionem ualet ſaculus cum ſale et milio prius torrefactis confectus poſtea ſuper tegula calefactus et capiti ieiuno ſtomaco ſuperpoſitus et cū infrigidatur renouetur et ſic quinqꝫ aut ſex uices fiat. Alius ſaculus priore efficatior. Reci. granorum piperis naſturtii anna. ℥.iii. infundātur per noctem in aceto. deinde exſiccent̄ poſtea fiat ſaculus qui ſuper tegula calefiat et capiti apponatur et cum infrigidatur iterū calefiat et taliter quinqꝫ uicibus renouetur. Confert inſuper nigelle per diem naturalem i aceto infuſe. deinde exſiccate poſtea torrefacte et ultimo pulucrizate et ligetur in ſindone et ſepe odoretur ꝙ ſi idem addat̄ ſanſuſi ſubtiliter puluerizati. ℥.ſem. erit cōuenientius. Compleat hanc intētionē uſus diamuſci dulcis diambre pliris arcoticon ſumendo de altero iſtorū. ʒ.i.ſem. aut duas ante prandiū per horas.iiii. Facit ad idē optima triaca aut metridatū ſumendo de altero iſtorū. ʒ.i. poſt finem cene precedentis ad octo horas et poſt aſſumptionem abſtineat a cibo p horas ſex ad minus. Ad idē facit diacorus et acorus conditus ſumendo. ʒ.ii. de quouis iſtorū per duas horas poſt cenam quando uadit dormitū. De iſtis poteſt modo uno modo altero ſumere. Aliquando unū aut duos dies interponere. remiſſior ſit harum rerū uſus temporibus calidis quam frigidis.

## Sexta intentio.

Adimpleatur cum medicinis exſiccatiuis calefactiuis et reſolutiuis. unde Auic. xxii. tertii tractatu primo cap. de gibboſitate. Canon medicinarum eius que nō eſt cum ſiccitate ē ut ſint ſtitice ut ſtringant ligamenta que mollificata ſunt quamobrem inclinate ſunt ſpondiles. ſ. ad exitum a loco ſuo et calefactiue ut confortent ea. ſ. ligamenta et reſolutiua ut reſtringantur humiditates aut mollificātes aut iuuantes ad mollificandū. nam cum cadit ſufficientia ſuper ſtitica poſſibile eſt ut confortētur ligamenta etc. et de medicinis in quibꝰ aggregantur calefactio ſtiticitatis et reſolutio dixit Auic. loco allegato ſunt nuces cipreſſi et folia eius folia lauri calamus aromaticus etc. De compoſitis ſunt Recipe uini rubei ſtitici ℥.x. cipreſſi et foliorum eius anna. ʒ.iii. radicis enulle ſicce. ʒ.ii. piſtentur oia et bulliāt in dicto uino uſqꝫ ad conſumptionē duarum ptium poſtea coletur et colature addatur olei de ruta. ℥.ii. et bulliant ſimul uſqꝫ ad conſumptionem uini cum predicto oleo ungatur pars gibboſa uidelicet dorſum. Ad idem uidelicet emplaſtrum quod ſic fit. Recipe acori. ℥.iii. enule. ℥.ii. decoquantur in aqua decoctionis foliorum nucum cipreſſi poſteā piſtentur. Et addatur olei de ruta quantū ſufficit ad impiguandum et fiat emplaſtrū quod pti gibboſe ſupponatur. Aliud Recipe ſauine acori enulle anna. ℥.ii. decoquantur in uino albo donec diſſoluantur poſtea terrant̄ diligenter et accipiatur bdelii. ℥.ſem. et diſſoluatur cū ſupradicto uino ubi res fuerunt decocte. et oia ſimul miſceantur et redigantur ad formam emplaſtri. Valent etiam unctiones facte cum oleo de piratro de caſtoreo et de euforbio ſimul et diuiſim uſus iſtorū medicaminum non ſit niſi poſt bonam corporis mundificationē et purgationē. unde Auic. Cū antecedit mundificatio. i. corporis purgatio non eſt malū imo eſt tunc bonū uti ſtiticis. ſ. calefactiuis exſiccatiuis et reſolutiuis utatur igitur modo uno modo alio.

## Septima intentio.

Completur cum unctione pectoris cum oleis anodinis licet putem magnā ptem iſtius doloris eſſe pendentē a mala pectoris compoſitione. Recipe olei amigdolarū dulcium. ℥.i. olei de camomilla. ℥.i.ſem. pinguedinis galline anatis anna. ʒ.ii. yſopi humide. ʒ.iii. croci. ʒ.ſem. miſce totum et ungatur cum hac unctione ps pectoris nō gibboſa et precipue locus ubi dolet cum manu calida et inde ſupponat̄ panniculus calidus.

## Regimen tertium

quod eſt manualis operatio quod debent fieri quando alia nō ſufficerent adimplet̄ per cauterium. unde Auic. xxii. tertii tractatu. i. ca. ſupra allegato. Et quādo nō ualēt curationes cū eis que bibunt̄ et emplaſtris et ſimilibus adminiſtret̄ cauteriū ut remoueat̄ mollificatio et induretur locus. Et modus cauterizādi ut dixit albucaſis eſt ut cauterizet cū cauterio qd̄ ſit circulus ut capiat ſup omnē ptem ſpondilis diſlocate equaliter de hoc modo cure que ſit per cauteriū nō me extendo quia ſicut medicatio cū medicinis nō ualet in gibboſitate īueterata et cōfirmata ita neqꝫ medicatio cum cauterio. Sit laus deo.

¶ Bauerius de Baueriis.

Conſilium ad euelendum pilos et ne iterum

renascantur.

# Si pili aliquo

in loco nati essent qui personā dehonestarent aut propter quā uis causam uelle eorū ortū prohibere sic pro cedendum est remoueantur pili a loco in quo sunt. Remotio eorum et si multis modis fieri possit melior tamē est ut si lotro educant. Si lo rū leue. Recipe calcis uiui auripigmēti an na. ʒ. sem. pulverizentur et ponātur in sacu lo lineo raro et fac ipsum saculum bulire in lib. ii. aque et cū hac aqua laua locū depillan dum et cadēt pilli. Aliud Recipe colofonie masticis armoniacū auri pigmentū et simul dissolue deinde cū suste ligno in dicto medica mine intincto line locū si uolueris fortius me dicamen utere isto ut dictū est. Aliud Recipe calcis uiui auri pigmenti anna. ʒ. i. dissolue cū lissiuio facto ex cinere fermentorū aut cau liū nigrorū et pone ad ignē et fac bulire dōec ueniat ad spissitudinē mellis ē signū perfecte decoctionis. Si imponis intus pennā statim a pillis mundatur cū isto medicamine unge ptem depillandā. si igitur medicamine fortio ri imediate supra scripto uolueris utat isto. Melior modus applicādi psilotrū est in stufa et fomentent bene locus depillādus cū aqua calida deinde exsiccetur et stando in stufa ap plicetur psilotrū. et pmittat stare tādiu donec sex uices dicat pater noster et lauetur cū aqua calida et cadēt pili omēs. Postea ungat locus depillatus cū oleo rosato loto cū aqua frigida Si autē psilotrū faceret in loco adustionē aut excoriationē curet cū unguēto de cerusa aut ungatur cū oleo ro. et uiolato mixto cū succo semp uiue aut ungat cū unguento popideon qꝫ si in loco fortis fuerit adustio adhibe ung uentum de cerusa aut de litargirio permixto cum albumine oui postquam locus est depila tus ut pili non renascantur liniatur cum iusi quiamo et opio dissolutis in aceto. Corpus ra ne cum exsiccatur et pulverizatur et puluis misceatur cum muscilagine psili aut cum suc co iusquiami albi et acetum et fiat linimentū cum quo pars depilata liniatur. Recipe cine ris stiticum caulis cū aceto qui emplastratus et parte super positus non sinit pilos renasci. De rebus non permittentibus pilos renasci sunt ut colligitur . Galie. in primo decē tra ctatuum sanguis rane lacunalis sanguis uesi pertilionis sanguis testudinis aquatice et lac canis cum aliquo istorum unge locum aut un ge locum cum ouis formicarum permixtis cū sanguine uespertilionis uel testudinis.

Recipe quindecim sanguisugas et optime cō tere in mortario et dissolue cū aceto ualde for ti ex inde cola et iterū contere cum aceto et co la deinde cum hac expressura sepe locū unge Recipe pillu. aurearum descriptione Nicolai in suo antidotario. ℈. ii. istas pillu. sumat per horam ante diem et inde differat prandium su um per horas quinqꝫ.

Recipe accetosi simplicis syrupi de sticados si ne speciebus anna. ʒ. sem. syrupi de bisantiis ʒ. i. aquarum endiuie lupullorum mellisse an na. ʒ. i. misce iste est pro una uice sumat ipm per horam ante diem et continuet septem die bus omni die sumendo unum et sic summere accipiat in die sequenti ad diem assumptionis pillularum supra scriptarū.

Recipe mente quartam. m. i. florum sticados arabici epithimi foliculorum sene anna. ℥. i. sem. passularum sine nucleis. ℥. iii. florū bor raginis buglosse et uiolarum anna. ℥. ii. semi nis endiuie. ℥. ii. pistentur modo grosso pistā da et infundātur per horas octo in sero capri no deinde bulliantur duabus ebulitionibus et coletur de colatura accipiatur quantum suffi cit ad dissoluendum diacatholicon et cassie no uiter extracte a canna anna. ℥. iii. reubarbari electi. ℈. ii. squinanti. ℈. sem. electuarii indi maioris. ℥. i. et. ℈. ii. et fiat potus. Istū potum solutiuū accipiat calidū et nō tepidū p horas nouē a fine precedētis cene in die sequenti ad diē complete sumptionis suprascriptorū syru porū super quē pōt cū ceperit dormire per ho ram et nō amplius postea uigilet donec tran seant hore quinqꝫ ab hora assumptionis et tūc accipiat ciatū unū aque ordei calide cum. ʒ. i. zucari rub. et inde ad horam prandeat.

Recipe ordei fricati lib. sem. aque lib. x. bulli ant tamdiu donec grana crepuerint et sint op time cocta postea de colatura accipiatur. ʒ. xviii. quibus addantur uitelli ouorum nume ro duo zucari rub. ʒ. ii. salis. ℥. ii. calidū sup ponatur istud enema accipiat de mane stoma co ieiuno ad diem imediate sequentem ad diē assumptionis supra scripte medicine.

Recipe margaritarum iacinctorum anna. ℥. i corticum citri conditorum. ℥. ii. sem. cinamo mi. ℥. i. sem. galange gariofilorum anna. ℈. ii. ameos carui anna. ℥. sem. sandalorum al borum et rub. spodi rosarum rubearum an. ℥. i. coriandorum preparatorū. ℥. i. sem. zu cari albi quantū sufficit et cū aqua rosata fiat electuariū de isto electuario stōaci cordis ca pitis et epatis cōfortatiuo sumat quādo surgit a lecto ad qntatē unius bone castanee cū suo cortice. Et inde differat cibū per horas tres.

Et eo sic uti incipiat postquã sumpserit medicinam supra scriptã per dies duos et inde cõtinuet. Recipe olei nardini. ℥.i. succi mente succi agreste anna. ʒ.vi. bulliãt simul usq; ad consumptionẽ succorũ postea addatur cere albe. ʒ.vi. et cũ liquefacta fuerit addant̃ masticis aloes anna. ʒ.i. coralorũ ru. coriandorũ prepatorum anna. ℈.ii. et ab igne deponatur et ducatur optime cũ spatula donec ueniat ad formam ceroti de quo extendatur super corio subtili ad formã scuti et stomaco applicet̃. Et sufficit q͏ ipsum renouetur in omni fine duorum dierũ. et isto medicamine stomaci cõfortatiuo et ad digestionem iuuatiuo uti incipiat postquã medicinã sumpserit et continuet. Recipe diacitoniten cũ zucaro. ℥.iiii. coriandorum prepatorũ. ʒ.iiii. masticis. ʒ.ii. pistetur pistanda subtilissime et inuicẽ misceant̃ et cũ niuia citoniorũ reducantur ad formã electuarii. de isto electuario accipiat ad quantitatem unius castanee quando a mensa surgit ita q͏ post ipsum nihil bibat habet enim prohibere ascensum uaporũ ad caput a stomaco.

Recipe specierũ yere simplicis. ʒ.ii. mirabolanorũ citrinorum. ʒ.i. aloes ʒ.sem. agarici ʒ.i. sem. zenze. ℈.sem. aloes loti cum aqua endiuia. ʒ.iii. et cum aqua absinthii. Et cum succo caulium reformetur pasta pro pillu. ex qua cum opus fuerit reformentur pillule numero septem pro. ʒ. de istis pillulis usualibo absq; custodia sumat a tribus usq; ad quinq; quando sentiret caput graue in sero quando uadit dormitum per horas duas post cenã. Si uero senserit stomacum male dispositum sumat per horam ante cibũ et eis taliter uti poterit semel in ebdomada.

Cauere debet ab aere excedentis caliditatis et similiter frigiditatis et uẽtis et a tristitia ira meleuconia ab omi forti exercitio a multa uigilia et a multa cibi quantitate et a cibis difficilis digestionis aut mali nutrimẽti cuius sũt carnes omnes ueteres carnes bouine pecudine et caprine cutes animaliũ et eorum uiscera et pinguedo dimittat butirum lac et caseũ antiquum et cibaria ex pasta agima facta. Et pisces legumina omnia et herbas crudas et acrumina et fructus recentes et uina potentia. et potus multa quantitas et somnus nimius nocet. Conuenit panis ex bona farina munda a furfure debite coctus cõuenienter fermẽtatus non actu calidus ut a furno extrahitur nec antiquus sed unius aut duorum dierũ a quo abiitiantur cortices quando comedit̃ carnes sint pullorum uituli castrorum et auium paruarum que in nemoribus uiuunt. Cõueniunt oua sorbilia aut fracta in aqua non dura nec antiqua uti potest farre mi lo interdũ ex herbis conceduntur extremitates herbe feniculi et menta cum boragine petrosillus borago et buglossa ex fructibus uti interdũ potest citonium assum in fine cibi et uuis siccis non dulcibus cum brotis suis qui optime masticentur et a ceteris abstineat fructibus uinũ sit album pauciferum boni odoris et substantie mediocriter clarũ non dulce nec minus asperũ q͏ si opus fuerit limphari limphetur cũ aqua in qua ferrum fuerit secies extinctum. Et si in dicta aqua carnes suas decoquant̃ optimum esset et conueniens sue dispositioni.

Non comedat si non senserit priorem cibum assumptum fore digestum nec se a cibo grauet. Et cum habuerit comedendi appetitum cibum accipiat masticet bene quod assumit bibat parum nec prius bibere incipiat donec comederit prius sex bolos. et parum pro uice bibat et sepe. ita tamen q͏ quãtitas parua sit nec bibat post cibum. Dormiat in nocte et nõ in die sufficit dormire septem aut octo horis. et hoc super altero laterum aut super uentrẽ sed nullomodo sup dorsum et dormiat capite bene eleuato et corpore pannis conuenienter tecto. Conuenit exercitium temperatum ante cibum expulsis primo superfluitatibus prime et secunde digestionis. Et loco exercitii conueniunt fricationes brachiorum coxarum et tibiarum curet omni die habere uentris beneficium bis aut semel. et si naturaliter haberi non potest fiat arte cum clistert. Commune non faciat exercitium aliquod in quo oporteat esse caput inclinatum sicut esset suere aut aliquid consimile. Et dabitis de successu notitiam et si quid oportuerit fieri fiat.

Finis.

¶ Bauerius de Baueriis.

In febre quartana pro magnifico Guidatio minoratuum.

Recipe mirabolanorũ citrinorũ chebulorũ et indorũ an. ʒ.i. polipodii chersini. ʒ.ii. pistet̃ mirabolani et incidet̃ subtiliter polipodiũ et infundat̃ p nocte in. ℥.vi. seri caprini postea ponat̃ ad ignẽ et bulliat unica ebulitiõe et colet̃ bona expressione et in ea colatura calida infundant̃ epitimi. ʒ.ii. florũ uiolarũ. ʒ.i. se. et tãdiu stẽt ĩ infusiõe dõec serũ sit ifridatũ et tũc colet̃ et illi colature addatur zucari ro. ℥.ii. et fiat potus q det̃ in die imediate sequẽti febrẽ p unã horã ante diem.

et dormiat per horam et post quinq; horas po test comedere in die imediate sequenti. Incipi at sumere infra scriptos syrupos post cenam octo horas steteq; post eorũ assumptionem ad minus horis.iii.ad comedendũ. et potest dormire postquã ipsos sumpserit ad libitum. Recipe radicũ feni.apii brusti asparagi petrosilli anna.℥.i.sem.lingue.ceruine.m.ii.camedreos camepitheos.anna.m.i.carui ameos anisi anna.℥.sem.cusfute rosarũ rubearũ radicum caperũ ciperi anna.℥.sem.radices incidantur minutim pariter herbe semina pistẽtur modo grosso et bulliantur in lib.iiii.aque usq; ad consumptioné medietatis aque postea coletur et colature addatur zucari albi quantum sufficit et fiat syrupus. et accetosetur cũ aceto squillitico.Recipe syrupi supra scripti.℥.ii.aquarũ scolopendrie lupullorũ mellisse.anna.ʒ.i.misce iste est pro una uice cõtinuet eum septẽ uel pluries ut presenti phisico uidebitur. His assumptis accipiat infra scriptam medicinam in die antecedenti diem accessionis febris super qua potest dormire per horam et inde ad quinq; horas capiat.℥.i.zucari rubei cum brodio et postea ad horam poterit prandere.Recipe passularum sine nucleis ℥.sem.florum borraginis et uiolarum anna.ʒ.ii.epithimi.ʒ.i.sem.foliculorum sene.ʒ.ii.camedreos.ʒ.iii.carui anisorum.ʒ.i.passule felliculi sene anisi et carui parum pisientur et bulliantur in libr.i.seri caprini usq; ad consumptionem medietatis seri postea colet et de illa colatura calida accipiatur.℥.iiii.in q bus infundatur epithimi et flores quousq; seri sit infrigidatum et iterum coletur et colature addatur diacatoliconis.℥.sem.confectionis amech.ʒ.ii.et fiat potus et exhibeatur ut dictum est. Si tempore quo sumit syrupos nõ habet uentris beneficium utatur hoc clisteri. Recipe decoctionis malue boraginis cum radicibus suis blitis et anisi de qua accipiatur libra.i.sem.et in ea dissoluatur.℥.i.cassie et.℥.i.yeraptg.olei.℥.iii.olei parum et fiat i die antecedenti diem accessionis. Si posset uomitum prouocare sine magno labore conueniẽs foret facere hoc modo.Recipe se.aneti se.atriplicis anna.℥.sem.radicis rafani.℥.i.bulliant in unam libram aque donec ueniat ad medietatem postea coletur et colature addaẽ oximellis simplicis.℥.ii.et fiat potus et hoc uomitiuum sumat tepidum ipsumq; retineat per mediam horam.demum cum digito uel penna inuncta cum oleo uomitũ temptet qui conueniens esset omni die quinta in die accessionis fe.est singularis.Ad sitim uestram caueat a potu aque et uini ipsum incendit fe.et nocet capiti et neruis et aqua nocet stomacho et opillat sed quando fe.ualde molestat gargariz et aquam cũ aceto parum q; si propter magnam sitim necesse esset bibere utatur hac potione.Recipe prunorum numero decem sebesten numero.xv.frangantur pruna et sebestẽ et bulliant in lib.iii.aque usq; ad consumptionem medietatis et cum decoctio tepida fuerit fricentur pruna et sebesten manibus ita q; pruna in decoctione dissoluatur postea coletur et colature addatur oximellis simplicis.℥.iii. Et de hoc potu bibat. Bulliat in ferculo borraginem aut spinacia lactucã et petrosillum utatur uino mediocri non multum dulci nec multum brusco et si habet aliquid dulcedinis nõ poter hoc esset malum. et lauetur cum aqua cisterna stet letus et fugiat ocium.dormiat in nocte septem aut octo horas in die nihil et nõ dormiat in paroxismo nisi cum fuerit in declinatione et comedat quinq; horis ad minus ante accessionem poxismi.

¶ Bauerius de Baueriis.

¶ Cura doloris renalis.

Si dolor inuaserit et adsit uoluntas uomendi prouocetur uomitus ponendo digitos in ore et comprimendo linguam et hoc si cibus tunc fuerit in stomaco. Si uero stomacus hora doloris fuerit ieiunus et uomendũ esset uoluntas sumatur unus ciatus aque tepide decoctionis radicis que comeditur et florum aneti.et cum biberit stet per horam mediam et prouocet uomitum imponendo digitum in ore aut ponendo pennam oleo inunctam facto uomitu si fieri potest fiat clistere q; si uomitus fieri non potest aut quia non esset inclinatio aut stomacus nõ esset ad ipsum aptus tunc fiat clistere tale.
Recipe florum camomille malue pericarie.anna.m.i.anisorum seminis lini carui anna ℥.i.radicis maluauisci libra semis fiat istarum rerum decoctio de qua accipiatur libra.i.au.addatur cassie.℥.una benedicte dragma vi.pinguedinis galline.℥.semis olei de lilio olei de aneto anna.℥.ii.salis.ʒ.ii.semis.et fiat enema q; calidum supponat. et huiusmodi clistere fiat mane et sero stante dolore.

Recipe florum camomille mellilon aneti anna.m.unũ peritarie.m.ii.seminis lini fenugreci Anna.℥.duas. Absinthii foliorum

lauri anna.m.sem.foliorũ caulium m.i. foliorum anisorum seminis feniculi carui anna. m.i.semina pistentur modo grosso et herbe incidantur minutim et bulliantur in sufficienti quantitate aque in qua infundatur spongia q̃ expressa loco dolenti supponatur et cum infrigidatur renouetur sic fiat quattuor aut quinq3 uicibus stante dolore pluries in die iteretur facta fomentatione modo qui dictus est exsiccetur locus cum panno calido et ungatur cũ ista untione. Recipe olei de lilio olei de aneto olei de scorpionibus anna.ʒ.sem.pinguedinis anatis pinguedinis galline ãna.ʒ.ii.ysopi humide ʒ.ii.misce cum hac untiõe calida locus dolens ungatur ut dictũ est et postea superponat̃ lana succida carpinata calida si istis factis dolor adpersisteret fiat hoc medicamen Recipe lapidis iudaici.ʒ.sem. milii solis.ʒ.ii.se.carui.ʒ.i.milii solis et carui pistentur modo grosso et buliant in.ʒ.vi.aque.capillorum ueneris usq3 ad consumptionẽ medietatis postea coletur et cum colatura remoliatur siue fricetur lapis iudaicus super cote siue lapide super quibus falces acuuntur et inde ad datur.ʒ.i.sem.miliũ et fiat potus quẽ calidũ stomaco ieiuno accipiat super quem potest hora una dormire et post ipsius assumptionem stet ad minus horis quatuor antequã dormiat huiusmodi potum taliter accipiat postquã fecerit uomitum si poterit fieri et possunt clistere et fomentationem et reiteretur si opus fuerit. id ẽ si propter hoc dolor non cessat. Reci.xilobalsami cinamomi semẽ anisi feni. et macedonici saxifragie et milii solis se.sparagi cassie lignee anna.℈.ii.confice cum zucaro dissoluto cum aqua calida capillorũ ueneris dosis.ʒ.iii.sed in ieiuno cum uino subtili albo. uel Recipe semẽ apii anisi feni. petrosili.an. ʒ.i.sem.urtice.℈.sem.milii solis saxifragie anna.℈.ii.cordumeni gentiane anna.℈.se. terre subtilissime et adde zucarũ ad pondus omnium et fiat puluis dosis cocliar unum cũ uino albo subtili stomacho ieiuno et stet post assumptionẽ horis tribus antequã comedat. Stante dolore parum comedat sumat brodiũ cicerum ru.coctum cum radice feni.et petrosillini aromatizatum cinamomo. Et hoc brodium est ualde conueniens seu bibatur seu in fundantur busselle panis in eo conuenit etiã brodium caponis aromatizatũ cum cinamomo et uinum album subtile. Et si dolor perseueraret sumat pullum contusum aromatizatum cum cinamomo. Cauendum est ab aere multum frigido et ab eo qui est humidus et similiter a uentoso nocet aer qui ẽ calidus multum. Eligatur aer tempatus aut declinans ad aliqualem caliditatem nocet ira tristitia coitus multus precipue super repletionem dimittat somnum diurnum si in nocte sufficienter dormiuerit. et caueat ab acubitu super dorso dormiat super alterum laterũ aut uentrem et non sit somnus amplior octo horis nec minor.v. dimittat exercitium forte et precipue ubi dorsum laborat sicut esset equũ equitare succussorem aut leuare aliquod pondus conuenit exercitium tempatum pulsis primo superfluitatibus prime et secunde digestionis loco exercitii conueniũt fricationes brachiorũ coxarum et tibiarum stomaco ieiuno cum manu uel pãno calido. Cauere debet a cibis grosse substãtie sicut sunt carnes bouine et carnes salite et similes a cibis uiscosis sicut anguille tenche et cutes a cibis uentosis sicut sunt fabe et similes et ab omnibus cibis difficilis digestionis et ab his qui sunt opillatiui cuiusmodi sũt illi qui sunt multum dulces et illi qui sunt de substantia uiscosi sicut sunt illi qui sũt de pasta agmina utatur pane debite cocto et fermẽtato ꝙ si quando cõficitur poneretur aliquid anisorum conueniret et non sit panis pluriũ quam trium aut quattuor dierum nec minoris temporis quã unius diei uinum sit album subtile clarum non dulce aut habens parum dulcedinis mediocris potẽtie ꝙ si eget mistione aque misceatur cum aqua cocta aut aqua clara fontis aut cisterne. Carnes sint caponũ iuuenum gallinarum pullorũ castrati aut uituli lactantis uel capreti. Conueniunt pdices fasiani turdi ficedule et pipiones uolare incipientes. Conceduntur oua sorbilia aut in aq̃ cocta sed non sint dura nec frixa pisces generaliter sunt mali minus tamen nociui sunt lucii titimali aurate capedani uitandum est caseus et lac et omnes cibi qui cum lacte et caseo fiunt. Ex leguminibus concedũtur cicera rubea et brodium ipsorum et brodium faseolorum. Conuenit etiam far colatum et milium et.v.folium. Ex radicibus conueniunt carrote pistachia et radices qui cõiter comedunt̃ et radices baucie et petrosilli et rafanus. Ex fructibus cõueniunt amigdale dulces et amare nuclei cerasorum et persicorũ et cerasa et melones. Et maxime ps illa cui adherent semina De cibo et potu sumat̃ ps tanta ut stomacum non aggrauetur et bene digeratur nec comedat nisi prius bene senserit cibum preassumptum esse digestum nec comedere differat nisi uerus afficerit appetitus nec comedat usq3 ad facietatem sed a mensa surgat cum reliquiis famis. Et in mensa una non comedat diuersas

dapes sed sit contentus uno aut duobus cibis Et ab eo incipiat qui est facilioris digestionis neutrem teneat lubricū et fiat clistere in prece denti cap. scriptum. Recipe sem. pulegii semi nis altee anna. ℥. i. sem. cucumeris semē me lonis et dragagān anna. ℥. sem. pistentur om nia subtilissime et misceatur de illo puluere su mat. ℥. i. sem. cū uino albo subtili. Reci. cas sie pinguis nouiter extracte. ℥. x. dissoluatur cū decoctione liquiritie se. cōmunium maio rum et ysopi et fiat potus quē calido stomaco ieiuno accipiat. et inde ad. iii. aut. iiii. horas comedat de proprietate huius potus est prohi bere generationē lapidis in renibus istorum duorū medicaminū ultimo scriptorū summat modo unum modo alium in omni fine. xii. aut. xv. dierum.

¶ Finis.

¶ Bauerius de Baueriis.

# Et si multe sint

sterilitatis cause ut uideri pōt nono continētis. Et ab aly no no dispositionis regalis et a Gal. in cōmento affor. v. pticule. Quicūq; frigidas et dempsas matrices habēt. et ab Auic. xxi. tertii. Ex eis due sunt que difficultatē impregnatiōis faci unt precipue in Illu. domina mea do. zafira de ordelaffis. quarū prima ē mala ꝯplexio hu mida matricis multiplicās humiditates matri cē reddentes lubricā unde nō retinet sperma uiri in ea susceptū tanto tpe quod compleat generatio. Alia est remissa matricis caliditas siue eius frigiditas generās uentositatē q se men in ea receptū ultra lubricitatē spargit et ipsum expellit antequā embrio generet has causas ex eis que mihi narrata sunt et ex sig nis que ipse uidi comprendi reducere causā male cōplexionis humide et similiter uentosi tatis ad causas primas maioris esset laboris quā utilitatis et ideo preteribo similiter pone re causas difficultatis impregnationis ex pte uiri nō uidetur expedire cum cōstet ipsum es se secundū nec arbitror causam esse ex parte utriusq; spermatis cū dicat Rasis. ix. continē tis ꝙ uir cōceptiuus coniunctus mulieri con ceptiue secundū similitudinē lapsus efficitur non generatiuus et mulier nō concipiēs non uideo si quis lapsus sit in ambobus ꝙ sit secū dum similitudinē. Nec etiā inter ipsos tanta uidetur esse in lapsibꝫ dissimilitudo ut ex hoc sequatur sterilitas. unde Auic. xxi. tertii. Et quandoq; ē causa in spermate ut sit sperma ui ri diuerse impressionis ei que est in spermate mulieris contrariū receptrici etc. Non tamē quelibet cōtrarietas in complexione sperma tis est causa sterilitatis sed solū illa que ē for tis. unde si cōtrarietas remissa esset ita ꝙ unū sperma esset parū calidū aliud uero parū fri gidū unum temparet aliū et ad conceptionē faceret. Sed ubi ambo multū diuersificarent non fieret generatio ut apparet ex Gal. in cō mento illius affor. quecūq; frigidas et dem psas matrices. Consideratis igitur premissis causis cum sint corrigibiles per scientiā me dicine pronosticari debet medicus hanc Illu. do. fieri debere prolificā et fecundā.

# Regimen istius dis

positionis duplex est unū ut remoueant cau se impregnationē prohibentes aliud ad ipsā impregnationē. Hoc duplex regimen tetigit Auic. cap. supra allegato cū dixit Regimē ca pituli diuiditur in duos modos quorū unus ē ad impregnationē in ea et secundū est ad cu rationem causarū prohibentiū impregnatio nem. Primū regimen duas habet generales intentiones. quarū prima est Debitū regimē sex rerū non naturaliū. Aliud est regimē me dicinale. Prima intentio diuidetur in sex ca. secundū numerū sex rerū non naturaliū a q bus incipiam et primo ab aere ostendēdo pri mo qui sit disconueniens ut euitetur. deinde qui sit conueniens ut eligatur. Et ita faciam in reliquis capitulis.

# De aere.

Nocet ois aer humidus et fri. et aer uentosus precipue flante austro. et qui est mali odoris. Et licet medicine auctores de aere expresse lo quantur uolunt tamē p ipsum reliqua elemē ta intelligi. unde cauendū ē ab habitatiōe ter rarū humidarū et a locis uētis expositis pre cipue meridionalibꝫ ab habitationibus ter e nis aut propinquis cloacis aut aquarū cursi bus et a subita corpis multa calefactiōe. Cō uenit aer clarus qetus debite euentatus boni odoris declinans ad aliqualē caliditatē sed ad sicci. magis ꝙ si naturaliter haberi nō possit arte fiat incēdendo in camera aut ignē cū lig nis siccis bonū odorē habētibus ut sunt iu nipus abies pinus laurus etce. aut suffumige tur cū laudano storace sicca thure supponen do alicuius istorū uel oim simul prunis. aut Recipe thuris laudani storacis calamite galie musc. anna. ℈. sem. ligni aloes. ℥. ii. pistētur oia et cū uino maluatico reformenť trocisci quorū quilibet sit ponderis unius. ℥. cum di

midia et ex eis unus prunis accensis suppo nat. Sed q̄r aer nos uario mō nos alterat se cundū uariū occursum ad corpus uariat̃ aūt eius occursus et impressio ad corpus secūdū q̄ corpus pānis calidioribꝰ aut minus calidis ē munitū. Et ideo de eis hic mētio fiet. Variē tur pāni secundū uarias tēporū dispositiones ita tamē ut nullo pacto frigus recipiat pp eo/ rū paucitatē nec estuet eorū multitudine uerū cōuenientius ē ut ex eis sentiat caliditatē ali/ qualē habitet loca a terra remota et precipue camerā que ab omi humiditate et fetore sit re mota. cōuenit tēpore frigido prope ignē stare ut caliditatē moderatā sentiat sed non extuati onem.

## De accidentibus ani me.

Vitare debet tristitiā melanconiā timorē et furorē. Cōuenit letari et gaudere bene spe rare aliquando modicū irasci conuersari cum amicis et dilectis.

## De somno et uigilia.

Fugiendus ē somnus ois nimis longus et su per repletionē factus imediate et qui in die fit cum in nocte dormiuerit sufficiēter et sōnus sup dorsum factus. Sit somnus de nocte et non de die nisi dormiēdi fuerit de die lōga cō suetudo aut quia in nocte ob aliquam causam nō potuerit dormire in quibus casibus conce dit̃ somnus diurnus et minus nocet somnus ante prandiū de die factus quā post prandiū. Sitq3 somnus septē horarū nō minor sex ho ris neq3 lōgior octo. Et fiat primo sup latus dextrū deinde sup sinistrū sit capite debite e/ leuato et corpe pannis cōueniēter tecto et dor mire prius non incipiat quam fluxerint hore due a fine cene et similit̃ a prandio si post prā dium dormire cōtingit ob aliquā causam.

## De motu et quiete.

Abstinere debet ab oī forti exercitio imedia/ te post cibū facto siue sit animi seu corpis ne q3 minus cauere debet a nimia qete. Exercitiū cōuenit ambulādo aut equitando aut super currū siue carreta de mane ante prandium et de sero prandio iā digesto depositis primo su pfluitatibus prie et secūde digestionis sitq3 tā diu donec corpus ad sudorē ueniat aut lapset̃ tunc ab exercitio est desistendū pticulare ex/ ercitiū est capitis pectinatio. legere officiū no stre domine uoce aliqualiter alta ē pectoris ex ercitiū fricationes fieri ad brachia cū pāno ca lido aūt manibꝰ cōuenit magis. cōuenit mem brorū superiorū exercitiū quā inferiorū pro pter materiei diuersionem nihil minus laudo ut ad tibias fiāt fricationes et coxas etiā leues aut mediocres reliquum uero tempus sit quie tus.

## De cibo et potu.

istius ptis secunde.quinq; continet intentiones. Prima est materierum minoratio et corū diuersio. Secunda est doloris ante materie et radicatio sedatio et membris recipientis confortatio iuxta illud Auic.xxii.tertii cap.alle gato et confortetur membrū ut non recipiat et resoluat q̄ inuentum est.s.re leuiter resoluente absq; attractione. Tertia est ipsius materiei digestio et euacuatio. Et ī fine uero aut oportet ut occuperis in eis que resoluūt et extrahunt ex profundo. Et Quarta intentio et non oportet ut approximes ei resoluentia fortia in principio rei ante euacuationē. Quinta est membri mandantis et membri suscipiētis confortatio.

## Prima intentio.

Completur prouocando uomitum. hoc modo comedat cibaria diuersa sicut dictum ē in pticula.v.capi.primi de regimine preseruatiuo.post comestionē ad mediā horam uel duas

tertias hore sumat unum ciatum aque tepide decoctionis rafani aut radicum que comedũtur cum qua administrat̃. ℥.i.se.aceti et.℥.i. olei.unde Aui. Loco allegato administra uomitum et proprie quando dolor ẽ in inferioribus.uomitũ eni est magnũ iuuamentũ ei qui solutio uentris etc. fiant fricationes mane et sero ad spatulas et brachia ponantur uentose circa spatulas cũ igne multo. post dicta sequitur clistere die.s.sequenti illud uidelicet Recipe utriusq; centauree anna.m.i.polipodii cartami anna.℥.i.se.mercurialis bis malue an. m.i.anisorũ.ʒ.ii.furfuris pugillũ unũ buliant omnia in sufficienti quãtitate aque usque ad sufficientẽ decoctionẽ postea coletur et de colatura accipiatur.℥.xiiii.in quibus dissoluatur mellis.ʒ.v.benedicte.℥.i.salis.ʒ.iii. et tepidum imponatur fateretur uomitũ sepe.

## Secunda intentio.

Hoc complet̃ mõ fiat iste syrupus. Reci.camedreos camepitheos gentiane rutte sicce radicũ aristologie anna.℥.i.sem.buliãt omnia in lib.iiii.aque usq; ad consumptionẽ tertie ptis.postea coletur et colature addatur mellis ℥.viii.et iterũ buliat et cũ bulire inceperit incipiat dispumari.et cũ optime dispumatũ fuerit addantur pulueris istorũ rerũ et buliãt tribus aut quattuor ebulitionibus deinde remoueatur ab igne et coletur. Istius syrupi sumãtur sex aut septẽ diebus omni mane in aurora tepidũ.℥.ii.cũ.℥.ii.aque ypericonis et.℥. i.aque bretonice post ipsorũ syruporũ assumptionem sumat istas pill. Reci.pill. de sarcocolla pill.de hemodaclis descriptione Rasis.ix.almansoris an.ʒ.sem.sumant̃ in aurora cũ modis et ordinibus descriptis in cap. secunde ptis prime in intentione prima.

## Tertia intentio.

sic complet̃.Recipe olei masticis olei rosati. an.℥.i.mumie olibani calami aromatici an. ℥.sem.farine ordei.℥.ii.uini rubei succi mẽte anna quantũ sufficit et fiat emplastrũ quod tepidũ loco supponatur. Istud emplastrũ doloris sedatiuũ et ipsius mitigatiuũ conuenit in principio ipsius morbi cũ incipit a dolore uexari. Item eodẽ tpe cõuenit istud aliud qd' est etiã doloris mitigatiuũ. Recipe uitelli ouorũ numero.iii.medulle panis de simula.℥.ii. rob.℥.i.croci.ʒ.sem.lactis quantum sufficit ad incorporandũ et fiat emplastrũ quo utatur ut dictũ est de alio et põt mõ uno mõ alio uti. Post uentris solutionẽ prouocetur urina hoc mõ.Reci.camedreos gentiane an.ʒ.ix.a nestro ro.ʒ.ii.sonẽ rute terantur et cribẽtur dosis ẽ coclear unũ cũ uino albo et subtili Aliud Recipe foliorũ oximi gariofilati siccorũ.ʒ.i.piperis rute an.ʒ.sem.dosis.ʒ ii. cũ uino subtili albo. Altero istorũ uti põt euacuatione facta cũ solutiuo premissis digestiuis.

Post sequitur q' mẽbris confert sicut tiriaca metridatũ et alia de quibus superius in pria pticula facta est mentio si febris non affuerit

¶ Bauerius de Baueriis.

In nomine indiuidue trinitatis patris et filii et spũs sancti Amẽ p Reuerẽdũ in christo patrẽ et dominũ.d. Neriũ dei et apostolice sedis gratia Episcopũ Senensem eius uicariũ prius nobis infrascriptis sub uinculo iuramẽti impositũ et mandatũ est atq; p cedulã intimatũ manu Ser Nicolai Laurentii sue curie episcopalis notarii sub hac uerborũ forma uidelicet in dei nomine et primo de lato iuramento medicis de credulitate hoc est secundũ peritiã artis medicine querit̃ ab his q' diligẽter omniq; industria ac secundũ artẽ medicine et eorũ iudiciũ discretũ uideãt scrutentur tritissime ac caute considerẽt uiri'e mẽbrum ser Andree Frantii de Senis et si in eo aliquod impedimentũ sit maxime suffocantẽ mẽbri erectionẽ quod potentiã coeũdi auferat et maxime ad uirgines deflorãdas in quibus aliqualis maior requirit potẽtia considerent etiã ac sup hmõi taliter laborent q' clara ueritas habeãt ipsorũ consciẽtia grauata fideliter eorũ iudiciũ in escriptis exhibeãt cum sigillis et eorũ subscriptionibus. Insuper p secundam cedulã mandatũ est nobis ad premissorum clariorẽ ueritatem habendã per uicarium dicti domini episcopi ac uerborũ serie ex pte et mandato presentis domini i christo patris domini uicarii Senen.episcopi notificat̃ nobis famosis artium et medicine doctoribus magistro Bartholo ture.magistro Bauerio. magistro Iohãni.magistro Frãcisco medicis electis in cã Ser Andree frantii q' idẽ domi. uicarius hac presenti die uidelicet.xx. Octobris pronũciauit ex officio suo prout infra et sub infrascripto uerborũ tenore uidelicet supradictus do.uicarius ut supra sedẽs etc. Cõsiderãs q' secundũ uerba cõmissionis iam facte dictis medicis aliqua forte dubitatio licet friuola posset oriri ex qua materia questionis posset in longum progari uel forte implicata uel intricata relinqui . idẽ dictus uicarius ex

officio suo ad omnia ut supra tollendū interloquendo pronūciauit et declarauit q̄ illa uerba posita in cōmissiōe dicta et maxime ibi uidelicet considerēt etc. ac sup hmōi taliter laborent q̄ clara ueritas habeat̄ saltē secundū eorū de credulitate deponendū. itē quia nō posset dici haberi clara ueritas in hmōi materia nisi sciatur pronunc et in futurum de impedimēto uel nō impedimēto saltē secundū eorū credulitatē ideo declarauit q̄ predicta uerba ibi q̄ clara ueritas habeatur intelligant̄ et intelligi debeāt tam de impedimēto presēti quā de futuro. Cūq̄ dubiū sit mandatis tanti patris obtemparе ac sanctissime ueritati adherere in hac re tam grandi et admirabili merito sui finis. dicente Galie. iiii. de utilitate pticularum. sublimis enim deus qui sit benedictus masculū et feminā fecit uiuificans uirtutē generatiuā in ipsis ut q̄ in se saluari non poterat saltim in suo simili saluarēt. Et per hoc. n. unūquodq̄ genus perfectū est cum pōt sibi simile generare. Circa quatuor uersabitur omnis nostra intentio principalis. Primo elicientur ex quesitis precedentibus dubia omnē materiam complectētia. Deinde dispositio uirilis mēbri ser andree prefati qualis sit in carta erit et circūscripta. Tertio premittent̄ que ad rei clariorē desitionem attinent. Quarto conclusiones seu decisiones iudiciū nostrum inducentes et ueritatem annectent̄.

Quantum ad primum hec dubia eliciuntur. Vtrum in mēbro uirili ser andree frātri prefati sit aliquod impedimētum maxime circa sufficientē mēbri erectionem q̄ potentiā coeundi auferat cum uirginibus et eas deflorandi et dato q̄ impedimentū aliquod esset in dicto membro circa sufficientem eius erectionē quod potentiā coeundi auferens cū uirginibus et eas deflorandi. utrū tale impedimentū sit in presenti et in futuris arte et beneficio medicorū tollendū ut deniq̄ cum uirginibus coire ualeat et eas deflorare. Tertiū utrū in mēbro prefato aliquod impedimentū sit maxime circa sufficientē mēbri erectionē quod potentiā coeundi auferat etiā cū deuirginatis. et hoc quantum ad intentionē primā. Omni industria solertia et cautelis pluribus quo ad posse perquisitū est a nobis qualis sit dispositio uirilis mēbri ser andree et adiacentiū ptium seu illarū cū quibus colligantiā habet seu a quibus influxum suscipiat cū quisq̄ bene iudicat que cognoscet in his bene eruditus ethicorū prio seruatis itaq̄ modis ad rem ipsam declarandā facientibus omī peccatorū culpa neglecta in ueritate compertum ē a nobis eiusdē uirile membrū hac forma disponi. Quo ad tactū multociens apparet frigidū et multociēs humidū tēpore sue tensionis et maxime quo ad eius extremitatē licet testiculi sint melius dispositi cūq̄ ad erectionē paratur in longū protenditur et latosū efficitur supra mediocrem magnitudinem homini tempato conuenientē et sibi in habitudine totius utplurimū seruans mollicié sine duricie sufficienti insup succedente ad coitū appetitu natura arte uel ingenio quandoq̄ grossum effici ur longū ualde latū et durū notabili duricie solidū attamē ex se pendēs potius q̄ in rectū eleuatū. Verum durities illa et magnitudo de raro contingēs quasi momēto et ictu oculi durat quinimo membrū illico retrahitur remollit et reuanescit duritie una cū magnitudine subito amittens. Circa radicē eiusdem et adherentiā pectini membrū idem magis apparet tenue et lapsum magis imo quasi illapsatum licet protunc tensio et durities sit in residuo uersus mediū et cuspide quasi in pceptibili tēpore durans ut supra. Quo ad ptes cū quibus uirile membrū colligantiā habet facile sensu diiudicatur ex cicatrice apparente circa anum uersus anchā sinistrā id fuisse uerū quod ex relatu eiusdē intelleximus puta iam annis. x. uel circa elapsis ex magno aposteate precedēte ulcus ibidē factus est pfundū ultra semel a medico licet imperito incisum atq̄ malo regimine ab exercitio et equitandi causa renouatū est ulcus quo fuit egrotans mensibus pluribus prius quā integra ptium unitio facta fuerit. Qualis sit eius habitudo naturalis totius et maxime cordis infra uidebit̄. Stomacū habet frigidū et totius cōplexio colerica fuit cū melanconia pricipans. Nūc uero melanconica potius quā colerica exisitit. et hec quantū ad intentionē secundā. Aliqua pmittere decet primū est ut inquit Galie. ii. tegni. quicūq̄ cognitor esse uult sicut dictum est nūc lapsorū corporū et anothomiis eis exercendum est et operationū et utilitatem inuentionibus ideo notandū est illud quod dixit. Auic. xx. tertii cap. primo. uirga ē membrū instrumentale generatum ex membris singularibus ligamentalibus uenosis neruosis et carnosis et adueniunt nerui ex spōdilibꝫ caude licet non plurimum sint submerse in substantia eius. Et nerui ex quibus erigitur apđ Gali. par. de motibus liquidis alii sunt a neruis mollificatiuis ex quibus mollificatur. Et hoc est quia ut Galie. dixit ibidē ex omni par

te sūt duo musculi quorū ex utraq3 pte unus erit ad erigendū et alius ad mollificandū. itē Gal. insuper epidimiarū in inferioribus ptibus pudendi secundū longitudinē per medium extensus est porrus.i. concauitas et huic super iacet neruus concauus.i.uas spermaticum et ex alterutra eius pte duo musculi sup iacent et uelut a manibus aliquibus tractus porrus amplectitur manēte inclinabili ad alteram ptem toto pudendo. Et Auic.i.primi. c.xxv. de anothomia musculorū uirge inquit musculi in duobus uirge lateribꝫ sunt extensi qui cū tendunt foramen dilatant et ipsū amplificant. et penetratio rectificatur et sperma in ipsa cū facilitate discurrit aliud uero par ē quod a femoris osse oritur et cū radice uirge secundū transuersionē continuat et cū rectificatur tenditur et instrumentū secundū rectitudinē eleuatur et cū constringit reducit ipsum ad posteriora sed si uni ipsorū accidit tēsio ad ipsius partis declinabit. et Auerois.ii. colliget cap. de iuuamēto membrorū uoluntarii motus quatuor mouēt musculi uirile membrū. itē Auic. fen.i.c.xxvi. primi libri fictelis musculi sunt quatuor unus est et subdit et musculus qui est positus magis interius quā iste cuius statio ē secundū compationem capitis hominis et extimatur ꝙ sit habens duo extrema cuius extremū cū radice uirge cōtinuat ꝑ certo ānecto ꝓter hoc ꝙ iuuamēta uirge sūt duo. ex aueroy. si. colliget. c. de iuuamētis mēbrorū officialiū primū est ut emittat spma in matricē et ideo dicunt lōgitudo eius est palmi unius sicut est collū matricis. secundum iuuamentū ē ut sit motus supfluitatis aquose etc. Secundo ē premittendū ex texto Gal.i.iiii. de utilitate pticulariū matricis collū factū est rationabiliter neruosum et durū. Et Rasis.i. almāsoris inquit os matricis strictū est et rugosum et in rugis ipsius colli uirginalis uene textunt que quō corrumpit uirgo ab rumpuntur et predicte dilatantur ruge. Et Auic. xxi.tertii.c.i. ante uiolationē puelle uirginis sunt in ore matricis panniculi contexti ex uenis et ligamētis subtilibꝫ ualde quos destruit uiolatio et erit quod in eis est ex sanguine. Tertio premittendū est ꝙ in coitu naturali q est cōmistio uiri cum muliere ex Aui. xx. tertii.c.i. Requiritur membri uirilis debita erectio cum duritie tensione et ꝙ mora conuenienti iuxta sententiā Arist. iiii. probleumatū ꝓbleumate. xxii. quare est ꝙ cecūtes et mingentes erigunt uirgas super. ix. probleumate dicit Petrus de ebano. Neqꝫ enim potest fieri coitus uerus aut copula nisi erectio ueniat quoniam oportet eam fieri a corpore mediāte hoc autem est uirga que quidem medium esse non potest nisi fuerit bene erecta et maxime si receptiuus fuerit artum et maxiē quia confricatione perficitur cuius quidē plures sint cause et maxime tres ad nostrum propositum utiles quarum quedam se tenent ex pte uirge quedam ex pte uirtutis et quedā ex pte uentositatis. Ex pte uirge sunt primo ut ipsa non sit nimis magne quantitatis mediocritatem excedentis istud apparet ex philosopho. iiii. probleumatū probleumate. xxiii. dicentes propter quid erectio uero requirit debita membri figura quoniam figura indebita arguit defectum uirtutis informatiue et eius debilitatē ut apparet ex Galie. ii. tegni ca. de signis capitis magni et ex ali comētatoris sui Tertio requiritur bona complexio. nam mala est causa diminutiōis coitus ut uoluit Aui. xx. tertii cap. de diminutione coitus. Quarto requiritur fortitudo musculorum quorum ē uirgam erigere ut patet p premissum primū. Quinto requiritur debita dispositio membrorum que cōmunicantur ficteri et radice uirge ut supra ꝙ autem uirtus et uentositas concurrant et maxime uirtus membrorū pricipaliū habetur ab Auic. xx. tertii ca. de anothomia uirge et testiculorū. Et scias ꝙ uirge aduenit uirtus erectionis et uentositatis a corde et aduenit ei sensus a cerebro et nucha et aduenit ei sanguis equalis et desideriū ab epate. ꝙ autem uentositas concurrat patet ex Auic. xx. tertii cap. ii. dicente. Erectio quādoqꝫ accidit propter tensionē canne concaue et propter illud quod effunditur ad ipsum de uentositate forti quā defert spūs desiderantis spissus cū quo incedit sāguis plurimus et spūs grossus et infra eodem cap. causa quidem desiderii et motus eius aut est medicatiua aut est propter uentositatē in sanguinē ex quo generat sperma et nutritur instrumentū uirge quare insuflatur et erigitur et fit propter illud quod mouetur ex desiderio propter ꝓparationem membri ad illud quādoqꝫ tensio facit mordicationem. et iterū cum congregatur sperma i mēbris coitus. Et idem ab Auic. xx. tertii ca. de diminutione coitus inqretis. et scias ꝙ causa erectionis est uentositas procedens a spermate aut non a spermate. Item fen. xx. cap. i. dicentis. et principium eius est corpus ortū ex carne pectinis ligamentale plurime concauitatis late quāuis sit generatū in pluribus dispositionibus coptum. et ideo quando ipm implent uentositate fit erectio et idem uoluit galie. de interioribus cap. de signis passionum

uirge dum dixit causa autem inflationis uerc tri q̄ sit uentositas palam est cū statim fit inflatum et inflatio euanescit nullus autē humorum tam cito euanescere potest.

# Nota conclusiones.

Prima cōclusio quā asserimus responsiua ad primū dubium in mēbro uirili prefati ser andree est impedimētū etc. Et maxime circa sufficientem eius erectionē quod potentiam coeundi aufert cū uirginibus et eas deflorādas Probat̄ signis deinde rationibus. Nā inqt Aueroys .iii. colliget cap. ulti. et tu debes scire q̄ pp hanc scientiā non potest fiducialiter sciri rationabiliter de omnibus egritudinibꝫ que sunt pollutiones et que nō quia egritudines certificant̄ p sensum et postea adueniunt testimonia experientie pp plurimos sentire. et post hec fit cognitio causarū. Et primo sic membrū dicti ser andree nūquā taliter erigit̄ uel non tanto tpe rectū manet q̄ possit cū uirginibus coire et eas deflorare cōsequentia tenet ex tertio premisso. et ex Gal. ii. tegni dicē cēte secundū uero effectū opationum quā uirtute nominauimus et infra eorū uero que deficiunt ab hoc sana non sunt assumptū patet sensu uisus et tactus die noctuq̄ et ex tempore pluriū mensium iuxta sentire uniusq̄ cuiusq̄ nostrū in idem iudiciū confidentiū quorum sensuū cognitio medico facilis est et satis approbata ac plena fide dicente Gal. ii. tegni in comēto illius textus omnibus sensus diiudicatis cōsideratio medicinalis nō ptransit uel semp secundum sensum Et auctoritate Auic. in principio pbationis etc. Secūdo ad idē sic in eodē membro ē defectus uentositatis ad erectionē necesse igitur ē impedimentum maxime circa sufficientē mēbri erectionem q̄ potentiā coeundi aufert etc. tenet consequētia ex tertio notato p auctoritate ē constantinus in libello de coitu dicēs sunt aliqui qui uirgā tendūt et nimis coeūtes semē emittere nō ualent. sūt alii qui semē emittūt et nō ualētes uirgā nō tendūt. et alii q̄ nec appetūt nec uirgā tendūt nec semen emittūt et infra cū uero fuerit indigētia uētositatis i corde semen emittit̄ et a nolentibꝫ sed uirga nō tenditur. et hoc ultimū in ser andrea cōtingit ut patet ex premissis quia uirga nō tendit in rectū sufficienter. et hoc patet de se notū. Est enī antecedēs de se cū ut supra membrū subito euanescit stante desiderio ad erectionem eo quia nō succedit ut decet uētositas quod nō puenit nisi ex defectu uētositatis. Itē habet̄ ab Aui. xx. tertii cap. de signis diminutiōis coitus ad litteram dicente facte uero pp puitatē inflationis. Inflationis signa sunt quoniā uides uirtutes membrorū saluas et uides debilitatē in erectione cū uirtute cordis et renū desiderio et aqua. Et quādoq̄ administrant̄ inflatiua et iuuatur ex eis etc. Tertio ad idē sic in corde ē mala cōplexio frigida impediēs sufficientem mēbri erectionē maxime ad uirgines deflorādas. ergo in mēbro predicto ē impedimentū saltē per cōitatem nota ē cōsequentia de se et antecedēs patet cū sit defectus uētositatis necesse ex dictis precedētibus et hoc merito male cōplexionis frigide cordis. Inquit enī Auicēna cap. de diminutione coitus aut est ex parte cordis quia abscinditur materia spūs et uētositatis incedētis et in cap. de cura eiusdē. Et si causa est frigus eorū puta membrorū principaliū quod est utplurimū tunc nō est aliqd etc. hoc quidē recte diiudicat̄ quia pectus ser andree eiusdē est nudū pilis ac tactu frigidū non latū in relatione ad totū sed potius strictum et angustū toracis est filia frigiditatis. et uult Galie. ii. tēgni ē timidus pusillanimis tardi pulsus et p consequens frigidus cordis et p cōsequens cōclusio uera. Quarto i uirga eiusdē sunt omēs cause opposite causis facientibus ad uirge erectionē se tenētes ex pte uirge igitur in eo est impedimentū assumptū sic declaratur in uirga est magnitudo excedens mediocrē quantitatē quod patet ex mēbri descriptione supra. Est etiam in eo mala figura mala cōplexio debilitas musculorū seu mollicies seu relapsatio quedā eorū in radice uirge ac debilitas musculorum cōmuniū ano et radici uirge. Sed iste sunt cause opposite causis faciētibꝫ ad uirge erectionē assumptū p utra q̄ pte patet ex membri circūscriptione et notato. tertio cuius antecedētis probatio etiā sic deducit̄. nā ad tactū apparet frigidū eius mēbrum etc. Ex gal. ii. de complexionibus de calido et frigido regula est sensus tactus. Et q̄ sit debilitas musculorū patet etiā ex predictis sed q̄ debilitas musculorū ani seu earū abscisio sit causa opposita erectioni patet ex Auic. xx. tertii cap. allegato sepius de diminutione coitus dicente. causa autem in uicinantibus ē sicut illud accidit ei cuius emoroydas incidūt a fortiori nocet incisio pfunda ibidem facta tempore ulceris etc. ut supra. Conclusio responsiua ad secundū dubiū quā credimus esse uerā in membro uirili eiusdem ser andree est impedimentū maxie circa sufficientē eius erectionem potentiā auferens coeundi cū uirginibus iō ut tale impedimentū nō ualeat et i

presenti et in futuro auferri beneficio seu ar/te medicorũ ut deniq₃ possit idẽ Ser andreas coire cũ uirginibus et eas deflorare conclusio sic inferunt. Multiplicia remedia ad curam p̃ fati nocumenti attinentia accomodata fũt plu ries et longo temporis spacio. Ex quibus fer re nullũ idẽ Ser andreas suscepit iuuamentũ faciens ad potentiam erectionis sufficientem pro coitu ꝙ quidem impedimentũ maxime ẽ ex frigiditate membrorũ principaliũ ut patet et nulla alia occasio precessit erectionẽ impe/diens a predictis. et certũ est ꝙ idem ser An/dreas est in etate fortitudinis uel saltẽ in pri/ma pte consistentie cũ sit fere annorũ. xxix. Cũ itaq₃ non sit quouismodo ad melius p re media cõuenientia deductus ergo nec adduce tur seu curabitur in futurũ. et p consequẽs cõ clusio uera tenet cõsequentia quia omniũ na/tura est opatrix tertio tegni. et p regulã sum/ptam a maiori ꝙ de facili deduci posset cũ na tura hominis in etate fortitudinis uel in pria pte consistentie multo fortior sit ad recuperã das uirtutes ex frigiditate deperditas p coitu per usũ medicaminũ conuenientiũ ut elicitur ab Auic. xx. tertii cap. de multitudine desicie rũ coitus quã in etatibus succedentibus frigi dioribus seu debilioribꝫ igitur cum ĩpresenti non ualuerit ad melius duci nec in futurũ.

Secundo ad idẽ cause in eo impedientes erec tionẽ sufficientẽ sunt irremouibiles sicut quã titas in magnitudine mala figura puta curua debilitas musculorũ uirge habentiũ ortũ ab osse pectinis et similiter musculorũ cõmuniũ ano et radici uirge ergo cõclusio uera conse/quentia nota et assumptũ declarat pro quali/bet pte eius per Galie. ii. tegni. nam lapsus ĩ figura in huiusmodi mẽbris neruosis ueno/sis ut supra atq₃ in etate consistentie uel in fi ne adolescentie est incorrigibilis ex galie. ii. tegni. in illo passu que nocumentũ habent in figura. Inqt eni si mẽbra eorũ remanẽt mol lia possibile est ut redeãt ad dispositionẽ eorũ naturalem in corpibus que sunt exsiccata et aruerũt et sunt indurata non est possibile ut rectificentur. Et ꝙ quantitas in magnitudine excedẽs sit irremouibilis patet ex galie. iii. te gni ibi quecũq₃ maiora quã oportet quies et alligatio apta nata ẽ minora efficere cũq₃ uiri li mẽbro prefato peccãti p excessum magnitu dinis alligatio requisita ad curã sit impossibi/lis tum ex mẽbri litesentiã tum pp mingẽdi necessitatẽ quia alligatio conueniẽs debet es/se fortis ad copiã sanguinis repellendam. Et sic cura impossibilis erit ad nocumentũ dictũ tollendum. et ꝙ sit ex pte musculorũ uirge et ani irremouibile nocumentũ declaratur cum musculorũ uirge circa radicem sit relapsatio seu mollificatio quedam ptis predicte. Et hoc modo suscipit curã cũ sine beneficio ex reme diis approximans remanserit predicta debili tas musculorũ dicente rasi in diuisionibꝫ cũ mollificatio remanet secundũ dispositionem suam neq₃ minoratur tunc nõ est ei curatio si militer ex pte neruorum seu musculorũ com muniũ cum uirga et ano uacuum est incorri/gibile cum uerisimile sit per premissa incisio talium fuit facta et ptium amotio tẽpore apo/stematis ani magna et notabilis que nõ susci piat curam ex Auic. prima primi cap. de mẽ/bris cum aliqua ps eius abscinditur nihil lo/co eius nascitur. et hec quidem sũt ossa et ner ui. Et Gal. hoc idẽ. iii. tegni cap. illo. soluta q dem continuitatis. Tertio ad idẽ in membro predicto est notabilis defectus uẽtositatis spi ruose et necessarie ad erectionẽ proueniẽs ex mala complexione frigida cordis ut supra q ĩ hac etate sua ferre calidiori seruato sibi debi/to regimine nõ suscipit curam ex ĩdictis ergo minus in etatibus succedẽtibus quarum utra q₃ frigidior est aut saltim non calidior conse/quentia nota et assumptum per predicta supe rius. Conclusio responsiua ad tertiũ dubium talis est. Licet ita credamus ut prima et secun da afferunt conclusiones non putamus tamẽ ꝙ predictũ impedimentũ membri uirilis Ser andree potentiã auferat omnino coeundi cũ deuirginatis ꝙ probatur sic Membrum uiri/le predictum taliter inflatur seu elongatur ut cũ deuirginatis ad actum coitus uenire possit seu cũ eis comisceri cõclusio uera cõsequẽtia nota ex quid nominis coitus ut supra antece/dens probatur quia in deuirginatis pp nõ ha bere panniculũ unitum in ore matricis cum rugas ĩ collo imo uias latiores et amplas dis/ruptas et aptas ad recipiendũ membrũ uirile fere nulla est resistentia qua mediante fortis requirant potentia membri uirilis ad actum coitus exercendum imo ſiue membrũ fuerit rectum seu molle et longum quale utplurimũ est membrum prefatum actum est recipi in a gro de uirginitate potius ex bona dispositio/ne pacientis quã ex agentis uigore seu forti actiua uirtute.

Ego Bartalus. etc.
Ego Bauerius. etc.
Ego Iohannes etc.
Qui se solẽniter subscripserunt et eorũ sigil la apposuerunt.

In nomine dei et gloriosissime uirginis marie Amen. Quia quedam approbatio et affirmatio facta fuit de impotentia erectionis uirilis membri discreti ac prudētis uiri ser andree et cōsequenter de impotentia coeundi a quibusdā per quosdam honorabiles atqꝫ eximios artiū et medicine doctores et quia multa circa predictā impotentiā dicti ser andree dicta sunt per doctores predictos et longe rationibus et auctoritatibus perquesitis ideo cū illa non euidenter intentum concludāt nec uera experientia fundatū fundando nostram intentionē in auctoritatibꝰ et rationibus et in quibusdā predictorum dictis conabimur circa predicta hoc est circa eorum approbationē et affirmationē et dubiorū determinationē que per predictos doctores mota fuerunt ueritatē manifestare et dicere per que quidē ueritatis explicanda et manifestanda. Primo recitabimus quedā dubia a predictis doctoribus mota. Secundo ea adducemus que dixerunt de dispositione mēbri uirilis ꝑdicti ser andree et alia que adduxerūt. In hac ꝑte dicēdo que circa illa que nobis uera et rationabilia esse uidentur. Tertio dicemus de suppositis et premissis acceptis ab eis breuiter tamen. Quarto breuiter recitabimus conclusiones eorū sine probationibus. Quinto premittentur quedam alia dicta eorū accipiendo et ponendo conclusiones q̄ nobis rationabiles et uere uidebūtur. Vltimo recitabimus argumenta et rationes et experimenta et auctoritates ipsorū soluendo illa argumēta et rationes et dando uerū intellectū illarū auctoritatum. Dubia igitur p predictos doctores motos primū utrum in membro uirili ser andree sit aliquod impedimentū maxime circa sufficientem membri erectionē ꝙ potentiā coeundi auferat cum uirginibus et eas deflorandas. Secundū dato quod impedimentū aliquod esset in dicto membro circa sufficientiā eius erectionem et potentiā coeundi auferens cū uirginibus et eas deflorandas. utrum tale impedimentū sit in presenti et in futurū arte et beneficio medicorum tollendū. At deniqꝫ cum uirginibus coire ualeat et eas deflorare. Tertium utrum in membro prefato aliquod impedimentum sit maxime circa sufficientem erectionem membri ꝙ potentiam coeundi auferat etiam cum deuirginatis. Circa primū dicunt ꝙ membrum predictum quo ad tactum multotiens apparet frigidum et multotiēs humidum tempore sue tensionis et maxime ad eius extrema licet testiculi sint melius dispositi. Si enim hoc sufficienter ad membri uirilis impotentiā igitur arguendū nullum acte mēbrum uirile potens esset et maxime quia ut dicitis quo ad eius extrema in tempore sue tensionis frigiditas apparet. nam in extremis frigiditas ceteris paribus magis habundat et illo tēpore minus de calore et spiritu circa mēbrum uirile habundat. Et cum addunt licet testiculi sint melius dispositi et hoc intelligitur si uerba inuicē correspondeant in caliditate et humiditate. et certum est ꝙ in testiculis et uasis spermaticis que inuicem et rationabiliter attestantur sperma et gignitiuus spūs licet in uirtute cordis generentur concurrentes ad actum coitus et uirge erectionem deinde subiungunt cūqꝫ ad erectionem parantur in longum protenditur et latosum efficitur siue latū supra mediocrem magnitudinē homini temperato conuenientem dicatis et non mirum si membra debēt esse sibi inuicem proportionata cum sui corporis magnitudo mediocrem q̄titatem corporis temperati excedat uenio tamen ad illud quod dicunt de frigiditate et humiditate uirilis membri predicti uiri. nam si illa frigiditas sufficiens esset ad coytus impotentiam maxime esset quia uirge erectionē impediret sed consequens falsum ut patebit ex tertia eorū conclusione. nam concedunt cum cum deuirginatis complere posse actum coytus et patet consequentia auctoritate Auic. in xx. tertii de causis deminutionis coitus q̄ auctoritas inferius inducetur. et patet falsitas cōsequenter ex eo ꝙ dicunt insuper succedente ad coitū appetitu natura actu uel ingenio quādoqꝫ grossum efficitur lōgum ualde latum et durum notabili duritie solidū. cum igitur in isto uiro ꝑdicto modo membrū elongetur latificetur etc. Non ex frigiditate deficit neqꝫ ex humiditate superflua cum prohiberet indurationem et etiam ipsi contrariū asserūt ut patebit in uno dicto ipsorum. dicunt quantitat. ꝙ non in totius habitudine est complexionis melenconice cum in preterito fuerit complexionis colerice et cum colerica complexio et melenconica sint sicce ita ꝙ in eis respectu cōplexionis temperate dominatur siccitas non apparet quomodo humiditas illa appareat in predicto membro. Preterea ista permutatio a complexiōe colerica maxime multo recederetur a temperamento cum non omnis colerica complexio permutetur ad melenconicam ut multo propinquam temperamento non fit nisi adueniente prima senectute cum calor sub eodem gradu et equalis in radice conseruetur

per totam consistentiã ut prima primi tracta/tu de complexionibus. Et ꝙ ista permutatio non fiat nisi in prima senectute patet per gal. in.ii.tegni illo cap.deciden. uero calida sed cum iste iuuenis sit et in florida etate certũ est ꝙ si in preterito fuit colerice complexiõis nõ debet esse permuta.de complexione calida et sicca ad complexionem melẽconicam.hec igitur ipsorum dicta non sunt certa nec manifesta nec putamus uera. Addunt postea insup succedente ad coitum appetitu natura quãdo/ꝙ grossum efficitur lõgum ualde latum et durum notabili duritie solidum uerum ut aiunt ex se pendens potius quã in rectum eleuatũ. nam stante tanta duritie non uidetur rationale quidam tamen quandam naturalem incli/nationem habent causa duritiei tamẽ perseuerante et sunt tamen potentissimi ad actum coitus licet rectitudo ceteris paribus melior sit. et addũt uerum durities illa et magnitudo de raro contingere est et momento hoc acto dic/tum ualde est ambiguũ et non uera experientia confirmatũ. Aliter enim se habet homo in presentia ꝓportionati obiecti et aliter in pre/sentia notabilis uiri. Dicunt consequenter et circa radicem eius etc. simili modo dicatur. Nam nisi cum ꝓportionato obiecto sciri non potest mirum tamen est hoc cum dicant apud extrema uirga frigiditatem et humiditatẽ ap/parere. nam ceteris paribus in illa pte uirge maior relassatõ et magis et concisio apparere debet et minor durities in qua est maior frigiditas maiori humiditati coniuncta cum frigi/ditas generationẽ uentositatis prohibeat et debilitatẽ inducat ut patebit inferius et humiditas mollificationem et relaxationẽ faciat. propterea ista ps a testiculis et uasis seminariis et a corde et a ceteris influentibus mẽbris re/motior est igitur etc. Nunc tertio restat uide/re de quibusdam predictorum doctorum pre/missis. primo premittunt uirge descriptionẽ ab Auic. positam quã certe plenissime posuit Auic.iii.cap.fen.xx.cap. de anothomia in/strumentorũ coitus. Primo dum dixit uirga etc. Et eadem dicunt ex sententia Gal.super. vi.epidimiarũ in inferioribus ptibus pudendis secundũ longitudinẽ earum. Deinde dicunt ex alterutra eius pte duo musculi superiacent et uelut a manibus aliquibus etc. manẽte indeclinabili ad alteram ꝑtem toto pudẽdo sed hoc dicunt esse expresse contra illud quod dicunt et afferunt. nam uolunt ut patebit i ꝓ/bationibus conclusionum suarum unam causam debilitatis et impotentie actionis mẽbri uirilis in fer Andrea esse propter abscisionẽ musculorum et debilitatis erigentium uirile membrum. nam si esset illa incisio facta in parte sinistra in ancha uersus anum impotentiã et debilitatem faceret in musculis eleuãtibus et erigentibus in medio uirile membrum te/nentibus ipso ad alteram partem non declinãtem statim sequeretur ꝙ totum ad alteram p/tem declinaret cuius oppositum notat experientia nec ipsum illam impudendam inclinationem ipsius fer andree ad alteram partem asserunt cum sit contra ueritatem. Sciunt enĩ ex Auic. tertia tertii cap. de tortura oris ꝙ stãte mollificatione in altera parte fit contractio ad oppositum. et idem patet auctoritate albu/batis dum dixit et ueretrum mouentes lacerti sunt quattuor horum duo extensi sunt meatui qui ad uirgam initium eorum que utilitas est extendere meatum qui in uirgam emittitur in utroqꝫ latere ut dilatatus rectus sit mittaturqꝫ per ipsam sperma etc. Et duo reliqui quibus est ab osse pectinis ortus continentur pertrãsuerso ducenti uirgam eorumqꝫ utilitas ẽ uir/gam in rectum extendere ac in latus alterum declinare si utrumqꝫ moueatur uirga in rectũ extenditur in nullũ inclinata latus fietqꝫ meatus rectus. Si autem amplius temperato extẽdatur uirga sursum porrigetur quorum altero solo moto. altero uero quiescente in illius latus uirga porrigatur. Adducunt consequẽter auctoritatẽ Auic. prima primi et. xx. tertii in cap. de anothomia musculorum uir/ge etiam auctoritate Aueroys. ii. colliget etc. Item adducunt auctoritatem Auic. prima primi etc. ubi asserunt Auic. ꝙ musculi sicteris sunt quattuor etc. Item accipiunt ex aueroys. ii. colliget cap. de iuuamentis membrorũ officialium etc. duo esse iuuamenta uirge etc.

Secundo premittunt ex textu Galie. i secundo de utilitate particularum matricis col/lum etc. Et inducunt auctoritatem Rasis. ix. almansoris et adducunt auctoritatẽ Auicen. xx. tertii cap. primo etc. Et in isto loco fit mẽtio de panniculo contecto i ore matricis et uenis et ligamentis subtilibus ualde ꝙ destruit uiolatio. Et nota hoc uerbum subtilibus ual/de nam in maiori parte uirginum imperfecta etate parum resistunt illius panniculi fractioni.

Tertio premittunt ꝙ in coitu actuali qui est comistio uiri cum muliere ex Auicen. ui/gesima secunda tertii capitulo primo requiri/tur membri uirilis debita cum duritie tensio et mora etce. Secundo requiritur debita membri figura. Tertio requiritur bona.

complexio. Quarto debita dispositio re quiritur membrorum que cōmunicāt ficteri. Et hoc ego itelligo uersus radicē uirge.f.i an teriori pte ficteris.et cōsequenter requirit ué tositas.etc. Et uirtus membrorū principaliū. et ista debita intellecta.nā cū nō omne corpus sit tempatum nō in omnibus est optima figu ra maxia et potissima principaliū uirtus mul tos eni distempatos uidemus ualde potentes ad coitū et generationem.nā tam in uirtute q̄ in figura et aliis dispositionibꝫ et rebus om nibus ad coitū et erectionem cōcurrentibus est assignare certā latitudinē inter duo extre ma interceptā in cuius latitudinis quolibet in trinseco gradu est dare potentiā ad uirge ere ctionem potentem ad coitū et imaginationem sicut est assignare certā et magnā latitudinē totius sanitatis incipientem ab optime sano et terminatā ad extremū sanitatis ꝑ quolibet in stanti etatis ut colligitur ex Gal.i.tegni et 16 licet nō equaliter pficiatur que cūq; det̄ opera tio in quolibet corpe sicut in corpe temperato non tamen sequitur ꝙ opationes conuenien tes humane speciei nō perficiantur in corpo ribus humanis saniꝗ; nō stante optima com plexione figura.et ut melius dicā optima cō positione etc. Et ideo non omnes in comple xione naturalis lapsus et non omnis lapsus ī compositione et ita in ceteris tollit actum ad quem finaliter ordinatur dictū membrum.

Nunc quarto restat cōclusiones ipsorum po nere. prima conclusio quam afferunt respon siuam ad primum dubium est in membro ui rili prefati ser Andree est impotentia et impe dimentum et maxime circa sufficientem eius erectionem ꝙ potentiam coeundi aufert cum uirginibus et eas deflorandas. Secunda con clusio quam ipsi afferunt esse responsiuā ad secundū dubium est. In membro uirili prefa ti ser Andree est impotentia et impedimentū circa sufficientem eius erectionem potentiam auferens coeundi cū uirginibus adeo ut tale impedimentū nō ualeat et in presenti et in fu turo auferri beneficio aut arte medicorū nec deniꝗ; posset idem ser andrea coire cū uirgi nibus et eas deflorandas. Certe ista cōclusio iudicio meo est nimis uoluntaria et nisi uiri le membrum omnino abscisum et omio uirtu te et ingenii esset priuatum. probari non pos set. Cōclusio responsiua ad tertium dubium est licet ita credamus ut prima et secunda cō clusiones afferunt non putamus tamen ꝙ p̄ dictum impedimentum membri uirilis ser an dree potentiam auferat omnino coeundi cum deuirginatis etc. Et si huic conclusioni adda tur unum ipsorum dictum.f.insuper succedē te ad coitum appetitu etc. uidetur repugnare prime et secunde conclusioni etc. Nunc quin to restat quedam premittere. Primo premitta tur ꝙ in his rebus diiudicandis.f. de potētia uirilis membri ad coitum faciendum cū uir gine et etiam cum deflorare maximā uim ha bet experientia imoꝗ; ad hoc nihil perfecte re cte attingere potest nisi experientia. istud sup positum de se notum est. nam de potentia cu iusqꝫ rei ad actum exercendum maxime expe rientia iudicamus. Nam in omni arte in om ni exercitio in omni difficultate corporis ad exercendos actus experientia credamus. et si causa aliquando conformis est experientia iu uat multum ad iudicium dandum cum tamen experimentum rationem repugnet stare debe mus experimento et non rationi ut Auic.in nuere uidetur quarta primi cap. de flobotho mia dum inquit et ratio quidem oportere ut sciatica saphena si materialis existant iuua menti sed experimentum facit ut operatio sci atice plurimum cōueniat dolori sciatice sicut si hec esset debitum etc. Secundo premittatur ꝙ experientia de effectu et actiōe alicuius po tentie cuius actio similis est fieri debet circa proportionatum et debitum obiectū patet ut actus actiuorum sunt impaciente dispositio se cundo de anima. Tertio premittatur ꝙ obiec tum proportionatum potentie actiue cocundi cum uirgine et deflorandi eam est uirge per fecte etatis bene formata instrumenta genera tionis acta habens et sine aliquo accidētali im pedimento se libere prebens et ad actum con currens.

Quarto accipimus unum dictum predictorū doctorum ꝙ complexio naturalis totius fuit colerica cuius melanconia pricipans nunc ue ro melēconica plus quā colerica et per conse quens cum iste sit in etate iuuētutis ut ipsi cō cedunt accidentalis est facta talis compressio nam omnis permutatio secundum formalem denominationem de una complexione in alte ram non indebito tempore factam est acciden talis et cum a principio non rationabiliter fu erit confirmata nec sic remoueri poterat si fu isset et posset si esset a perito medico sed non ē talis complexio in eo permutata. nam omni bus attentis et maxime si quis siue a substan tialiter et coherētibus siue effectibus siue a ca sibus non apparet ꝙ ipsius complexio sit me lenconica. preterea huius eorum dictum non est intelligibile cum dicunt quod comple xio que non est in eo est melenconica prius colerica. Nam si est melenconica magis

colerica cum omnis compatio presupponat. utrūq; extremū sequitur q͂ est melenconica et colerica et per consequens q͂ ē calida et frigida q͂ est impossibile. Quinto premittamus unū aliud et cū eorū causa additione quam faciemus et insup succedente ad coitum appetitu natura arte uel ingenio quādoq; grossum efficitur longū ualde latū et durū notabili duritie solidū.et tunc ex hoc obiicimus q͂ cum membrū mediocre ut est in corpore tempato ad mediocres dimensiones augeri cū uehemētia duritie nō possit nisi musculi et membrum uirile erigentes sint potētes et nisi sit multus uaporosus spūs et uentositas sequitur q͂ ī eo sunt musculi potentes ordinati ad uirilis mēbri in eo erectionē et q͂ in eo est sufficiens et habundās uentositatū q͂ probatur sic. Nam ad certā extensionem sine omnē diametrū faciendam etiā in minori et in mediocri corpore aliquanta potentia motiua et fortitudo musculorum membrū uirile erigentiū requirit et ad aliqualem dimensionem agendū etc. et ad maiorem maior et per consequens ad ualde magnā et notabilem et in membro mediocri ualde magna et notabilis motiua uirtus musculorū et uentositas multa et multū notabilem requirit. cōsequentia nota ē et totum antecedens est manifestū.nam cū effectus sue cause proportionetur. Loquendo de adequato effectu et adequata causa sicut effectus ad effectum ita causa ad causam cū igitur ut aiūt ī isto ser andrea sit membrū maius sine oēm dimentionē mediocri et tempato membro ad maius membrū eleuandū et elongandū et latificandū per uirtutem musculorū et cū uentositate maior potentia musculorū requiritur et maior uis uentositatis igitur ex illo concedo sequit q͂ in ser andrea predicto est potens imo potētissima uirtus et potētia musculorū uirgā erigētiū et maxime uis uētositatis imo et eius multitudo spūs et multitudo ad uirilis membri erectionē. Sexto premittatur q͂ non omnis frigidus cordis respectu tempati ē p̄hibens spūs et uentositatis generationē requisitam ad uirilis membri debitā et rationabilē erectionē patet.nā dato opposito sequitur q͂ ī nullo naturaliter melenconico et flegmatico fieret erectio debita et rationabilis suffitiens ad complendū coitum cum uirginibus etc. patet ꝯsequētia ꝯsequēs autē est falsum ut notat experientia et eius falsitas confirmari potest per plura dicta Galie.in secundo tegni. Septimo premittatur q͂ licet incisio accidens in musculis cōmunibus ano et radici uirge et per cōsequens musculis anterioribus in parte anteriori ani debilitatis et impotentiā erectionis uirge facere possit tamen non omnis incisio uersus caude et a latere uersus anchā talem debilitatē inducere potest uel inducit patet quia iste p̄tes remotiores non principales non multum sed parū cōicant radici uirge et musculis uirgam erigentibus cū ab anteriori p̄te ortum habeant. Et ista patet ex auctoritate aliabbatis circa illā p̄ticulam supius allegatam uerετrum mouētes lacerti dum dixit et duo reliqui quibus est ab osse pectinis continuantur per transuersum directi uirge etc.et idem Auic.prima primi ca.de anethomia uirge dum dixit et aliud par est q͂ a femoris esse oritur et ad radicem uirge transuerse contineatur et equatur et cum rectificatur tenditur econtra constringitur reducunt ad posteriora et q͂ si uiri eorum accidit tensio ad ipsius partem declinabit.

## His igitur premissis

uenio ad cōclusiones. Prima conclusio sit ista experiētia facta per prefatos doctores nō fuit bene nec rationabiliter facta ista cōclusio probatur per secundū premissum et tertium. cum experientia cui credere debemus de impotentia et impedimento aliquo membri debet fieri circa obiectū correspondēs ad actum exercendū per illud membrū ut patet per dictum premissum.nā si oculus nō uidet indiuisibilia et si nō audit sonū et si per se nō sentit odorem ex his nō rationabiliter dicimus obiectum non uidere illa igitur experientia fieri debebat cū uirgine bene formata et maxie circa instrumēta generatiōis ī etate pfecta libere se obiiciēte et nō impediēte actū coitus sua impatiētia et resistētia etc. Oia ista patent p illud p̄missum. Secūda cōclu.q͂ si in p̄senna p̄dictorū doctorū mēbrū uirile ser andree elōgatū latificatū ultra mediocrē quātitatē durū et notabili duritie solidū illa durities nō pseuerauerit hoc nō fuit nisi ex rationabili uerecūdia honesti et discreti uiri ista cōclusio quātū ad principalē ptem ponit a predictis doct. quantū uero ad aliā ptem probatur sic. Nā ut uoluit Auic.xx.tertii cap. de diminutiōis coytus uerecundia est una causa de dimissionis coitus et de causis effectis et diminutionis erectionis. Et per consequens rationabilis uerecundia que eueniret in quolibet honesto uiro in presentia honorabilium doctorum est causa diminutionis erectionis et remotionis eius igitur et cetera. Preterea ex rationali uerecundia etiam quoddam timore in

presentia honorabilium doctorū fit retractio spūs uersus cor licet ex uerecūdia ad faciē cō filuat et sic priuatur uirile membrū spūs et iō efficitur ꝑtunc impotēs et ineptū ad coitum et erectionē indiuertionē. Dicit eni Auic. et ex eis que debilitāt coitū et uirtutē eius sunt res medicatiue sicut horribilitas coeundi aut uerecundia eius aut antecessio intellectus ad cor etc. Tertia cōclusio rationabile ē ꝙ membrū uirile fer andree sit potens ad coeundū cum uirginibus et deflorandū eas pfecte etatis bene et laudabiliter dispositas circa membra generationis ipsius ex pte sua debite cōcurrentibus ad actū coitus et nō cōtrariantibus. Ista cōclusio sequitur ex hoc premisso quod fundatur in uno dicto ipsorū ex secūda conclusione quā posui et tertia cōclusione predictorū doctorū. nā ex illo dicto sequitur ꝙ succedente ad coitū appetitu etc. quandoq; grossum efficitur lōgitudinis ualde latū notabili duritie solidū. Et nota ista ꝙ raro inuenta in homie semp enim potētissimo ad coitū et maxime in presentia honorabiliū doctorū quid eni si ꝓportionatū obiectū habuisset. s. puellam formosam aptā etate perfectā et ut ex secūda cōclusione accipitur si membrū uirile et tūc taliter dispositū non pseuerauerit in duritie et elongatione et latitudine non nisi pp reuerentiam quā circa predictos doctores habebat et cōsequenter uerecundiā et quendā amorē. et ꝑ consequens si cū illa dispositione soliditatis et duritie fuisset cū uirgine acta actū coitū cōpleuisset et cōplere potuisset preterea ex predictorū doctorū. iii. cōclusione dicitur ipsū fer andreā ad exercendū actum coitus cū deuirginatis et hoc statim sequitur ꝙ debita et sufficiens erectio uirilis mēbri et pseuerans ad cōplendū coitū cū deuirginatis ē in fer andrea et iō illa erectio consoliditate sufficiēte ad coitum nō est momētanea et sic fit rationabiliter et suffitiens ad deuirginationē saltim si nō in una uice in pluribus uicibus maxie cū deueniret cū uirgine sibi complacēte ad soliditatē notabilē et duritiē rationabiliter pseuerantē ut patet ex predictis etc. Ex his tribus cōclusionibꝰ nūc positis Corolarie sequit̄ pria et secūda cōclu. predictorū doctorū nullā euidentiā nec certitudinē habēt nec euidēter sunt q buscūq; eorū fundamētis datis. Secūdo corolario sequitur ꝙ eorū iudiciū nullum est nec certum nec euidens. Nunc sexto et ultimo restat adducere conclusionū predictarū probationes quibus nitūtur eas probare ut soluant eas licet satis ex predictis colligi possit illarū solutio primam conclusionem sic probare conantur. primo arguunt ex signis. secūdo ex rationibus tamen incipiūt ab auctoritate auerroys. iii. colliget cap. ultimo que est talis et tu debes scire ꝙ per hanc scientiā non potest fiducialiter sciri de omnibus egritudinibus q̄ sunt possibiles etc. ubi uult ꝙ debeamus fundare nos super expientia et certe ita est ut ego premisi dūmodo illa expientia facta sit debite et de uera expientia diffuse loquitur Galie. in lib. suffigurationis artis empite dū dixit. Nominamus quidē autē experientiā ꝑ se inspectamina notitiā ubi loquit̄ de tiriaca et benedicta experientia que certa haberi nō potest nisi circa ꝓportionatū. Ista dicta Aueroy et Gal. cōfirmant primū et secūdū premissum qd̄ feci et cōclusiones quas feci et corrolariū cū nō fundauerint ipsorum cōclusiones in uerā et rectā experientiā. primo tamen arguit̄ sic membrū dicti fer andree nūquā taliter erigit̄ uel tanto tēpore rectū manet ꝙ possit cū uirginibus coire et eas deflorare igitur in eo est impedimentū maxime circa sufficientē eius. etc. Negatur assumptū nā nisi facta fit experientia cum uirginibus mō dicto solus deus hoc scire posset nisi māifeste apparet abscisio membri et mollificatio omnino prohibens eius erectionē uel omnimoda priuatio mēbrorum generationis maxime cū predicti doctores concedāt ipsum fer andreā posse complere actū coytus cū deuirginatis et illud mēbrū aliquādo ē solidū et durū notabili duritie. assumptum patere dicūt sēsu uisu tactu die noctuq; ex tpe plurimū mensiū dicit̄ ēt ꝙ ista nō probāt assumptū cū ista nō fit recta expientia defficiebat eni ꝓportionatū passiuū et obiectū etiā ut sciūt tam uisibiliū quā tangibiliū quedā sunt lōgo tēpore pmanentia in suo ēe et dispositione sensibili nec ea ab illa dispositione imaginatio nec uerecūdia nec timor pmutare potest sicut sunt corpora solida alba et magna et taliter uel taliter figurata. Quedam uero sunt que de certo tempore certam figuram et quantitatem seruant et qualitatem cum determinatis circumstantiis que rationabiliter mobilia sunt in illis etiam naturaliter etiam ī homine maxime ex uerecundia et timore et aliis pluribus in primis sensus uisus et tactus cum debitis circūstantiis et certus et uerus. Nam ex uerecundia et timore ut in prima et secunda conclusione patet membrum uirile q̄tū erectū et durū factū in presentia doctorum autenticorū conciderer et mollificaretur et iō nec ꝑ sensū tactus nec ꝑ uisū de soliditate et rectitudine et duritie uirilis mēbri fer andree per predictos doctores recte iudicari potuit.

etiam qualiter rectú illud assumptú assumere potuerút cum dixerút núquá taliter etc. Cú predicti doctores nó sp sibi presente fuerút et cum in presentia ipsorú in iudicio positus eét mirú erat ꝙ aliqualiter erigeretur et cósolidaretur et maxime nó presente ꝓportionate obiecto etc. Secúdo arguunt conclusioné sic in eodé membro est defectus uentositatis ad erectioné necesse et etiá negatur assumptú ut patet per quintum premissum antecedens probant per constantinú etce. in libello de coytu dico ꝙ licet constantinus posuerit quandam auctoritaté de diuersitate hominú in actu coitus illa tamen auctoritas non est contra Ser andreá igitur dicunt et hoc multú in ser Andrea contingit hoc negatur quia in ipso tantú membrú traditur ut admirabilé atqꝫ notabilé duritiem et soliditatem perueniat etiam in presentia predictorú doctorum quid enim esset í presentia pulcre iuuenile ipsum diligentis et placide se gerentis certe experientia sup qua fundantur eorum dicta non fuit rationaliter et recte facta quia super ea non est incendium ut patet per primam conclusioné quam posui et ita dico ad auctoritaté Auic. per predictos inductam.xx.tertii cap. de signis diminutionis coitus licet illa auctoritas in se uera sit illud tamen non uerificatur in ser Andrea ita ꝙ rationabili ex persona appareat imo cótrarium. Tertio arguunt sic in corde ser andree est mala complexio frigida impediens sufficientem etc. Istud antecedens negatur quia predictus ser andrea est corpus sanum mala aút complexio é dispositio preter naturam nisi dicere uellemus omnem complexioné naturalé lapsam a tota latitudine temperamenti esse malam complexioné tunc enim raro bona complexio inueniretur et cú probant antecedens dicentes cú sit defectus uentositatis etc. hoc etiá negatur ut patet ex quinto premisso etiá ut patet per Auic.xx.tertii cap. de causis diminutionis coitus quádo est a frigiditate non fit erectio et si esset frigiditas certe nó generaretur uétositas solidans et indurás. Nam dicit Auic.ca.preallegato frigus et calor simul sunt cótraria uétositati ná frigus prohibet eius generationé et calor etiá resoluit eius materiam et certú est ꝙ nó loquit Auic.de qualicúqꝫ frigiditate et quocúqꝫ calore sed de frigiditate et calore excessiue qualis nó apparet in predicto ser Andrea ut potest ex precedétibꝫ colligi et hoc patet ꝑ ea que dixi in quinto ꝑmisso et illa signa que adducút de nuditate pillorú pectoris de frigiditate ad tactum et ꝙ dicunt ꝙ nó é pectus latú in cóparatione ad totú corpus et angustia toracis é filia frigiditatis testante Gal.etc. et tumidus et pusillanimus et pulsus tardus et percon sequens frigidus cordis quando omnia ista uera essent nó probarent nisi ꝙ cor ser andree est frigide cóplexionis naturalis. nam illa signa ut patet ꝑ Gal.ii.tegni. Inde de discrasiis cordis sunt de discrasia frigida naturalis sed nó quelibet talis frigiditas naturalis respectu temperati cóplexionis tollit generationé uentositatis sufficientis ad debitá erectioné et ad coytum cum uirginibus et deuirginatis. nam et ualde melanconicos naturaliter et ualde flegmaticos sepe uidemus ad coytum et ad deuirginandum et ad deflorandú uirgines ut notat experientia etiam illa signa in eo non uerificantur nec iudicio meo apparet cú habeat toracem ꝓportionatum toti corpori et non omnino é pectus nudum pilis nec ista frigiditas ad tactum apparet in eo circa regionem cordis pulsus í eo est magnus et omnibus attentis dicere debemus complexioné cordis in eo esse calidam licet parum recedente a tota latitudine temperati.etc. Quarto arguunt sic in uirga eiusdem sunt omnes cause opposite causis facientibus ad erectionem uirge se tenentibus ex pte uirge igitur etc. hoc assumptum in ueritate cum dictis predictorum doctorum contradictioné implicat. Nam si ita esset nulla fieret penitus membri uirilis erectio in eo nec etiam potens esset ad coitum cum deuirginatis quorum oppositum ipsi doctores dicunt in illa ꝑte in qua loquitur de dispositione membri uirilis ser andree. Et in.iii.conclu.ipsorum assumptú tamen sic declarare nitútur in uirga ser andree est magnitudo extédens mediocré dicitur corpori maiori mediocri membrú uirile maius mediocri proportionatur. corpus auté ser andree é multo maius mediocri corpore et ꝙ etiá homies uidemus paruos et scimus membrú habétes uirile magnum qui tamen potentissimi sunt ad erectioné et ad actú coitus et cú deuirginatis et uirginibus licet igitur magnitudo mébri multú excedés magnitudiné totius corpis opatur et faciat ad impedimentú et diminutioné coitus et erectióis etc.tamé illa quátitas uirilis mébri sit totius corpis qńtitati ꝓportionata uel et si sit in corpe mediocri nó multú recedés a mediocritate nó impedit debitam erectioné nec coitum. Et cú dicunt et in eo est mala figura et mala complexio debilitas musculorum seu mollicies aut relapsatio quedam dicitur ꝙ ista non sunt uera nec certa experientia probata sunt. etiá nó omis lapsus in figura et in cóplexione si sit



naturalis facit ad impotentiam et notabile im
pedimentum ut patet ex precedētibus et nul-
la mollicies nec relapsatio apparet i radice di-
cti Ser Andree propter aliquā experientiam
debite factam et cum dicunt ac debilitas mus-
culorum cōmunium ano et radici uirge. nam
dico ꝙ ista debilitas nec apparet in eo nec ali
qua ratione et uera experientia est probata. et
cum dicunt assumptū pro utraqꝫ pte patet ex
membri circūscriptione et ex notato tertio di
citur ꝙ ista circūscriptio nihil probat. et cum
dicunt ex notato tertio patet qualiter respon-
dendum sit ad hoc ex his que dixi circa tertiū
premissum eorum et cum nituntur iterum an
tecedens probare cum dicunt. nam ad tactum
apparet frigidum eius membrū ut supra dici
tur ꝙ contrarium esse debet cum testiculi cali
di sunt manifesti et multi pili et grossi in pec
tine apparent. et non omnis frigiditas tollit
potentiam erectionis et coytus imo nec frigi-
ditas totius corporis ut potest colligi ex prece
dentibus ut sit multum excessiua. sed tamen
puto instrumenta generationis esse calida et
non frigida et cum dicunt ꝙ sit debilitas mu
sculorum patet ex predictis dicitur ꝙ hoc nō
potest nec probatum est imo experientia uide
tur ad oppositum ut cum ad tantā duriciem et
soliditatem notabiliter in uirtute musculorū
et aliorum concurrentiū ad uirilis mēbri ere-
ctionem ad membrū eius perueniat ut patet
ex precedentibus et etiam ex quinto premisso
apparet in dictis musculis potentiam et uirtu
tem ad erectionem magnam esse et omnia di-
cunt siue ꝙ debilitas musculorū ani sit cau-
sa opposita sit erectioni patet ex Auic. xx. ter
tii capitulo allegato sepius de diminutiōe coi-
tus etc. Hinc dicitur et respondetur per senti
mum pmissum ubi dicitur quodlibet incisio
accidens in musculis ani facere possit ad de-
bilitatē erectionis uirge tamen non omis in
cisio prope anum facta. s. uersus caudale et a
latere uersus ancham talem debilitatē inducit
patet quia iste ptes remotiores radici uirge et
musculis uirgam erigentibus et cū dicūt cau
sa autem in uicinantibus est sicut illud quod
accidit ei cui emoroides incidunt dico ꝙ hoc
maxime intelligendū est de incisione emoroi
darum que sunt et que incisio fit in pte ani q̄
est anterior uersus radicem uirge. Sed ista in
cisio in Ser. Andrea facta fuit in latere sini-
stro in ancha uersus anum et non in pte ante
riori et ꝙ hoc sit uerum patet ex Aui. xx. ter
tii cap. de diminutione coitus dum dixit no-
cet enim illud neruis cōmunibus inter anum
et lacertos eius et inter uirgam. et per conse-
quens a pte anteriori ani uersus uirgā. Et per
hoc patet responsio ad illud ꝙ dicunt a forcio
ri nocet incisio profunda ibidem facta. prete
rea ut ex precedentibus habetur si incisio illa
facta in illa pte sinistra ante uersus anum no
tabile factum fuisset impotentiā in musculis
uirgā erigentibus et in medio tenentibus tūc
membrū illud cum erigetur ad alteram ptem
declinaret. preterea nec erigi posset nec nota-
bili duricie solidum fieri nec cum de uirgina
tis coitum habere posset quorum opposita ut
patet ex precedentibus ipsum dicunt et patet.
Preterea dicitur ꝙ cum emoroidas incidunt
paroxire permittunt cū quo et spiritus ad suf
ficientem et debitam uirge erectionē et coitū
sufficientem per ea que p me determinata fue
runt cōiter practicantes ut rationale ē multū
sanguinem exire permittunt cū quo et spūs
multus euacuat et exit. Et ideo aliquādo mul
tum debilitantur membra circūstantia et par-
tes que sunt in radice uirge et cum hoc faciūt
cauterium cum ferro ignito cuius uirtus ali-
quando potenter transit ad membra circūstā
tia debilitando ea et non semper ex emoroy-
darum incisione fit notabile nocumentum in
musculis siue quibuscūqꝫ aliis ad uirge erec-
tionem concurrentibus ita ꝙ debitam et suffi
cientem ad membri erectionē impediat ut ex
perientia patet. Nam in multis fuerunt inci-
se qui uxores et puellas habuerunt ex quibꝫ
filios generauerunt quare aliquando accidit
tale nocumentum et aliquando non. Ad pba
tionem scđe cōclu. dicunt ꝙ multiplicia reme
dia ad curam prefati nocumenti accomodata
sunt etc. Probatur primo ꝙ remedia non req
rebat cum sanus esset et potens ut ex predic-
tis patet. Preterea si in eo erat mala cōplexio
frigida cordis que dicti impedimenti cā erat.
debebant illam malam complexionē ordinate
curare et cum syrupis et cum iuleb proportio
natis. et si erat materialis cum solutiuis cōue-
nientibus pluries exhibitis et cum electuariis
calidis et epitimatibus et aliis que ad dictam
malam complexionem frigidam conueniebāt
ista tamen facta non fuerunt. preterea ut dixe
runt complexio illius in precedente fuit cole
rica nunc uero est melenconica et per conse-
quens cum illa esset accidentalis et accidenta
liter facta ut patet ex quarto premisso debuit
illa curari si illa fuisset et debuisset ad natura
lem complexionē reduci quod factum nō fuit
et ideo ex dictis eorum sequitur ꝙ non debite
abita fuit diligentia circa curam eius. Et cū
addunt ex quibus fere nullum idem Ser An
drea suscepit iuuamentum faciens ad poten-

tiam erectionis sufficientem pro coitu etc. nō mirum quia primo ipse ualde sufficiens erat et cum hoc ut patet ex nunc dictis si ex predictis causis predictū impedimentū fuisset non fuit debita cura adhibita causa dicant illud impedimentū esse maxime ex frigiditate mēbrorum principaliū que frigiditas debebat curari. Si ita fuisset et cū dicant nulla alia occasio precessit erectionē impediens a predictis hoc est expresse falsum pro tempore illo cū primo ab eo uxor recessisset etiā rationaliter et magna indignatio interuenerit inter ipsum ser andreā ex una pte et uxorem suā et socerū ex altera ortaqꝫ fuit lis inter eos ꝙ nō sine maxia molestia et tristitia atqꝫ melēconia esse potuit preterea ꝙ in doctorū artium et medicine iudicio positum fuit non sine maxima cogitatione et cū molestia esse potuit. sed certū est ꝙ omnia predicta non parū sed plurimū diuertunt et alienant ab erectione uirilis membri. his tamen non obstantibus ut ex predictis patere potest dicto tempore erectionē et coytum sufficiens fuit ꝙ ualde mirū est et i paucis cōtingens cum autē addunt et certum ē ꝙ idem ser andrea est in etate fortitudinis uel saltem in prima pte consistentie cū sit fere annorum xxx. uel. xxviii. etce. dicitur ꝙ si et in aliquo existente in etate prime consistentie et fortitudinis accidat aliqua dispositio uel impedimentum potest in illa etate tolli antequā confirmetur. cū igitur rationabiliter in eo si aliqua fuisset uel esset cordis frigiditas nō esset nisi accidentalis nec rationabiliter confirmatur cū adhuc ipse sit calide cōplexionis in tota habitudine et cor eius et epar sint calida manifeste primo patet de corde quia pulsus eius est magnus et fortis cū uelocitate ut ad tactum percepi de caliditate etiā epatis ē manifestū ex latitudine uenarū et pillositate circa ypocūdria et sumē et pectinē. et ad tactū apparet ibi manifesta caliditas et maxime cum ipsi cōcedant complexionē ipsius fuisse totius habitudinē. non autē eueniat illa colericitas ex caliditate cordis rationaliter euenire debet ex caliditate epatis. Et licet plura signa adduci possint ꝑ his nunc sum contētus. De caliditate autem testiculorum non ē dubiū ꝙ calidi sunt et ipi etiam concedere uidētur dum loquūtur de dispositione ipsius ser andree ut patet ex precedētibus. De caliditate autē cerebri credo non dubitēt et etiam fortitudinē eius si considerāt signa significantia super caliditatē. Nam caliditas apparet manifeste ad tactum figura laudabilis capilli nigri et grossi et multi et orta rationabiliter se habēt collum grossum et forte etc. Cum igitur addunt cum utriqꝫ non sit quouismodo ad melius per remedia deductus ergo nec adducetur nec curabitur et in futurū patet ex predictis. nam ut patet nullis remedijs indiget nec indigebat nisi habere uxorē suam que ipsum immēse diligeret et cum eo libenter et placide staret et uiueret. Si tamē cōcederetur eis ꝙ aliquod impedimētum haberet accidētaliter ꝙ tamē non conceditur ꝙ impedimētum sine eos ēēt cordis frigiditas maxime et complexio totius melenconica accidētaliter inducta illa non curata fuit et si illā curare attētassent certe maximū fuisset nocumētum inductum quia supfluam induxissent caliditatē cum eius complexio tunc fuerit et etiam nunc sit calida et sic patet qualiter ad antecedēs et consequēs sit respondēdum nam dato ꝙ per remedia non facta, sine necessarium et exigētiam lapsus si aliquis fuerit non consequēter fuisset iuuamētum non tamen sequitur ꝙ si in futurum debita adhibentur remedia non liberaretur ad bonam et laudabilem dispositionē deduceretur. Et ideo consequentiam ualere quia omnium natura ē operatrix tertia tegni et per respōsiuam sumptam a maiori ꝙ de facili deduci posset cum natura bois in etate fortitudinis etc. dicitur breuiter quod nullum impedimētum et nec defectus erat in eo nec est et si aliquis fuisset oportebat debite naturam iuuare ut patet ex precedētibus.

Secundo cum arguunt eandē secundam conclusionē cause in eo impediētes erectionē suf ficiēter sunt irremouibiles breuiter dicitur ꝙ iste cause impediētes non erant nec sunt in eo ut patet ex precedētibus. nam ē et fuit potens ad actum coitus ut etiam ipsi asseruerunt et ad erectionē ut deductum ē in precedētibus ꝑ plura et ideo illa dicta que adducunt ex Gal. tertio tegni non probant propositum et ita dico de aliis auctoritatibus quas ipsi adduxerūt non probant propositum cum illa impedimēta non sunt in dicto ser andrea ut ex predictis Tertio ad idē sic arguunt in mēbro predicto ē notabilis defectus uētositatis spirituose et necessarie illud nature et ē falsum ut patet ex quinto notato et tertia conclusione et in multis aliis dictis preteritis. Et cum dicant illam uenire ex mala complexiōe frigida cordis patet etiam ex his que dicta sunt circa probationē prime conclusionis et multis aliis locis nō igitur probant aliquo modo secundam cōclusionem. Circa probationē tertie conclusiōis non ē multum insistendum cum illa conclusio non sit contra ser andreā licet quedam ponant que non omnino euidētia sunt nec certa

maxime cum quis ualde potens est ad actum coitus ut est ser andrea quod pluribus testibꝫ dicit se esse probaturum et probare nec uirile membrum molle et lapsum habens perseue/ranter actum est cū deuirginatis exercere ac/tum coitus imo et necesse est ad complendum actum coitus cum deuirginatis habere mem/brum uirile debite rectum et debite durum. etc. Amen.

¶ Bauerius de Baueriis.

¶ Finis.

# Ex tuis factus

sum certior de dispositiōe. M. d. p. et quid scriptum ē ex lac/tis exhibitione. Et quibus in terminis res sua modo sic constituta petis etiam a me tibi ut si gnificem quid mihi agēdum uideatur ego mi gregori licet non dubitem ꝙ tu presens om/nia melius noscis quā ego. absens tamen ut uotis tuis satisfaciam et opinioni. M. do. p. et pariter effictioni mere ad eundem paucis ab/soluam que mihi uidentur Gal. x. terapenti/ce cap. xiii. inquit. Similes enim he dispositi ones existentes similibus indigent sanationi bus. Cum igitur febris putrida sit cum debi litate stomaci ut erat quando presens eram et si non adeo uehemens ei cum tāto dolore sto maci uidetur ꝙ similes indicationes in eius. cura nunc habende sint sicut tunc ut. s. facis procedas digerendo paulatimꝗ euacuando hoc est a canone ab omnibus illustribus doc/toribus nostris celebratus idemꝗ obseruata debilitate stomaci cum rebus ab intra admini stratis et ab extra approximatis succurrendū est. Sed quoniā macrefactionis nobis aliquā suspectionē affert eidem sentio succurrendū cum rebus restaurantibus et complexionem rectificantibus prohibentibusꝗ siccitatem et humidum sustantificum restaurantibus. At cum philosophus. vi. ethicorum dicat nec pru dentia uniuersalium solum natura. et subdit si enim sciant quoniam leues bene digestibi/les carnes et sane quales autem leues ignorāt non faciet sanitatem sed sciensꝗ uolatiliū le/ues et sanare faciet magis. hoc ideo dixi ne sub quadam uniuersalitate loquens particula ria magis opportuna. unde dico ꝙ nōn ē de/sistendum a digestiuo ꝙ sit confortatiuū sto/maci et materie flegmatice incisiuum et subti liatiuum cuiusmodi est iste syrupus. Recipe mellis rosati colati syrupi de absinthio anna. ℥. sem. syrupi de radicibus parum acetosat. ʒ. vi. aque lupullorum aque feniculorum aq̄ mellisse anna. ℥. i. misce et aromatiza cū mo dico cinamomo. Post supradicti syrupi exhi/bitionem cum uiderem iā materia factam esse uel intensa magis digestionē exhiberem in frascriptas pill. uidelicet. Recipe aloes. ʒ. ii. dissoluantur cum succo endiuie et ponat ad solem in uase uitreato et cum inspissatus fue rit addantur turbit electi. ʒ. i. zeduarie. ℈. i. a/meos carui āna. ℈. sem. et fiat magdalion de quo formentur pill. vii. pro qualibet. ʒ. de his pill. leuibus et sine custodia dari possūt a. iii. usꝗ ad. v. ante cibum p horas quinꝗ uel da/ri possunt due aut tres imediate ante syru. ex/hibitionem confectione infrascripta uirtutū naturalium confortatiua et proprie epatis et humidi substantifici membrorū omnium re/stauratiua sum sepe usus cuius hec est descrip tio. Recipe pulparū alarum pectoris caponis iuuenis et carnosi. ℥. iiii. amigdolarum dulci um excorticatarū. ʒ. vi. pinearum mundata/rum et inde in aqua feruenti infusarum et in de expressarum postea exsiccatarū in umbra ʒ. vi. fisticorum. ℥. sem. auellanarum munda tarum. ʒ. ii. iuiubarum numero. vi. seminum cōmunium frigidorū. ʒ. vi. et minorum frigi dorum. ʒ. ii. semis malue. ℥. i. semis portula/ce. ʒ. ii. passularum paruarū pulpe sebesten. an. ℥. sem. draganti gumi arabici anna. ʒ. ii. mucilaginis citoniorum. ʒ. iii. electuarium regum. ℥. iii. mente sicce. ʒ. i. nucis muscate macis anna. ʒ. i. et. ℈. i. scorie ferri prepate. ℈. ii. specierum aromatici rosati descriptione gabrielis. ʒ. ii. sem. specierum tria sandalorū sine camphora. ʒ. i. sem. gemarū margarita/rum anna. ʒ. i. sem. penidiarum partes duas zucari trium coctarum ptem unā de his duo bus quantū sufficit ad faciēdū confectionem que hoc modo fiat carnes primo debite cocte subtiliter incidantur deinde in mortario mar moreo optime pistentur alia oia. optime pistē tur que pistanda sunt etc. subtilissime pulueri zentur deinde omnia simul cum duabus pti bus aque absinthii et una buglosse et de am/babus quantū sufficit misceant et fiat confec tio in morsellis quorum quilibet sit trium ʒ. huius confectionis sumat morsellum unum i mediate ante prandium. et si placet cum sit op timi saporis sumat similiter ante cenam. Cū uero digestiuum quattuor aut sex diebus acce perit et inde pillu. aut cum eo. Laudo tribus aut quattuor diebus ab eo desistat et loco dige stiui morsellum unum confectionis suprascri pte sumat et soluat inde os cum medico uini

et si aliquid de eo transglutiuerit nihil refert Vnctiões uero ad stomacum confortantes et cutus ardorem prohibent ne prolixus sim do ctrine tue mando etc.

¶ Finis.

¶ Bauerius de Baueriis.

## A casu specta.

domine iulie cum sit nup purgata uidetur q sic procedendũ sit. Recipe specierum yere simplicis. ʒ. ii. mirabolanorum chebul. ℈. ii. masticis. ʒ. sem. agarici optimi. ʒ. i. salis geme zenze. anna se. aloes optimi. ʒ. iii. bdelii. ℈. i. pistent omnia et cum aqua maiorane et eufragie resormetur pasta pro pill. Ex qua cum opus fuerit fiant pillule septem pro. ʒ. ex quibus accipiat a tribus usq ad quinq per horas duas post cenam cum uadit dormitum istas pill. taliter sumat in omni fine decẽ aut. xii. dierum Recipe mirabolanorum chebul. conditorũ si fuerint grossi unam si pui duos istis mirabolanis sumendo unum si grossum fuerit et duos si fuerit puus per horam ante diem dein de prandium suũ differat per horas quattuor aut quinq et eis taliter utatur bis in ebdomada interponendo duos aut tres dies inter unã uicem et aliã. Recipe succi maiorane succi blite succi celidonie succi rute omnium per residentiã clarificatarum an. ʒ. vi. succi feni clarificati. ℥. v. mellis dispumati lib. unã ponãtur ad ignẽ et buliãt simul donec redeãt ad spissitudinem mellis. deinde addantur pulueris seminis feni ʒ. ii. macis cubebarũ cinamomi piperis longi sisileos an. ʒ. i. sem. eufragie. ℥. i. et diligenter misceãtur et fiat electuariũ. de isto electuario accipiat. ʒ. ii. sem. in aurora illis diebus quibus non acceperit pill. neq mirabolanorũ et usus supradictus talis sit p totum mensem Maii et in ceteris mensibꝫ usq ad mẽsem septembris sit usus rarior et huius et aliorum medicaminũ sufficiet q semel in mense accipiat pill. et semel in ebdomada mirabola. et bis electuariũ. Et si magis placeret sumere electuariũ quando uadit dormitũ facta cena leue non minus conferet. Recipe maiorane subtilissime pulurizate. ℥. i. se. ligetur in sindone rara lota in grana et sepe odoretur et in nocte si taliter disponeret ut odor dicti pulueris ad nares quando dormit puenire optimum esset. Recipe cinerum cauli um quantum sufficit ad faciẽdum lixiuiũ mediocriter forte de quo sumatur quantũ sufficit pro capitis lotione in quo buliat assari. m. i. extremitatũ roris marini. ℥. i. florum sticados arabici. ʒ. vi. et cum hec parum bulierit deponãtur ab igne et in dicto lixiuio infundatur nucis muscate gariof. an. ʒ. i. et pistentur et ligentur in pecia subtili linea et ex ea sepe exprimatur donec lixiuium ueniat ad debitã caliditatem qua caput possit lauari et tunc coletur et cum eo caput lauet et optime inde exsiccetur et huiusmodi lotionẽ faciat semel i ebdomada aut bis stomaco ieiuno.

## De dieta.

Caueat ab aere frigido et humido a uento australi et a boreali et ab aere fetido et ab habitudine in locis fetidis et humidis. Taliter caput munitum teneat nec frigus suscipiat nec nimis calide. Vitet omnino furorem tristitiã et solitudinẽ. Caueat a somno diurno sit somnus in nocte non amplius sex aut septem horarum nec prius dormire incipiat quã due hore a fine cene transiuerint et dormiat super altero laterum et capite bene eleuato. caueat ab omni exercitio post cibum illico et ab omi exercitio in quo oportet caput esse inclinatum sicut esset fuere et huiusmodi simile. Dimittat omnia cibaria mali chimi et difficilis digestionis sicut panis agimus et cibaria ex pasta agima facta Carnes bouinas caprinas et ouinas et salitas. Pisces generaliter sunt ei mali et legumina et presertim lentes et fabe. Et omnes herbe que sunt frigide et humide ut sunt lactuca portulaca et spinacia et eas uitet que a proprietate uisui nocent sicut caules anetũ et lactuca. dimittat omnia acrumina et fructus humidos ut pira mala cerasa pruna et sicut melones cucurbite citrulli. et tantã cibi qtitatẽ suscipiat ut stomacus possit bene eam digerere nec prius comedat donec senserit precedentem cibum esse bene digestum et in sero leuius quam in prandio comedat nec i una mensa pluribus utatur cibis sed sit contenta uno aut duobus. Vino utatur paucifero et qto minus tanto melius sitq potius albũ quã rubeum et sit sapore medium iter dulce et põticum aut parum declinet ad dulcedinem q si non habeatur puum limphetur cum aqua cisterne aut cocta et dimittat lac et butirũ et caseum recentem mediocrem et ueterem de mediocre in state raro utatur.

Dum pateretur uertiginem capitis et opilationem in neruo optinco unius oculi. Recipe

mirabolanorum chebullo. conditorum et ca pitello applicet.

Finis.

Bauerius de Baueriis.

Queritur utrū cauterium conueniat in dolori bus iuncturarū. Respondetur ꝙ quesitum duos potest habere sensus. unus est si in cura doloris iuncturarū competat cau terium. Alius est núquid in preseruando ne adueniat dolor iuncturarū cauteriū. Conue niat si queritur iuxta primū sensum respon detur ꝙ conuenit et maxime quando materia in iunctura contenta non est indurata nec in gipseata sed potius est in ea exuberans et re moliens ligamenta. unde hypoc. vi. amphor. specialiter loquens de sciatica dicit quibuscū ꝙ a sciatica molestatis uertebrū foris resiliit his tabescit crus et claudicant nisi urantur. i. cauterizentur. Sed huiusmodi cauterium fie ri non debet nisi quando dolor sedari nō po tuerit dieta debita nec potione conuenienti et ob id cauterium dicitur medicamen ultimum quoniam ad id uenimus cum alia non suffice rint. Conuenit cauteriū quoniam de bonita te eius est confortare membrum cuius com plexionem uolumus rectificare et resoluere materias corruptas in membro contentas ut apparet quarta primi cap. xix. Nam cum ma teria est flegmatica in iunctura contenta cau terium consumit ipsam aut notabiliter eā mi nuit. et si causa coniuncta ab antecedente fo uetur diuertitur ad locum cauterii quare cum doloris sit per cauterium multum pacificata neqꝫ ab antecedente suscipiat incrementū na tura supra ipsam fortificata ipsam consumit et insensibiliter resoluit. In cauterizando cō ditiones obseruande sunt. Primo ꝙ corpus sit bene purgatum unde albucasis pte trigesi ma sue practice dixit si non confert curatio et antiquatur dolor tunc oportet ut soluas infir mum ab humoribus grossis deinde cauteriza ipsum. Secundo ꝙ in cauterizando caueatur ne cauterio attingatur neruis nec corda aut li gamentum nec aliqua ex uenis magnis qua re oportet cauterizantem esse in anothomia bene instructum ut nofceat loca in quibꝫ sunt nerui uene et corde ne profundo ad istas atti geret. Vnde Auic. quarta primi cap. supra al legato cauteriza ter propterea sibi cauere de bet ne fortitudo cauterizationis ipsius ad ner uos proueniat nec ad cordas nec ad ligamen ta etc. Requiritur tertio ut locus cauterizatus tamdiu teneatur apertus donec tamdiu mate ria finiatur tota que in membro continetur. Considerandum est ꝙ duplex est cauterium scilicet potentiale et actuale. Potentiale est ꝙ ex medicinis adustiuis siue causticis quarum caliditas et siccitas ad quartum puenīūt gra dum que cum fuerint in quantitate conuenie ti et modo debito corpori humano approxia to a calore naturali de potentia reducuntur ad actum et suam complēt opationem et tale cau terium diuersificatur quoniam aliud est ī sub stantia dura ut arsenicum sublimatū calx ali ud in substantia molli sicut aqua salis nitri et aqua arcenisi per sublimationem prepati aliud uero est in substantia media quemadmodum est que fit ex sapone et cātaridibus seu flamu la aut psasia uel apio rarino et huiusmodi. Medici est substantiā cauterii eligere que sue intentioni magis scribat secundum quod uo luerit magis minusue profundare. Actuale cauterium est substātia metalica in qua ignis impressit et huiusmodi actuale cauterium di uersificari debet iuxta diuersitates membro rum que cauterizari debent. nam si in ancha dolor fuerit qui ad inferiora non descendat se cundum albucasim loco supra allegato caute rizanda est cum instrumento ad modum co clearis cuius diameter sit medietas palmi et ī circuitu suo eminentie sint quinqꝫ ad formā ossium dactilorū que poni debet in igne dōec rubescat. deinde egro super ptem sanam situ ato taliter ꝙ anche accumē appareat debet su per anche accumen cauterizari et una caute rii approximatione quinqꝫ fiant cauterizatio nes. Sed si dolor ab ancha retro per coxā de scenderit ad crus ubi dolor terminatur caute rizari debet cauterio cultelari in pte siluestri si uero dolor ad pedem peruenerit fiat adhu stio tenuis et pfunda in capite pui digiti quo niam sanabitur et hoc Rasis. xii. continentis auctoritate simeonis. si dolor in genu et in eo materia contenta sit cauteria tria aut quatuor circa genu fieri debent cauterio oliuali sed in tali cauterizatione non est manus multū sub mergenda sed circiter spissitudinem cutis tan tum et hoc iuxta albucasis sentētia in loco su pra dicto. Cōmuniter tamen opantes faciūt cauterium p tres aut quattuor digitos sub ge nu in pte siluestri inter duo focilia cum caute rio oliuali. sed si materia descenderet a parte superiore ad genu et causam coniunctam ī ge nu contentam conseruaret ustio fienda esset p quinqꝫ aut sex digitos supra genu in ea parte

per quam materia ipsa descendit in dolore podagrico dixit albucasis cauteriza circa iuncturam pedis in circuitu et sic cauterium oliuale et si indiget ut punctes superficie pedis tūc fac cum cauterio puncti nōnulli affirmāt cauterium factum supra talum in pte silvestri cōferre. Prosequi de omnibus iuncturis longū nimis esset et ad propositum nostrum alienū Cum cauterizatio fieri possit cauterio potentiali et etiam actuali ut ex superius dictis apparere potest usus tamē actualis quā potentialis est melior et securior ut apparet per consiliatorem differentia. xxviii. Ex cauteriis actualis aliud est ꝙ fit cum ferro et aliud cum auro. ꝙ si quis requirat ꝙ horum sit prestātius dicitur cauterium ipsum posse duobus modis considerari ut dixit consiliator in annexo differētie. xxviii. uno mō secundū se alio modo in compatione ad opantem. Si secundum se consideretur et absolute melius est cum auro quā cum ferro propter aurum esse magis tēperatum magis etiā nature humane proportionatum et minoris lesionis et facilioris consolidationis. Si consideramus per compationem ad operationem causa duplex sit peritus et expertus. et imperitus dicitur ꝙ melius est aperito qui cognoscit quando cauterium auri est sufficienter ignitum et non decipitur ꝑpter eius colorem uti eo quā cauterio ferri. si uero opator fuerit inexpertus prestat ut cauterizet cauterio ferri. nam non potest decipi in eo quando fuerit sufficienter ignitum quēadmodum contingit in cauterio aureo. et quia huiusmodi imperiti et inexperti sunt multi. hinc est quod plures utuntur cauterio ferri q̄ auri. Et per hanc distinctionem soluitur controuersia inter albucasim et medicos ipsum ꝓcedentes qui uoluerunt ꝙ melius est auri cauterium quam ferri cuius contrarium sensit albucasis in pte supra allegata. Multa que circa hanc materiam de cauterio dici possint que cum aliena proposito nostro essent relinquo. Si autem de cauterio queratur de ꝓseruatiōe iuxta sensum secundum respondetur ꝙ cautela et preseruatio a dolore iuncture consistit in prohibendo multiplicationem humoris dolorem facere consueti hoc autē fit dieta debita et conuenienti euacuatione et confortatiōe membri ne materiam suscipiat ut apparet ab Auic. xxii. tertii cap. de preseruatione a dolore iuncturarum et a Serapione. iiii. sui breuiarii et a Rasi in suo de doloribus iuncturarum et. xii. continentis. Nullus eorū in preseruādo specialiter mentionē fecit de cauterio. ꝙ si quis quereret nūquid cauterium posset intercipere fluxum materie ad iuncturam et ita dolorem futurū prohibere. Respondetur ꝙ ubi materia fluens esset pauca et cauterium esset supra iuncturā factum et in loco conuenienti et debite profundatū posset materia ipsa intercipi et prohiberi sed quia tale cauterium ꝓsupponit paucos humores malos in corpore ꝙ fit potius per dietā conuenientē et potionem debitam potissime inde est ꝙ talis preseruatō potius tali regimini attribuitur quā cauterio. Est preterea ꝙ non in quolibet dolore anche potest modo dicto cauterium fieri sicut in sciatica et in plerisqꝫ aliis iuncturis in quibus supra ipsas cauterium fieri nō posset. Et forsan quia talis preseruatio per cauteriū non ē uniuersalis ad omnem dolorē iuncturarū cū generaliter de preseruatiōe loqueretur de ea nō fecerunt mentionē. Sed aduertendū ꝙ cauterium factum ad intentionē supra dictā debet semper manere aptum. Si uero consolidaret humor ad iuncturā descēderet et causaret dolorem. Hec dicta sint cum laude dei Amen.

¶ Finis.

¶ Bauerius de Baueriis.

Ir recte que scripta sunt intellexi uenerabilis domine Catherine de Ardinghellis egritudo est ulcus in rene sinistro cui in eodē rene coniunctū est apostema et cū his duobus cōplicata est febris. Utrū uero cā ulcus fuit apostematis aut apostema ulceris et si certum nō sit uerisimile tamen apparet ꝑpterea que scribuntur ꝙ ulcus attraxerit apostēa ulcus causa fuerit lapilli uerū cū aloisio filio cupienti intelligere quid arbitrer in hac egritudine futurū an ad salutem terminabilis sit ꝙ deus concedat uel aliter ꝙ auertat minime satisfacere desiderio possim nisi prius cognitum fuerit nūquid ulcus corrosiuum sit uel fistulosum aut non. et utrum antiquū uel nouū. Et si medici a pricipio ulceris nō fuerint uocati arbitrari possint ex pacientis relatione Postquā legerā que scripta fuerant cognoui hanc uenerabilē dominā sumere aquam porrete que et si ab his qui aque porrete uirtutes proprietates scribūt. concedat in ulceribꝫ renum uesice et uiarū urine et nōnunquā ut aliqui peribent contulerit nō uidetur tamē carere aliqua dubitatione nō tantū pp ulcus quātum pp apostema ꝙ est ulceri cōiunctum nō tamē hoc scribo quia dubitē nō adesse factū

sano et maturo consilio temerariũ esset ut ab
sens illa aliter iudicare quã uiri doctissimi p
sentes qui melius pacientis naturam et dispo
sitionem nouerũt. Et ut non uidear absq; cau
sa motus uoluit Auic. xviii. tertii tractatu. ii.
cap. de ulceribus renũ q̃ cauendũ est a multo
potu ut minoretur necessitas mingendi et ne
ad renes materia trahatur. et dimissio omnis
acuti amari et salsi et uentosi. et mineratõ po
tus aque ut minoret motus renũ ab eo quod
curritur ad eos et eorum ratio p illud cum igi
tur aqua porrete faciat mingendi accidentiũ
magnũ et ad locum renũ ducat materiã et par
tum post et melius est ut eques materiã et edu
cas illam post illud et pprie uomitu uomitus
enim est melius quo renum ulcera curantur.
propterea quod mundificat et euacuat. et pro
pterea quod attrahit humores ad contrarium
ptis renum ratione apostematis nõ uidetur cõ
uenire multũ. unde Auic. xviii. tertii tractatu
ii. cap. de apostematibus calidis laudat solun
onem fieri cũ his que trahunt materiã ad uiã
intestinorũ. unde dixit illud q̃ melius soluit
est aqua casei et cassiafis. in aqua quidẽ casei
est declinatio materiei ad intestina et ablutio
et abstersio et infrigidatio et maturatio et rec
tificatio in ulceribus. et in cassiafis. est eni so
lutio et maturatio cũ facilitate etc. postea eodẽ
capitulo. et precipue quibus fit curatio in rec
tificatione apostematis et solutione humoris
mali sunt clisteria et potiones. Clisteria eni
magis sunt cõuenientia ad ipsa cum fixione
uirtutis cũ hoc ipsa non faciunt descẽdere ali
ud desuper sicut descendere faciũt ea que bi
buntur et solutiua. et infra et non est admini
strandũ solutiuũ quoniã dolorem facit et no
cet per id quod descẽdere facit desuper cliste
rium autẽ aque balnei solutiuũ est. scripserã
pridie modũ accipiendi aquam putans id esse
quod mihi narratum fuerat uidelicet quod do
lor huius uenerabilis mulieris esset pp p̃sen
tiam lapilli in renibus et fetor in urina prop
ter materias albas que a quibusdã mẽstrua al
ba appellantur ut mihi relatũ fuerat his duo
bus. cõuenisset balneũ siue aqua balnei quod
ratione et auctoritate facile declarari posset.
Item pp hoc dico cuius dicere intẽdo aquam
ipsam non bene fuisse administratã cum cer
te credam nõ sine maturo consilio factũ esse
prestantissimorũ doctorum sed tantũ dixero
cum tot corpora et medicinas. curat propie
tates que nõ nisi experientia cognoscatur si p
pter febrem aut apostema uel ulcus uideretur
hec domina grauius se habere non diu cẽseo
persistendum esse in potu aque sicut non du
bito presentes doctores faciunt.

ℭ Finis.

ℭ Bauerius de Bauerijs.

ℭ Regule obseruande pro usu balnei petrio
li.

Primis de
bet accedere ad balneũ qđ uo
catur le caldanelle et ibidẽ duo
bus diebus balneet et hoc quo
niam aqua ista ẽ nimis calida ut corpus cali
diorem postea facilius tolleret. Tertio die ac
cedat ad balneũ petrioli quod uocatur balneũ
equitum et ibidẽ balneetur. modus autẽ talis
erit incipiat balneũ in ortu solis et hoc uẽtris
beneficio prius habito uel saltẽ tempato et in
dicto balneo per horã maneat. deinde balneũ
egrediatur pannis uero bene tectus et lectum
ingrediatur ubi pannis mediocriter copertus
sudare tentet absq; somno sit p unam horam
maneat in lecto qua transacta uestitus accedat
ad duciã et ibidẽ per horã ducietur debet au
tem aqua ducie eam ptem capitis pcuttere que
per digitum mediũ manus tangitur apposita
coniuncture et manus nasi extremitate inci
piat aũt duciam a penultima quoniã tempati
or prioribus existit que forte in principiis tol
lerare nõ possent et continue uersus priores
accedatur quousq; ad calidiores sit peruen
tum que tollerabiles existant post horã trans
actam ducie inde ad horã prandium assumat
post prandium autẽ septẽ horis pmaneat abs
q; somno et cibo et inde ad duciam reuertat
in qua per mediã aut integrã horam permitte
re poterit et inde ad horam cenare. postea per
horã cum dimidia uigilet de hinc dormitũ ac
cedat et diebus etiã sequẽtibus cõsimilis mo
dus erit seruandus. Dieta.
Ieiunus balneũ ingrediatur nec in ipso ullo
pacto comedat aut bibat. uino utat paucifero
nec dulce nec multũ austre sed mediocri. Vi
tet res omnes male et tarde digestionis et pre
sertim in caput euaporantes qualia essent la
gana et acrumina. Fructus omnes aromati
ca multũ calida uinũ potens carnes grosse ca
seus et his similia uitet. Sed utatur rebus ci
te digestionis et boni nutrimenti et non effu
mantibus ad caput. Somnus nimius nocet
quoniã corpus humectat ita et uigilie super
flue quoniã caput replent humoribus.

Sunt et alia duo balnea unũ uocatur Sancta
Lucia aliud sanctus Caluarius in quorũ uno
si mulieres balneantur multũ conferens sto

maco pp minerá ferreá que ibidé que stitici tate sua ptes stomaci unit et confortat et ibidé non duciatur sed balneatur.

¶ Finis.

¶ Bauerius de Baueriis.

# Egimen quod

in balneo porreto obseruare debet spectabilis uir Gabriel Taxonis cú ad balneú applicuerit stet die una q nihil faciat sed tantúmó quiescat. sequenti uero die in ortu solis accedat ad aquá porrete et bibat sex sciatos illius aque. continétes duos urceos deide deambulet hic inde donec totá aut quasi totá aquam secedat Exacta una hora redeat ad potandú et bibat ut supra sex ciatos et demú ambulando faciat ut prius dictú est. et post finé hore ab hora secunda sumptionis bibat alios sex ciatos. de inde stet horis tribus ad minus et prandeat et ista die nihil aliud fiat. Tertia uero die in ortu solis bibat sex ciatos aque ut in secúda die cú uero eos secesserit aut pro maiori pte accedat ad balneú et illius querat ptem calidiorem in quo stet si nó fuerit sibi molestú p horam. deinde ponat se i lecto et mediocriter pánis coperto uideat si mediocriter sudare poterit si sudauerit abstergatur sudor cú pannis calidis et si nó sudauerit transacta media hora surgat et faciat fieri sibi clistere q sic fit si sudauerit seu nó. Recipe aque porrete ciatos. v. se. aniforú. ʒ. i. cimini. ℥. sem. pistent modo grosso et buliát in dicta aqua donec redeat ad. iii. ciatos cú dimidio uel. iiii. postea colet et colature addant zucari rub. ℥. ii. uitelli ouorú numero. i. olei. ℥. iii. salis. ʒ. ii. fiat enema quo reiecto prádeat. et hac die poterit prádere et cenare. in die uero qua sumit sex ciatos prádeat sed in uespe hoc est in sero faciat collationé aut leue cenet et nó nisi post septé aut octo horas a fine prádii. laudo q si stomacus suus difficulter carnes digereret q aliqn do solet accidere tú pp malá sui dispóem tum etiá pp potú ipsius aq q ipse faciat fieri modicú pulli pisti q ante oia sorbeat. Carnes q bus uti debet aut sint pullará aut castrati. Et panis sit nó durus neque calidus ut a furno extrahitur. Vinú auté sit albú aut coloris cisioli nó dulce nec acerbú non multú potens sed in his seruet mediocritaté ab oibus aliis carnibus et cibis abstineat. sed tantúmó istis utatur. Cú uero stomacus sit multú uétosus et aqua addat in principio uentositatis placet ut antequá incipiat comedere p decimá ptem hore assumat cocleariú aniforú habentiú uná zucari coperturá sup qué bibat tantú uini q̃ tum coopiretur fundus ciati et uidé faciat ante cená in sero q sumat rotulú siue morsellú unú confectionis que sic fit. Recipe cinamomi electi. ʒ. i. sem. zenze. ʒ. sem. anisi carui aniforú anna. ℈. i. specierú triasandalorú sine camphora. ℈. ii. aque absinthii quantum sufficit et fiat cófectio in morsellis quorú qui libet sit triú. ℥. de his faciat ut dictú est de anisis. Circa locú ubi sétit tumoré de mane quádo surgit faciat fieri inunctioné cú oleo qui infra scribitur et hoc illa die qua debet accipere sex ciatos alia uero die eandé faciat inunctionem quádo steterit in lecto et uoluerit surgere post balneú in unctione hac Recipe olei de aneto. ℥. i. olei de ruta. ℥. sem. misce cum hac unctione calida inungat ptes dolentes. s. circa umbilicú et uersus inguem. Et cú bene fricauerit ita q intrauerit oleú abstergatur pars inuncta ut remoueatur olei uiscositas. Super omnia caueat a somno diurno et a statione in sole sub diuo.

¶ Finis.

¶ Bauerius de Baueriis.

# Ocet oculis

aer excellétis frigiditatis et aer humidus multú et similiter aer multú illuminatus. et aer uentosus precipue flante austro et borea. Cauendú est etiá a fumo et puluere et a statione longa in loco tenebroso. eligendus est locus mediocriter luminosus cuius aer medius sit inter caliditatem et frigiditaté sed declinanté ad aliqualé siccitaté sitq; clarus uaporibus nó pmixtus siue mali odoris. Vitare debet irá tristitiá timoré melenconiá et fletú exuberanté. cóuenit gaudere letari bene spare et fletus intra mediocritaté. Nocet superfluú exercitiú precipue illico factú post cibú et nó minus superflua quies exercitiú. cóuenit legere litteras mediocriter et multú intueri speculú maxime calibeú inspicere aquá clará existenté in uase uitrio uirido intuitus rerú uiridarú aut humanú colorem celestem nó fligere multo tépore ad rem uná et precipue puam aut splédidá uel multú luminosá intuitus lapidis celidatarii piter zafrani cófortat uisú. oculis nocét cibi difficilis digóis mali nutriméti. Et q in caput uaporát

ut panis agimus et male coctus uinum potēs et fumosum nouum et turbidum carnes anti que et salite cates ptes multū pingues et ani/ maliū iteriora oua frisa lac buurū pisces saliti et lacunales caules sinapis eruca acrumina et fungi in multo usu nimius usus salis et aceti

Conuenit panis ex farina etce. Carnes ex siluestribus auibus perdicum fasianorū tur/ turum merulorū et ficedularum aliarūq; auiū in nemoribus aut pratis non in uallibus aut stagnis ut anates anseres folie et similes. Ex domesticis capones iuuenes pulle galline iu/ uenes et pipiones columbarie uolare incipiē tes. nam habent proprietatem conferendi ui sui. Quadrupedia caprioli lepores iuuenes i raro tamen usu propter sui melenconicitatē domesticis uituli lactantis et castrati. Ex parti bus pinguibus eligant magis macre oua sor bilia recentia conceduntur et tremula abiecto albumine. Caseus melius est duo aut tres bo li ad mense ultimū. Pisces in raro usu et tūc pui squamosi capti in aquis claris currentib; capedani lutii trute Carpiones ex mari solie passeres aurate. Herbe eufragia sclarea silue stris bretonica serpillus lauregia maiorana petrosillus feniculus sparagus ruta. Ex gra/ nis lupinus salitus et lotus comestus cū corti ce sua ad mensuram pugilli ut uoluit Rab. ii. pticula suorū amphor. Ex radicibus rapa ta/ liter prepata qui ut dicitur secundo alimento rum generare humores suos et uentositatem debet primo optime mundari et lauari i aqua calida. deinde frigida cū sale postea decoqua/ tur in brodio carniū conuenientiū. Aliter p̄/ parari potest lauet postquā fuerit bene mūda et buliat in aqua donec fuerit semi cocta et ab iitiatur decoctio illa postea compleatur decoc tio in brodio carnium laudabiliū. Ex aroma tibus cōueniunt cinamomi crocus et muscus Ex confectionibus laudantur grana feniculi Confecta cū una coperta zucari quedā sunt que appropriate oculis conferunt et uisum cō fortant et acuunt sicut caro picari comesta. et oculi piscis geste uisum acuunt comestio yrū dinum caro tiri. comesta et ius eius bibitū et oculi coturnicis gestati et caro lupo comesta et caro omniū auiū degentium ex rapina et e par edi et hyrci cum comeduntur. conferūt ui sui ut dixit zoar. Nocet proprie comestio ca/ pitum columborū siluestriū et gallinarū quo niā proprie faciunt cecitatē ut uult zoar licet addant intellectui. et usus aneti et basiliconis habentis lata folia et caulium. Et omnes cibi salsi et quicūq; sunt uaporosi. et omnes qui stomaco nocent. Vinum clarum pauciferum habens aliquid stiticitatis moderate fenicula tum uinū melius ubi feniculū herba bulierit cum huius Rasis. ii. continentis nihil tantū nocet oculis quantū uetris stiticitas et crapu/ la et ebrietas. et multitudo flobotomie et fre/ quens usus uentosarum super spatulas posi/ tarum et uomitus frequens licet enim aliquā do iuuat pro quanto euacuat materiam in sto maco contentā nocet tamen pro quanto mate rias mouet ad caput et superfluus coitus post cibum et frequens usus balneationis in aqs turmaticis. et tollerantia longe famis et usus diuersarum dapum in cibis et multa cibi re/ pletio.

¶ Finis.

¶ Bauerius de Baueriis.

# In cura imagi

nationū istius iuuenis sic pce datur. Recipe pill. de yera Ni colai. ℈. ii. fiant pill. v. istas pill. materiam a qua imaginatiōēs ortū habēt euacuātes sum mat p horas duas ante diē. deinde fiet horis ad minus. v. antequā prādeat nullo prius sū/ pto lauatiuo. Digerat materia ipsorū imagi nationū. Re. bretonice gariof. maiorane mel lisse celidonie eufragie florū sticados arabici anna. ʒ. sem. buliāt in lib. duab; cū dimidia aque usq; ad cōsumptionē medietatis. postea coletur et colature addatur pulueris zucari rub. quantū sufficit et fiat syrupus de predic to syru. sumat. ʒ. i. sem. cui addant. ʒ. iii. de coctionis que sic fit. Recipe sene. ʒ. i. feniculi passularum florum borraginis anna. ʒ. sem. decoquantur in lib. i. aque usq; ad consump/ tionē tertie ptis postea coletur hmōi syrupū accipiat post cenam precedentē per octo ho/ ras super quem potest ad libitū dormire et cū taliter continuet p octo dies euacuetur mate/ ria imaginationū erradicatiue. Recipe pillu. cochiarū descriptione almāsoris pill. aurearū descriptione Nicolai an. ʒ. sem. fiat pill. vii. numero istas pill. sumat in die imediate seq̄n ti completa assumptione supra scriptorum sy ruporū sup quas pōt una hora dormire cū ce perit deinde uigilet donec transeāt hore. v. ab hora assumptionis et tūc accipiat ciatum bro dii macri cū. ʒ. sem. zucari rub. et inde ad ho ram comedat. Cōfortet oculus. Reci. puluer ris cētri galli siue criste galli. ʒ. i. se. puluerti zet subtilissie ut alcofol et cribet de isto pul/ uere mittat i oculo i die bis aut ter ad idē ua/ let puluis samsusi et semis eius cuius usus sit

ut dictum est de puluere centrigalli. Collirīū bonum confortans atq₃ oculum clarificans. Recipe aque feniculi maiorane celidonie ru/te anna. ℥.ii. dissoluatur in dictis aquis croci ʒ.sem. antimonii. ʒ.ii. postea distillentur cū filtro et distillatum in ampulla uitrea clausum reseruetur de isto collirio absq₃ hoc quod cale fiat infundātur due aut tres gutte in oculo et hoc bis aut ter in die quando nō posuerit pul uerem suprascriptum. Aliud collirium Reci pe tucie nouiēs in succo feniculi extincte alo/es optimi. ʒ.i. margaritarum. ʒ.sem. pulueri zentur subtilissime ut alcofol et utatur ut dic tum est de duobus pulueribus suprascriptis. utatur maiorana secundum omnem modum administrationis que etiam odorata confert. Vitare debet pisces et cibos euaporātes et po tum plurimum aque et uini. Cibaria grossa generāt uapores grossos qui ingrediens ocu los difficulter resoluitur. Caueat a balneo di mittat fructus omnes atq₃ omnia acrumina. Caueat a flobothomia et ab appositione uen/tosarum. unde Auic. tertia tertii tractatu. iiii. ca. iiii. quasi in fine dixit oportet ut euitet fre quentiam flobothomie et uentosarū imo post ponatur quantū est possibile nisi necessitas cogat ad illud. Sumat semel in ebdomada aut bis diebus intermissis unum mirabolanū che bulum conditum per horam ante diem. et in de differat cibum suū per horas quinq₃ et sic taliter utatur postquā pill. ceperit suprascrip tas. utatur post cibum tragea que sic fit Reci pe coriandorum prepatorum et conditorū cū una zucari copertura. ℥.iiii. feniculi conditi et carui cōditi anna. ℥.i. macis. ʒ.i. misce de qua sumat post cibum medium coclearium.

¶ Finis.

¶ Bauerius de Baueriis.

tionũ istius spectabilis do. sic procedã. primo ponẽdo modũ preseruatiõis a sputo sanguĩs et in hoc docebo subuenire difficultati anhelitus que fuit dispõ secũdi. secũdo ponetur cura accidẽtis tertii. et inde modũ cure quarti loco quarto ponã modũ cauẽdi ab aborsu cum ipsa fuerit pregnans.

## Preseruatio.

A sputo sanguinis duob; pficitur instrumẽtis dieta. s. et potione. Dieta cõsistit in debita sex rerũ nõ naturaliũ administratiõe q̃ taliter ordinatur. primo uitet aerẽ calidũ multum et morã sub radiis solis ad ignẽ fugiat fumum puluerẽ et aerẽ intẽse frigiditatis et flatũ septẽtrionis et austri. eligat sibi aerẽ tempatũ ita ꝙ hieme habeat cameram inter duo solaria et habeat fenestras ꝓhibentes aeris frigiditatem fiat ignis i camera itaq; a frigore nõ ledatur nec ꝙ sit tantus ut nimis calefiat dũ tamen sentiret sputũ multũ habundare sit aer aliqualiter declinãs ad cali. et sicci. qui si talis nõ sit naturaliter fiat arte suffumigãdo domũ habitationis cũ thure aut storace uel granis iuniperi sed stãte fumo nõ ingrediatur camerã nisi post quã cessauerit. cũ uero sputũ nõ habundat sit aer tempatus inter caliditatẽ et frigi. uel declinans ad paucã frigidita. in estate ubi aer esset nimis calidus tempetur cũ rebus infrigidantibus. s. psternendo in camera aut loco sue habitationis folia salicũ aut uitis uel arboris citroniorũ et similiũ teneat caput debite tectum ita ut frigiditate nõ ledatur nec tanta sit tectura ut nimis calefiat et quod dictũ est de capite intelligendũ est de reliquo corpe. Fugiat omne exercitiũ forte et precipue factũ in mẽbris superioribus. s. uociferationẽ et clamorẽ locationẽ plurimã et uocis aut anhelitus exultationem et anhelitus retentionẽ. Et caueat ne fricet mẽbra anhelitus. s. pectus cũ rebus actualiter multũ calidis. et uitet balneationẽ in aq; dulcibus et in aquis sulfureis quo ad corpus et stationẽ in stufis siccis cũ cibũ assumpserit quiescat p duas horas et sedeat cũ personis sibi gratis et audiat cõfabulari de rebus sibi dilectis et nõ legat tũc nec suat nec faciat aliqđ exercitiũ pp quod oporteat tenere caput depssum aut tristari uel irasci potest de mane ante prandiũ pulsis supfluitatib; prie et secũde digestõis leuiter ambulare et ita de sero ante cenã ita tamẽ ꝙ ambulãdo aut equitãdo nõ faciat exercitiũ aliquod forte ut dictũ ẽ. Vigilias fugiat lõgas et dormiat sufficiẽter. s. sex aut. vii. ho. et sit somnus de nocte et nõ de die sitq; sup altero laterũ nõ resupinus capite eleuato et corpe cõpetẽter pãnis tecto i lecto molli et nõ prius dormire incipiat q̃ due hore trãsiuerit a fine cene. si cõtingeret i nocte nõ dormire restauret somnũ in mane ante prandiũ dormiẽdo usq; ad horã tertiarũ. et caueat ne dormiat sub radiis solis aut lune aut in loco uẽtis exposito meridianũ somnũ p posse ui

tet. Curare debet ut quotidie habeat uētris be neficiū bis aut semel. q si fieret nimis stiticus sumat ante prandiū aut cenā p horā scutellā brodii cauliū impinguati cū pinguedie recēti caponis aut galline aut faciat sibi fieri clistere ex oleo puro aut cū decoctione capitis arietis cū. ℨ.ii. zucari ru. et uitello oui et mo dico salis aut cū decoctione supradcā. et. ℨ.i. cassie oleo et sale. et caueat ab usu suppositoriorū. Si uero cōtingeret uentrē fieri nimis lubricū sumat diacitonitē cū zucaro ante cibū ad quantitatē unius medie uncie et si non sufficit buliat sumach in cibis suis et inungat stomacū cū oleo masticino et mirtino et breuiter caueat ne lubricitas duret et ubi oportet administrent q uehemēter cōstringūt sicut pill. cōstrictiue nicolai et syrupus eiusdē et alia q dantur i lubricitate stomaci. Caueat ab ira tristitia odio rixa timore desperatione et a frequēti usu uenereorū cōuenit leticia gaudium tempatū bene confidet et speret de salute sua. Oportet sumat cibos laudabilis nutrimēti facilis digestiōis et qui multū nutriūt i pauca quātitate. nā in cibis ipsis dū multū spuit et cōstringitur annelitus debet uti cibis abstersiuis et pectoris mūdificatis sicut ius cauliū impinguatū cū brodio caponis aut gallie pingui, si nō phibet lubricitas uētris et tūc ēt cōuenit ptisana cōdita cū lacte amigdolarum dulciū et penidiis. et hoc tpe cōuenit ius ciceri cū carnibus dictis coctorū et fabe fracte et passule dulces. Cū uero nō multū spuit respectu cōsueti nec sentit pectus graue nec annelitum cōstrictū multū comedat ferculū de milio aut rizo uel panico et de lētibus. et si ista fuerint cocta cū lacte caprino aut uaccino nō nocebit. cōuenit etiā eodē tēpore ptisana cōdita lacte amigdolarū et ptisana tritida et caseus recēs. Fugiat oēs cibos et potus qui multe sunt dulcedinis ppea quod faciliter in colerā cōuertuntur et sic sanguinē exacuunt. dimittat oēs cibos et potus actu multū calidos et p cipue si aperitiui sunt quapp cibos nō comedat acutos nec salsos nec ēt plurimū pōticos aut acetosos ppea q pectus stringūt et tussim excitāt. Sed utatur cibis parū dulcibus aut insipidis stiticitatē quandā habētibus. Panis sit simulagineus nō habēs sal neq multū fermenti sitq debite coctus mundus a cortice exteriori et ponātur in cuiuslibet libra panis. ℨ iii. masticis subtilissime puluerizati et sit nō pluris tēporis triū dierū nec minoris unius diei. Vitare debet uina oia grādia et acuta et antiqua et multe dulcedinis et multū acria. cōuenit sibi uinū cisiolū parum pōticum aut sticum quādo pectus nō est multū strictum et tunc tpis optimū esset uinū albū subtile mediocris uinositatis cū aliquali stiticitate habēs infusionē lapidis ematites quod hoc mō fit. Re. lapidis ematitis. ℨ.ii. pisteur subtiliter et ponatur i petia lini rara et subtili ad modū saculi et infundat hec petia p diem naturalē in urceis tribus uini supradicti et eo utatur. sed ubi difficultas magna esset annelitus et sputū multū et adesset fortis tussis melior potus esset aqua mellis que hoc mō fit. Re. aq cisterne lib. x. mellis albi lib. i. ponatur in uase nitido ad ignē clarū et lentū et cū bulire incipit i cipiat despumari et buliāt tādiu donec reddeat aqua ad lib. vi. deinde coletur et hac aqua usu seruetur. Aqua cisterne ē sibi melior ceteris cā ad limphandū uinum si aqua indiget q ad coquinandū. Ex carnib9 auium conueniunt pdices iuuenes et carnes puarum auium boni odoris et saporis et fasiani et caponum et gallinarū iuuenum et pullorū turturū et pipionum uolare incipientium et ex se uictum querētium. Ex quadrupedib9 eligātur carnes edi et uitulorum lactātium castrati caprioli iuuenis et leporis iuuenis. Ex ptibus animaliū cōueniunt epata gallinarum pinguium et testiculi gallorum nōdum coire incipiētium. et quādo nō multum spuit et nō angustiat annelitus cōuenit sibi comedere rostra et pedes porcorum iuuenum et edorum castratorum et uitulorum puorū. et eligat ptes carnis macre ex aialibus mediocriter pinguib9 q uixerint uita libera et nō fuerit incarcerata ad impinguādū. unde. viii. terapē. c. ii. uniuersa q inexercitata superfluitatē habentia sunt. Reliquas carnes dimittat et sanguinē pinguedinū et medullā omnē. Et supradicte carnes magis conueniunt elisse quam asse. uitelli ouorum gallinarū recentium cū non fuerint multum cocti conueniunt sed dimittat albumen et nō utatur ouis cum caseo coct. neq duris neque frixis. Caseus recens non salitus et lac decoctum propterea q in eo est de conglutinatione et lac uaccinum quando ab eo fuerit butirum extractum quia in eo est de stiticitate cōueniunt uitet caseum salitū et hmōi lacte uti posset quando annelitus non esset multū angustus neq multum spueret de quo quomodo ipsum cum rizo aut milio uel panico aut cum farina fabarum aut oroborum posset etiam uti lacte caprino ubi in eo primo esset ferrum candēs extinctum aut lapides fluuiales igniti. Et hoc q de lacte dictum est intelligat stante dispositione premissa ubi febris acciderit aliter esset intelligendū et ordinandum.

De fructibus conceduntur amigdale dulces excoriate et grana pini tribus aut quatuor uicibus in aqua buliēte infusi postea in umbra exsiccati fistici auellane parum torrefacte. et passule et quando non multum spuit et annelitus non est difficilis summat passulas cum suis interioribus et bene masticet et post cibū uti potest piris coctis citoniis et granatis dulcibus aut mugis.
Ex herbis conceduntur quādo multum spuit brodium caulium et blita et feniculus et spinacia cocta quando uero non multū spuit neqꝫ annelitus est multum strictus conceditur plantago tempore uero magni caloris conuenit portulaca et cucurbita lactuca et ēdiuia ab istis tamen herbis melius est abstinere precipue quando nō multum spuit. Radices sicut sunt raffani porri rape napones alia cepe bulbus melius est dimittere quā comedere. Et similiter dicitur de pastinaca enula et carota.
Dimittat insuper fungos tubera sparagos capares et oliuas salitas. De piscibus melius ē non comedere si tamen assumuntur sint de libero mari aut de fluuio currenti habente aquam claram et fundum mundū. Et sint pisces pui squamosi boni odoris et saporis habentes carnes frangibiles sicut luci capedani trute carpiones et similes ex mari sicut aurate trilie folie et similes. Cum uero tussis non esset magna neqꝫ annelitus difficilis uti posset anguillis et trutis captis ex bonis aqs Caueat a piscibus lacus stagnorum et pisanarum gambari non sibi conueniunt sed cancri qui apud nostros dicuntur grancelle quando capiuntur in aquis dulcibus sunt ualde laudabiles. sed oportet eos sic prepare. Abscindantur primo pedes omnes postea lauentur aqua sale deinde cum lixiuio hoc cum aqua cinerū et postea cum aqua clara totiens ut pdant odorem suum demum elissentur et comedātur et illa medulla que est intra corticē suum illa est conuenientissima. Oportet cibum quem sumit esse minoris quantitatis quam solebat ante casum inegritudīnū ita ut ab eo stomacus non grauetur. Sit insuper potus tantus ut cibus in stomaco non fluctuet et cena sit multo leuior prandio adeo ut ferre medietatem in cena sumat eius quod accidit in prandio. Caueat igitur a longa cibi abstinentia itaqꝫ diu famem non tolleret.

## Preseruatio.

Cum positione quinqꝫ habet intentiones. prima est rectificatio sanguinis ab omni accuitate et feruore. secūda est sanguinis mundificatio ab omni humore acuto secū cōmixto. tertia est diuersio sanguinis a pectore ad inferiora. quarta est stiticatio et cōsolidatio et inspissatio membrorū annelitus a quibus timetur sanguinē fluere. quinta est accidentiū correctio quod nihil aliud est quam prohibere accidentia potentia ad sputum sanguinis inducere.

## Prima intentio sic ad

impletur cum signa accuitatis sanguinis apparuerint aut feruoris presenti medico exhibeatur iste potus. Recipe aque sublimationis rosarū lib. i. sem. zuca. trium coctarū quantū sufficit et fiat iulep loco aque rosate posset fieri cum aqua portulace de hoc iulep exhibeat℞. ʒ. i. sem. cū. ʒ. ii. aque cisterne uel exhibeat℞. ʒ. i. sem. syrupi de portulaca cū. ʒ. ii. sem. aq plantaginis huiōi potus exhibeatur in auro: a stomaco ieiuno.

## Secunda intentio

Completur cū flebotomia si fuerit sanguinis repletio et similiter si alius hūor peccaret sanguini admixtus et flebotomia fiat ex saphena et deinde si opus alia flebotomia fuerit fiat ex basilica. Si uero humor alius a sanguie peccauerit et nō fuerit sanguini admixtus si fuerit colericus euacuetur cū cassia aut māna et infusione reubarbari. Si fuerit flegma euacuetur cum infusione turbit aut cū electuario indi. Quod si fuerit humor melēconicus euacuetur cū foliculis sene epitimo aut diasena. et si humores fuerint mixti sint solutiua mixta. euacuatiōe taliū humorū seruent℞ canones qui dant℞ in exhibitiōe medicinarū solutiuarū.

## Tertia intentio.

Implet℞ cū rebus sanguinē ad inferiora trahētibus sicut sunt fricatiōes coxarū et tibiarū positiones uentosarū sup nates et cū scarificatione et sine. Administratio clisteriorū flobotomia saphene ubi mēstrua essent restricta.

## Quarta intentio.

Perficit℞ administrādo syrupū mirtinū q̄tit atis. ʒ. ii. cū. ʒ. ii. se. aque cisterne ad idē ualet puluis coralorū rub. adustorū et inde ablutus cū aqua plātaginis postea exsiccatus et misceatur cū medietate sui gumi arabici et sumatur cū albumine oui dosis ē. ℈. i. cum. ℈. se. gumi arabici hoc medicamen preseruat a sputo sanguinis consolidat et confortat membra

annelitũ. Ad idẽ confert puluis granorũ acetosorũ torrefactorũ sumptus cũ aqua cisterne dosis. ℈.ii. et flos lambruci puluerizatus et cõsimiliter sumptus uidelicet istorum medicaminũ hanc intentionem implentiũ sumat mõ unũ modo aliud.

## Quinta intentio que ẽ

correctio accidentiũ potentiũ ad sputũ sanguinis pducere cũ inter omnia nullũ sit piculosius quã tussis quã ista domina patitur cuius causa est materia catarralis a capite ad pectus oportet ipsius curã ponere que duobus perficitur instrumẽtis dieta et potione. Dieta quãtum ad cibũ et potũ quando materia multa descendit et tussis est uehemens et pectus plenũ humiditate sit sorbitio facta cũ de aqua fursuris zucaro et oleo amigdolarũ dulciũ et confert brodiũ cicerũ et farina eorũ quãdo ex ea fit ferculũ et auellane sicce et in uase fictili torrefacte ita ut a cortice mundent᷑. deinde trite et cũ aqua mellis sumpte conferũt ultime tussi antique potus cõuenientior est aqua mellis quã uinũ pro sapore uti potest uino granatorum dulciũ aromatizato cũ speciebus que sic fiũt. Re. cinamomi electi gardamomi croci macis liquiricie anna. ʒ. sem. zucari albi ad pōdus oim et cũ ferculis suis utatur istis speciebus. Recipe zenze. albi cinamomi electi. anna. ℥. sem. gariof. gardamomi croci anna. ʒ. sem. pistent᷑ et cribentur et fiant species in fine mense utatur coclear io uno infrascripte tragee sine aliquo potu Recipe liquiricie anisi anna. ʒ. i. sem. garioff. cubebarũ anna. ʒ. iiii. macis. ʒ. ii. passularũ enucleatarũ lib. i. liquiricie et gariofili. incidant᷑ in pua frustra et omnia simul misceantur et de hac mixtura siue tragea accipiat in ultimo mense coclearium unũ ut dictum est in reliquis uero rebus seruet ordinem qui dictus est in regimine pricipali per dietã.

## Cura per potionem

quinq; habet intẽtiones. Prima est materiei digestio. Secunda est eiusdẽ euacuatio uel saltem diminutio. Tertia ẽ ipsius materiei diuersio. Quarta ẽ catarri abscisio et alteratio male cõplexionis capitis et eius cõfortatio. Et qa catarrus istius domine habet ptem subtilẽ et ptem grossam uiscosam in eius tamẽ cura oportet magis attẽdere ad catharrũ grossum et uiscosum et ad curã male cõplexionis frigide et hu. in cerebro q̃ est cã dicti catarri sed quia Mesue dixit ꝙ fiat subtiliatio et diuisio in catarro grosso et uiscoso hoc tamẽ absolute non sic debet intelligi quia apitiua subtiliatiua et incisiua sunt in pricipio dãda quia talia in principio sumpta catarrũ augerẽt dato etiã ꝙ materia esset fri. sed talia conueniũt post materiei minorationẽ.

## Prima intentio.

Adimpleat᷑ i pricipio cũ digestio ꝙ sic fit stãte in capite materia multa. Re. sticados arabici capillorũ ueneris an. m. i. passularũ enucleatarũ sebesten an. ℥. i. dactilorũ caricarũ an. numero octo fiat decoctio in sufficiẽti quãtitate aque postea colet᷑ et colature addat᷑ zuccari quantũ sufficit et fiat iulep longũ et aromatizetur cũ mace et nucis mus. dosis est. ℥. iii. se. det᷑ in aurora calidũ. sed postquã materia fuerit minorata aut i capite a principio pauca materia contẽta fuerit digerat᷑ cũ infra scripto syru. Re. serpilli acori radicũ peonie pireti costi an. ʒ. iii. origani ysopi bertonice sticados arabici sansuci an. ℥. se. florũ roris marini carui sileris mõtani anna. ʒ. ii. se. cassieligne carpobalsami xilobalsami an. ʒ. ii. ferueant oia mõ grosso pistata in sufficiẽti aque q̃titate deinde colet᷑ et colatura siropizet᷑ cũ melle et aromatizet᷑ cũ nucis mus. cubebis et gariofilis. Re. supradicti syru. ℥. ii. aq maiorãe ℥. i. se. saluie. ℥. i. misce uel digerat᷑ materia cũ syru. desticados et sumat ipm in aurora calidũ quousq; appareat i urina digestio medi co presẽti. Ab extra uero digerat᷑ materia cũ saculis plenis milio et sale torrefactis aut cũ pãnis calefactis. unde mesue sit calefactio capitis cũ milio et cũ sale aut pãnis calefactis et aliis q̃ in soda fri. dicta sunt igit᷑ fiat sic. Re. milii torrefacti lib. i. salis torrefacti lib. se. et apponant᷑ in saculo lineo subtili demũ calefiat et calidus capiti supponat᷑ et cũ infrigidat᷑ iterũ calefiat et sic fiat. iiii. aut. v. uicibꝫ stõaco ieiuno demũ coopiatur caput taliter ut seruet caliditatẽ sibi impressam p saculum ualet etiam multũ saculus q sic fit. Re. sticados arabici corticũ citri macis an. ʒ. iii. milii. ℥. i. nucis mus. cubebe spice an. ʒ. i. sansuci rorismarini an. ℥. se. ponant᷑ oia in saculo postquam fuerit mõ grosso pistata milio excepto et calefiat sup tegulã et capite prius abraso supponat᷑ et cũ infridat᷑ reiteret᷑ donec sẽtiat ad intra craneũ caliditatẽ peruenisse. hec q̃ ab extra approximant᷑ melius ẽ admistrari post materiei miorationẽ. unde Auic. dixit. deinde. s. post euãtionẽ minoratiuã admistra ꝙ narrat᷑ ex uaporatõibꝫ et suffũigatiõibꝫ et aliis cũ obseruatiõe ne administret᷑ sup repletione.

## Secunda intentio

completur cum materiei euacuatione et hec p̄/mo respiciat membra supiora et etiam caput. ii. fiat pticularis euacuatio ex ipso capite. De conuenientibus ad primā euacuationem sunt pillu. cochie de quibus dixit Auic. q̄ pill. co chie sunt illi in quo perseuerant catarri estate et hieme ex curis bonis et magis iuuatiuis. Recipe pill. cochiarū. ℈. ii. bdelii. ℈. sem. mi sce et reformentur pill. v. has sumat post ma/teriei digestionē p duas horas ante diem et po test super eas duabus horis dormire inde stet ieiuna horis quinq̄ ab hora supradictarū pil lu. assumptione et tunc capiat medium ciatū brodii cum. ʒ. sem. zucari rub. Et inde ad ho ram comedat. Ad idem ualet pill. de yera Ni colai uel uerius de yera galieni composita et cum eis permisceatur. ℈. sem. bdellii aut gu/mi arabici.

## Tertia intentio.

Euacuatio fiat ex ipo capite cum capupurgiis et masticatoriis capupurgiū leue fit ex succo radicum celidonie naribus attracto et simili/ter ex succo cauliū post residentiā. Aliud cō/ueniens quod hoc modo fit. Recipe succi bli tis minoris et succi maiorane anna. ʒ. i. uini albi optimi. ʒ. ii. calefiat totum et ore pleno a que p nares attrahatur. Masticatoriū conueni ens. Recipe masticis gra. vi. comasetur i ore et inde addantur gra. iii. piperis et masticetur et spuat quod ad os currit et cū uirtus piperis dissoluta fuerit accipiat alia tria grana et hoc modo cōtinuet per quartā ptem hore. Aliud efficacius priori Recipe masticis gra. viii. sta fisagrie piretri anna. ℈. sem. incidantur inci/dēda mō grosso et masticenī oia simul. Euta/cuant etiā sternutatoria et gargarisma sed eo rū usus est mihi in hoc casu suspectus idō de his nō facio mentionē. Fiat fricationes ptiū inferiorū cū ligaturis dolorosis coxarū pro/pe inguina cū appositione uentosarū sup na/tes et sub poplite. Diuertit etiā materia cum clisteribꝫ et cū capupurgiis et masticatoriis de quibus dictū est. et de diuertētibus ē attractio materiei ad cutim capitis cuiusmodi esse post remotionē crustarū quas habet in capite frica re loca cū cepe squillitico in aceto infuso et cū locus bene rubeus esset et iā gemare cepit po nantur folia cauliū et mutent et ad idem facit saculus qui sic fit. Recipe piretrū gariofilorū piperis macis cinamomi pulegii origani ser/pilli sansuci calamenti assari cubebarū spice corticū citri an. ʒ. i. Et quādoq̄ addit. ʒ. se. stercoris colūbini quod aqua nō tetigit et cal pin calidus supponatur sed huius saculi usus nō cōpetit nisi post bonā materiei euacuatio/nem cū pill. et eius si expedit reiterationem.

## Quarta intentio.

Adimplet cū rebus catarrū sistentibus et ma lā cōplexionē capitis remouētibus de sistenti bus sunt thus et mirra quādo alterius istorū deglutiunt gra. iii. ut dixit Mesue et si retine antur i ore etiā conferūt et spica in ore rentē/ta secundū longitudinē noctis expta ē ut uo/luit Mesue. Ad idē faciūt pill. iste Rec. mir/re. ʒ. sem. olibani. ʒ. ii. radicis arnaglosse sic ce castorei croci an. ℈. ii. storacis rubee cina/momi liquiricie gariof. an. ℈. sem. pistentur omnia et cū geleniabim reformenī pillu. nu/mero. vii. de quibus summat. iii. quādo uadit dormitū. Alie pill. efficaciores quibꝫ utor Re cipe castorei storacis sicce thuris cassie lignee croci et opii an. ℈. sem. fiāt pill. similes gra/nis piperis cū geleniabim de quibus dentur. iii. quādo uadit dormitū. Ad idē ualet. ʒ. i. sem. boliarmeni subtilissime pulerizati sū pti p sex horas post cenā cū uino albo pauci/fero. Itē Recipe nigelle p noctē in aceto infu se postea exsiccate et inde torrefacte ultimo pi state et ligentur in sindone rara et frequenter odoret et similiter suffumigatio facta cū ea. Ad remotionē male cōplexiōis frigide et hu. capitis uidelicet multū electuariū q̄ sic fit Re cipe nucis mus. gardemomi gariof. cubeba. anna. ʒ. ii. liquiricie mūde. ʒ. iiii. zenze. al/bi. ʒ. i. sem. zucari quantū sufficit et fiat elec tuariū de quo sumat quādo uadit dormitū ad quātitatē unius castanee et sequat potus pau ci uini albi ualet ad idem diamus. et dia am/bra. Cōfert multū ad sistendū et alterādo ma lā cōplexionē capitis puluis macis et thuris p tibus equalibꝫ quādo puluerizat in introitu lecti sup comissuras capitis. s. coronalē et sa/gitalē lotio cōueniens ad eandē intentionem. Re. origani mētastri assari baccarū lauri gra norū iunipi radicū affrodillorum edere terre stris granorū iunipi an. m. i. buliat i urceis. iiii. aq donec reddeat ad. iii. Postea supradcā decoctio colet p cineres uitis aut quercus et fiat lixiuiū cū quo lauet caput capillis prius amotis. et cū lotū fuerit cū pdicto lixiuio statī lauet cū uino maluatico in quo thus et sanda raca bullierint et inde caput bene exsiccetur.

Ad idem facit receptio fumi xiloaloes quando super carbones ponitur et ad nares recipitur confortat cerebrum et sistit catarrū

istorum medicaminum usus sit alternatim et horum unus magis quā altero secundum exigentiam dispositionis. nam si catarrus magis infestaret sistatur ad hūc magis attendat. Si uero non multum molestaret intentio magis sit ad alterandum malā complexionē frigidam et humidam capitis

## Secunda pncipalis

intentio que fuit ad remotionem secundi accidentis. s. difficultatem anhelitus perficit hoc modo. nam cum sentit pectus plenum humiditate utatur cibis abstergentibus et mundificantibus pectus de quibus dictum est in regimine uniuersali per dietam. et utatur hoc electuario quod sic fit. Recipe capillorum ueneris recentium liquiricie seminis feniculi an. ʒ.ii. pulmonis uulpis. ʒ.iiii. zucari quantū sufficit et fiat electuarium de quo sepe teneat in ore ad quātitatem unius fabe grosse et ducat lingua hinc inde per os et deglutiat quod liquefit ꝙ si materia in pectore contenta esset grossa et uiscosa cum predicto electuario misceatur ps tertia loch de squilla de quo retineatur in ore ut dictum est. Si uero non multū tussiret respectu consueti et materia in pectore esset subtilis teneat in ore de infrascripto electuario sicut dictum est de primo.

Recipe seminis papaueris albi spodii seminis lini torrefacti croci anna. ʒ.ii. granorum nasturtii medulle granorum cotti amigdolarum amarum fabarum anna. ʒ.vi. pistentur pistā da subtilissime et cum faba siue rob uini et penidiis ptibus equalibus penidi. dissoluantur cum decoctione ficuum et fiat electuariū. Si uero accideret catarrus cum sputo sanguinis fiat hoc loch.

Reci. medulle cancrorū fluuialium preparatorum ut dictum est in regimine uniuersali per dietam. ℥. sem. lingue arietis lingue canis buglosse mellisse uirge pastoris anna quartam. m. passularum liquiricie an. ʒ.iii. semis malue. ʒ.ii. sem. fiat decoctio usqꝫ ad consumptionem duarum ptium et recipe de ea. ℥.iii. sirupi de papauere sape zucari albi an. ℥.i. se. deinde addantur pinearum mundatarum. ʒ.ii. amigdolarum dulcium semis citoniorum draganti gumi arabici anna. ʒ.i. et fiat electuarium dosis est coclearium unum quando uadit dormitum. et aliud ante uesperos.

Ad pectus fiat inunctio cum manu calida ante prandium et cenam cum infrascripto unguento. Recipe olei amigdolarum dulcium. ℥.i. olei laurini. ℥. sem. pinguedinis anatis. ʒ.ii. butiri recentis. ℥. sem. croci. ℈.ii. cere parum et fiat unguentum molle. Ea que catarrum prohibent conferunt ad hoc accidens de quibus dictum est si puenit ex debilitate neruorum ad pectus uenientium.

## Ad tertium accidens

Vtatur sepe infrascripto puluere a me experto etiam in mulieribus pregnantibus de quibus dubium est ne propter uentositatem abortiant. Recipe cimini in aceto infusi per noctem et postea torrefacti. ʒ.ii. ameos zenze. castorei anna. ℈.ii. pistentur subtilissime et cribentur dosis. ℈.iiii. cum paruo potu uini. et sic usus per plures dies hic puluis non solet me decipere.

Ad dolorem stomaci uentosum et matricis cōfert usus istius pulueris. Recipe dei onici. ʒ.i. sem. cinamomi electi galange zedoarie anna. ʒ.i. pistentur et cribentur subtilissime et fiat puluis dosis. ʒ.i. cum modico potu uini albi. Ab extra fiat hec unctio. Recipe ameos carui anisorum anna. ʒ.i. calami aromatici. ʒ.ii. buliant omnia prius tamen modo grosso pistata in. ℥. decem uini albi usqꝫ ad consumptionem duarum ptium postea coletur et colature addantur olei de spica olei de masticce anna. ʒ.vi. buliant simul usqꝫ ad consumptionem uini deinde addantur galāge cinamomi gariofilorum. anna. ℈.i. ciperi. ʒ. sem. lapidani. ʒ.i. sem. cere albe quantum sufficit et fiat unguentum molle.

## Ad quartum accidens

scilicet totius corporis macilentiā uersetur in aere tempato et utatur exercitio tempato et loco exercitii conferūt fricationes facte cū manu postquā expercecta est a sōno sit leta et gaudens de se et salute sua bene speret utatur cibis dulcibus et unctuosis et insipidis ut dixit almansor de quibus est assumptio lactis uaccini a quo butirū est extractū quantitatis. iiii. ℥. postquā stomacus est ieiunus et nihil aliud cū eo sumat deinde stet tribus horis ne aliqd sumat neqꝫ super ipsum dormiat et continuet ipsum. x. diebus et frumentū de pilatū et inde in brodio coctū conuenit et similiter risum lacte decoctū. et ferculū quod sic fit. Re. grano ū cicerū rubeorū quantū uis et infundāt in lacte uaccino p diē et noctē. postea exsiccētur et puluerizenť. deide sumať de farina eorū frumēto trito et rizo et ordeo tritis an. ʒ.xx. panis de simula fricati. ʒ.xxx. et fiat ferculum ad modum ptisane cum lacte uacci

no et oleo amigdo'arum dulcium de hoc fer/culo sepe utatur. Carnes conuenientes sunt sicut anatis ut dixit Auic. et gallinarum uitel li ouorum epata gallinarum tesiculi gallorũ uinum sit rubeum et dulce non tamen nimis ne opillaret Auic. ponit puluerem utilem ad impinguandum que sic fit. Reci. farine ami/di sarcacolle ptibus equalibus liniatur cũ bu tiro et conficeatur panis ex ipsis et ponatur i furno ad exsiccandũ. deinde pulurizetur de hoc puluere sumatur. ʒ. iiii. cum aqua frigi/da multis diebus. Ad idem facit electuarium quod sic fit. Recipe pulparum alarum et pec/toris caponis debite pinguis et non antiqui. ℥. vi. Amigdolarum dulcium excorticatarũ. ℥. i. fisticorum. ℥. i. pinearum mundatarum. deinde in aqua feruenti infusarum postea ex siccarũ. ℥. i. auellanarum mundatarũ. ℥. se. iniubarũ nũero vi. seinũ cõim friorũ maiorũ ℥. i. feminis malue. ℥. sem. semis portulace. ℥. ii. passularum sebesten anna. ℥. sem. ami/di. ℥. i. sem. liquiricie rase. ℥. sem. draganti gumi arabici anna. ʒ. iii. muscilaginis cito/niorum. ℥. sem. mente sicce. ʒ. i. nucis mus/cate macis anna. ʒ. i. sem. scorie ferri prepa/rate. ʒ. i. specierum aromatici rosati descrip/tione gabrielis. ʒ. iii. tria sandalarũ sine cam phora. ʒ. ii. penidiarum partes duas zucari trium coctarum partem unam de ambobus q̃ tum sufficit pro confectione.

℄ Caro prius subtilissime incidatur deinde pisteur et cetera pulurizanda puluerizen/tur. deinde cum parte una absinthii et parti/bus duabus aque borraginis et mellisse fiat de medietate confectio in forma solida i mor/sellis quorum quilibet sit trium. ʒ. De altera medietate fiat electuarium de morsellis de q/bus unum summat per duas horas ante prã/dium et aliud per horam unam ante cenam. Si uero summit electuarium capiat unum co clearium eisdem horis hoc tamen regimẽ im pinguatiuum debet sequi regimen sanguinis prohibitiuum siue preseruatiuum.

## Ad quintum accidẽs

utatur infrascripto ellectuario ꝙ humiditates matricis desiccat et ipsam matricem confor/tat et prepat eam ad conceptionem.

Recipe galange xiloaloes cinamomi zenze. anna. ʒ. i. blance bisantie croci nucis musca. rosarum rubearum gardemomi macis pipe/ris longi trocisci diarodon sandalorum citri/norum sirici crudi ambre anna. ʒ. sem. mu/sci gra. iiii. confice cum zucaro albo dissolu/to cum syrupo ro. dosis est. ʒ. ii. cum potu p uo uini antiqui stomaco ieiuno sumpti.

Ad eandem matricis humorositatem confert suffumigatio ista.

Recipe galie musca. castorei bdelii laudani coaguli leporis nucis musca. anna. ℥. sem. de coquantur in aqua et lauent pudibunda et suf fumigetur matrix cum ea cum emboto uideli cet ad idem lotio porte uulue cum de coctione scorie ferri et thuris et confortat matricem ad retinendum. nam sunt suprascripta medica/mina matricis exsiccatiua et confortatiua ei/usdem et parãt ipsam ad concipiendum.

℄ Finis.

℄ Bauerius de Baueriis.

## Egritudo mag

nifici uiri Virgilii de Maluitiis est dolor incipiens a iunctura dicta scia et procedit usq ad tibiam ꝙ sciatica solet appellari istius doloris causa est mala complexio frigida et humida materialis que dolorem imediate causat. pre/dicte male complexiõis materia frigida et hu mida a capite descendens ad loca dolescentia cum dolor sciaticus sit ex uehementibus do/loribus iuncturarum ut testatur Auicẽ. xxii. tertii. et de natura doloris ẽ membrum cui in heret debilitare omni studio insistendum ẽ ad eius curam. nam quantum membrum debili us fieret tanto cura difficilior esset. Hec ego Bauerius ex signis sufficientibus et apparen tibus collegi uolentem suprascriptam egritu dinem per balneum curare oportet eligere il/lud quod sit calefactiuũ et exsiccatiuum cui/usmodi sunt balnea habentia minerã sulphu ris ꝙ si cum eo fuerit aliquid alluminis non nocebit qualia sunt balnea sancti Philippi et Petrioli inter que tamen est differentia quoni am balneum sancti Philip. plus habet sulphu ris minusq de aluminis quam balneum Pe trioli et ideo ad loca profunda citius penetrat et uehementius calefacit quam balneum Pe/trioli sed minus confortat. nam balneũ petrio li cum plus aluminis quã balneũ sancti Phi lippi et alumẽ sit sicce et stitice cõplexiõis rõe sue stipticitatis unit ptes mẽbri aut saltẽ minus rare facit quapp mẽbrũ cõfortatᷣ aut minus

debilitatur. Et hec est causa quare aqua petrio li non ita cito penetrat in substantia membri cum sit coniuncta sutiicitati maiori quã aqua sancti Philippi que probibet eius citam ꝓfun dationem. Et ex his patet ꝙ cum materia faci ens dolorem sciaticum profundetur in iunc/ tura et in ptibus ipsarum circũstantibus ꝙ a qua illius balnei que magis resoluit et magis se profundet citius eam materiam finiet. un/ de habita hac intentione conueniret magis in casu preposito balneum sancti Philippi quã petrioli tanquã citius consumens et materiã ante dictam resoluens. Attamẽ mihi plus pla cet balneum petrioli in casu isto quia et si tar dius operatur tamen quia sua operatio est cũ maiori confortatione aut minori debilitate ꝙ in hoc magnifico uiro attendendũ est cum sit corpus macrum calidi epatis facile resolubi/ le. est etiam balneũ candanellorũ cuius usus non parum confert stomaco et epati suo cali/ do. habet enim predictum balneũ minerã fer ream que dictis dispositionibus conuenit ut apparet per Auic. secunda primi ca. quidã or nate loquentium laudo tamen cũ petrioli stete rit magnificentia sua. xx. aut. xxv. diebus et usa fuerit balneo secundũ modum qui infra ponetur. si non senserit se curatum balneum sancti Philippi petat et ibi ad sciam aquã su/ mat secundum modum qui infra describitur. Ordo seruandus in balneo petrioli est cũ ma gnificentia. v. petriolum applicuerit quiescat per duos dies absq; usu alicuius balnei et eo tempore si uenter non fuerit obediens fieri fa ciat unum enema ꝙ inferius ordinabo. Die tertia in ortu solis accedat ad balneum calde/ nalarum in quo nuda stabit per mediam ho/ ram aut per horam si ex mora in eo debilitatẽ nõ senserit. Cum ex balneo egreditur intret lectum et corpore mediocriter pannis tecto ex periatur sudare. si sudauerit sudorem pannis calidis abstergat si uero non sudauerit cum i lecto steterit p duas tertias hore se induat po/ stea ad horam prandeat et hac die nihil ampli us faciat. Quarta die a die accessus ordinem consimilẽ obseruabit qui dictus est obseruari debere in tertio die. v. in ortu solis accedat ad balneum militũ quo corpus balneet p duas tertias hore aut per horam si sibi non molestũ fuerit et balneum exeũte lectũ ingrediat̃ mo/ dum obseruet qui dictus est in balneo calda/ nellorum cũq; induta fuerit uadat ad duciam balnei petrioli et eam ad caput suscipiat in ea pte capitis qua cõmissura sagittalis coronali coniungit̃ per horam unam et ab ea ducia in/ cipiat que minus existit calida cum a ducia se

paratur exsiccetur optime caput pannis cali/ dis et ultimo fricetur caput cum aqua que in/ ferius ordinabitur post prandiũ ad horas sep tem redeat ad duciam et similiter aquã ad ca/ put recipiat seruando modũ qui dictus est de mane seruari debere et hũc modum seruabit magnificentia uestra octo diebus continuis q erunt. xiii. a die accessus ad balneum hoc ac/ cepto ꝙ cum steterit per dies duos ad unam duciam permutetur ad aliam sibi propinquã paulo calidiorem nec laudo ut ingrediat̃ quot tidie in balneo militũ sed satis erit si ipsa fue rit usa eo bis i ebdomada et bis balneo calde nallarum seruando in eorum usu ordinẽ des/ scriptum. et reliquis diebus quiescat ab intro itu balnei sed non a ducia quam bis quotidie recipiat. Exactis suprascriptis. xiii. diebus p seueret bis in die aquam sumere mutando se ad duciam calidiorem cum minus calidã per unã aut duos dies susceperit donec ueniat ad eam que calidissima est propinqua ad tres du cias et ibi se firmet perseueret etiam balneare corpus quater in ebdomada bis in balneo mi litum et bis in balneo caldenallarũ sed hoc su peraddat ꝙ in sero cũ fuerit duciata et caput exsiccatũ accedat ad balneum magnũ petrio/ li et ibi stet in aqua usq; ad sciam inclusiue p spacium medie hore aut duarum tertiarũ hore si non fuerit sibi molestum et stãdo in eo bal neo sepe sciam cum tibia fricari faciat cum lu to eiusdem balnei cum balneũ egredit̃ lectũ intret et quiescat in eo per horam mediam po stea inungat sciam cum unguento ꝙ infra or dinabo et inde ad horã cenare poterit et hunc ordinem seruabit dõec petrioli steterit hoc ad iũcto ꝙ illis diebus quibus nõ utitur balneo neq; militum neq; candellanarũ de mane in ortu solis intret balneum magnũ petrioli ꝙ si sufferre posset aquam cadentem ad sciam et cum ea embrocare esset admodum utile. Sed dubito ne nimis corpus resolueret. nam et si aqua petrioli nimis uirtualiter sit calefactiua quã balneũ sãcti Philip. cũ habeat minus sul furis actualiter tamen nõ habet minorem cali ditatem ut notat experientia et ideo arbitror tutius sit illi aque se non exponere absolutis. xx. diebus aut. xxv. aut. xxx. diebus petrioli si uidetur adhuc superesse dolor anche et tibie laudo ut supradictum est petat balnem sancti Philippi cui sciam exponat et aquam ab alto per duos aut tres palmos ad eam recipiat per spacium unius aut duarum tertiarũ hore bis i die ante prandium per horam et ante cenam prandio iam digesto ꝙ si ter idem balneũ aut quater ad caput acciperet in ebdomada lauda

rem seruando modū qui dictus est in balneo petrioli. Tempus standi ad sanctū Philippū erit breuius aut longius secundū utilitatē et iuuamentū ꝙ ex usu eius pcipiet. Et ut Magnificentia uestra eam consequatur utilitatem quā desiderat et quā ego non minus opto subiungā quasdā regulas obseruandas et modū succurrendi quibusdā accidētibus que interdū utentibus balneis predictis solent accidere. Remedia prima quicūꝗ balneo utitur sumat cibaria leuis digestiōis et facilis penetrationis et boni nutrimenti que non sint multū frigida nec opillantia de quorū numero ē panis unius diei debite coctus et cōueniēter fermentatus in cuius cōfectione ponatur aliqd salis et carnes perdicū fasianorū turturū pipionum colūbarie uolare incipientiū paruarum auium sicut sunt turdi merule ficedule filomena etc. Caponū iuuenum et iuuenū gallinarum pullorū edi uituli lactantis agni annualis et castrati carnes cōuenientes asse quā alisse preparantur si stomacus suus bene digerit. aut non obstet uentris stiticitas. nam si uenter stiticus esset melius esset ut ellissarent salitem de mane et eo casu uti posset ferculo facto ex borragine blita spinaciis cū modico petrosillo ꝙ si ferculū delectat uti potest farre brodio cicerū rubeorum milio panico pane cocto aut brodio in quo panis infundatur uel ferculo cū ouo facto. Conceduntur etiā oua sorbilia recentia aut in aqua cocta reiecto prius albumine herbas frigidas et humidas dimittat sicut portulaca latuca spinacia et nisi cum eis ponerentur herbe calide remittētes eorū frigiditatē sicut feniculus petrosillus etc. Dimittātur legumina lac caseum butirū et omnes fructus frigidus et hmōi cuiusmōi sunt Cerasa pruna mala precipue citonia et pira et uue recentes et granata acria mellones citrulli. Cōcedantur ex fructibꝰ uue passule amigdale ex corticate fistici et caritte albe uinū sit album aut subrubeū clarum subtile medium inter dulce et bruscum ꝙ si eius potentia siue nocumentū timeatur propter neruos frangatur eius potentia cum aqua simplici cocta. Secūda regula a potu quocūꝗ cauendū est tempore quo est in balneo aut postquā balneum exiuerit per horam mediam donec corpus sit a caliditate a balneo suscepta mundū si tamē sitis adeo fuerit intollerabilis ut cogatur bibere aut inter prandiū et cenā sitis ualida esset. sumat aquā prius coctā cū zucaro albo cui p misceatur una ps suci seu uini granatorum murzorū aut dulciū aut in ore tenere zucarum canditū aut prunū unū siccū in aqua prius infusum. Tertia regula ē antequā corpus se balneo exponat prius debet debite purgari etiam cū reiteratione purgationis si una non sufficeret nocet eni balneū corpibus repletis ut inquit Ali. iii. sue practice. Quarta regula nō ingrediatur balneū nisi pulsis superfluitatibus prime et secūde digestionis aut saltē prius expurgari tentet cum suppositorio ex sale et melle aut radice blite uel petrosilli aut radice que comeditur sed quecūꝗ istorū fuerit liniatur cū melle sale cōmixto antequā supponatur. Quinta regula nō est standum in balneo aut ad duciā si senserit debilitatē aut dolorem aliquē superuenientē imo illico balneum egrediatur aut a ducia remoueatur. Sexta regula nō accedat ad balneū aut ad duciā si senserit cibū prius assumptū nō esse digestum et ob hoc comedatur nec cibū capiat usꝗ ad saciatatem imo a mēsa surgat cum reliquiis famis Septima regula ē ne pp balnei caliditatem si materie liquefierēt et peterent ptem lesam ut earū nocumentū phibeatur fiat hoc defensiuum quo supra iuncturā scie p tres digitos liniatur cū uoluerit se uestire et in lecto steterit post exitū a balneo. Recipe sandarace. ii. ʒ. spodii rosarū accacie sumach ypoquistidos balaustiarū psidiarum an. ʒ. i. farine uolantis molēdini. ℈. i. se. sief memite. ʒ. iii. suci plantaginis et olei rosati an. conficiātur sic terrātur oīa et ponātur in mortario plūbeo et cū pistello plumbeo terrātur paulatim addendo sucū plātaginis et oleum rosatum et tādiu in mortario ducātur donec acquirāt formā unguenti et addātur uitelli ouorum numero. ii. et optime incorporētur. Octaua regula ne pars subtilis materiei faciētis egritudinē resoluatur et grossa remaneret ungātur loca dolentia cū unguēto ꝙ statim ordinabo quādo induitur post exitū a balneo. Re. oleorum sisamini et amigdolarū dulcium recētium an. ℈. i. se. medulle cruris bouis sepe castrati et pinguedinis anatis et galline an. ʒ. vi. uitelli ouorum numero. ii. croci. ʒ. i. dissoluātur pinguedines et colētur deinde ponātur oīa in mortario et diligēter incorporētur et in fine addatur armoniaci in aceto dissoluti. ʒ. x. et inuicē incorporētur donec ueniāt ad formā ungueti. Et hoc medicamē applicitum loco dolēti solet dolorē sedare. Nona regula cauēdum ē a frigore et statione extra domum post occasum solis a uētis et pcipue post exitum a balneo dum corpus ē calidum. Solēt interdum balneo utētibus quedā superuenire accidētia quorum unum ē oculorum rubedo cui si euenerit succurratur ponēdo duas uentosas super spatu

las que ibi dimittant̃ p.xx. ptem hore inde re motis fiãt ad inferiores ptes fricationes scilicet brachiorũ et tibie nõ lese et sup oculũ uel oculos ponatur pãnus subtilissimus lini sup quẽ ponatur corũ infusum in albumie oui cõquassati cũ aqua rosata et sepe renouat̃. C essato dolore si oculi rubei remanerẽt ponatur ter aut quater in die in oculo rubeo puluis zucari canditi et cũ oculi dolere incepint aut rubere desistat̃ a ducia donec cessauerit dolor.

Aliquãdo accidit uẽtris frigiditas cui puidet̃ accipiẽdo caput castrati ꝙ tam diu bullire permittatur cũ. ʒ.i.sem. anisorũ donec caro ab ossibus separetur de eo brodio colato capiant̃ ciati quattuor quibꝫ addãtur mellis. ʒ.ii.uitelli ouorũ.ii.salis.ʒ.ii.sem.et stomaco ieiuno supponat̃ calidũ.si cõtingeret ꝙ a capite descenderet materia et figeretur in faucibꝫ aut pectore et faucibus aut stomacũ cõturbaret sumat per horã ante diẽ istas pill. Recipe pillu. de yera cõposita. ℈.ii.sem.fiãt pillu.v.et illo mane nõ egrediatur balneũ nec duciam ad caput suscipiat i sero.v.si pill.fuerint opate poterit aquã ad caput suscipere. Aqua de qua superius mentionẽ feci cũ qua fricari faciat caput et retro collũ postquã exsiccatũ fuerit cũ surrexerit a ducia. Reci.aquã uite quater sublimate lib.ii.laudani storacis sicce an.ʒ.iii. thuris sandarace.ʒ.i.sem.pistent̃ mõ grosso et infundant̃ in aqua suprascripta et in uase uitreo optime claudatur etc.

C Finis.
C Bauerius de Baueriis.

Dispositio nobilis uiri Philippi filisini est tensio seu inflatio existẽs in parte sinistra uẽtris incipiẽs circa locũ splenis et ptenditur usqꝫ ad sumũ et hmõi dispositio licet p aliquos annos fuerit in pte sinistra a pauco tamẽ tẽpore citra incipit infra umbilicũ declinare ad ptem dextrã aliquãdo supra nominata dispositio a sua cã denominat̃ et uocat̃ uentositas istius dispositionis triplex ẽ causa una cõiuncta siue imediata alia ẽ antecedẽs. tertia est primitiua. Causa imediata ẽ uẽtositas cõtenta in intestinis siue in cõcauitate intestinorum que extensionẽ siue inflationẽ facit i eis cũ est quieta sed cũ mouit predicta uentositas aut cõpressione aut natura tẽtãte ipsam expellere facit rugitũ et gurgulationẽ. unde.xiii. tertii tractatu .v. Omnes cause inflationum sũt ipse cause rugitus cũ accidũt ille cause inflationis et nititur natura expellere eas et nõ potest et nõ expellũtur ad supiora nisi ad inferiora imo cõmouent̃ in uasis intestinorũ tũc est rugitus et sentitur ẽt sonus si quis presserit uentrẽ aut ipse patiens incliner. Causa antecedens ẽ duplex una efficiens alia materialis.efficiẽs ẽ caliditas naturalis debilis potẽs materiã subtiliãdo dissoluere sed eã nõ põt resoluere quare Ali.ix.suo tractatu ca.xxviii. inflatio et rugitus ab iteriori fiũt cã cũ stomacus ualidi nõ ẽ caloris q cibos digerat et subtiliet ac ab eis uẽtositates discipet. Materialis cã est humor aut chilus existẽs i intestinis aut stomaco in quẽ calor naturalis debilis agit et ipsum facit euaporare. De causis antecedẽtibus ẽ epatis istius iuuenis caliditas q̃ materiã in stomaco euaporare facit et uapores illi ad intestina puenientes inflationẽ siue tensionẽ causant si quieti fuerit.si uero mouent̃ faciũt rugitũ et mõ cõsimili mala cibi digestio ẽ causa supradicta dispõis. Causa autẽ malicie digestionis stomaci.et si plures cause possint noiari precipue puto i hoc iuuene esse humiditatẽ a capite ad stomacũ descẽdentẽ que calorẽ ipsum stomacũ obtũdit et digestionẽ impedit.

Cãe autẽ primitiue esse possunt plures ex quibus ẽ aer frigidus corpi occurrẽs aer turbidus accidẽtia aĩ ut ira tristitia timor et superfluus coitus pcipue factus cũ cibus est in stomaco motus uehemẽs factus imediate post cibum et breuiter oẽ forte exercitiũ specialiter imediate post cibũ factũ somnus supfluus pcipue in die aut post cibũ imediate factus cibi uẽtosi et q sunt difficilis digestiõis ut panis agimus aut nõ bene coctus cibi q ex pasta fiunt agima ut lagane macaroni et similes Carnes difficilis digestionis ut salite bouine et similes et interiora aialiũ sicut cor pulmo stõacus intestina splen etc. Herbe uehemẽter calide ante corpis purgationẽ et frigide et hu.et fructus herbarũ ut cucurbite citrulli et mellones. Ex radicibus nocẽt alea corpa nõ purgata et cetera acrumina legumina oia uẽtosabilia sunt. Et fructus recẽtes frigidi et hu.de q bus in regimine et de aliis rebus diffusius dicã. Vẽtosabile ẽ uinũ dulce precipue grossũ et uinũ plurime cõmixtiõis cũ aqua. Ex rebꝫ autẽ uẽtositatẽ causantibus ẽ cũ cibus nõ sumitur hora cõuenienti queadmodũ si accipere tur cibus primo nõ digesto aut si maiorẽ cibi quãtitatẽ accipet quã stomacus bene digerere posset aut esset ordo indebitũ in assumẽdo de quo plus uel potus nimius faciẽs in stomaco supnatare cibũ et alie possunt esse cause quarũ cognitio manifestabit̃ cũ ponã curã p die

tam. Sed circa hec dicta merito quis dubitabit quare est ꝙ illa inflatio siue dispositio de qua dictum est magis fit in latere sinistro quã in dextro cũ eadẽ cause uentositatis generatiue reperiri possint aut sint in pte dextra sicut sinistra. nam debilis caliditas naturalis q̃ ponitur una ex causis ita uidetur cõmunicari lateri dextro sicut sinistro et humor siue chilus aptus euaporare ita in pte dextra est reppibilis sicut in sinistra. Preterea si epar istius dispositionis ẽ cã magis huc refectũ cõicare debet cũ causa directius aspiciat. si autẽ a stomaco uẽtositas mãdatur non magis mittit̃ lateri dextro quã sinistro et ita in utroq; debet sentire. Respõdetur ꝙ latus dextrũ est calidius sinistro pp epar ꝙ directius et de ppinquo magis ipsum respicit quã sinistrũ est insup latus sinistrũ frigidius pp splenẽ caliditatẽ eiusdẽ ptis remittentẽ. Ex quo sequitur quod fumi siue uapores uel actione caliditates facientes in eadẽ pte materiã euaporare aut ab alio mẽbro ad candẽ ptem uapores siue uentositates transmittant̃ magis resoluunt̃ et dissipantur pp illud latus esse calidius quã latus sinistrũ imo in latere sinistro uapores potius trãsmissi ingrossant̃ et qui in ea pte actione caloris eleuãtur grossiores sunt ratione caliditatis debiliores et minus materiã euaporabilẽ subtiliantes põt etiã causa esse quia latus dextrum est fortius sinistro secundũ membra fortiora suas transmittũt supfluitates ad debiliora ut prima pmi cap. de mẽbris ad finẽ. Et ita uapores siue uẽtositates ad ptem sinistrã transmittit. Facile intelligere poterit unusquisq; causas supra assignatas esse ueras in generatione uẽtositatis. Si considerent̃ esse cause ppter quas uẽtositates nõ generant̃ in corpore quarũ una est caliditas naturalis fortis que cũ sit potens dissoluere materiã est etiã potẽs ipsam resoluere per oppositũ. Caliditas debilis naturalis potens dissoluere et nõ resoluere uentositatẽ causat. unde Auicẽ. xiii. tertii tractatu. v. quãdoq; fit. s. uentositas pp caliditatem digestiuã cũ est debilis cibus nãq; quãuis sit nõ inflatiuus in natura sua tunc cũ debilitatur in ipso caliditas euaporat et facit accidere in ipso uentositatẽ. Secunda causa est cibus nõ uentosabilis sicut qui est facilis digestionis nõ inflatiuus qui est p oppositũ q̃ ẽ inflatiuus uẽtositatis ẽ cã. unde Auic. ut supra quãdoq; fit pp cibũ cũ in ipso ẽ humiditas extranea que cõuertitur in uẽtositatem et nõ est possibile caliditati si ẽ equalis ut resoluat eã ita ꝙ nõ resoluat ipsam ad uẽtositatem Tertia cã est cũ caliditas ẽ ita debilis q̃ sua debilitate respectu tempare possũt frigiditas appellari nõ potest facere materiã euaporare q̃ uentositas nõ generat̃. unde Auic. ubi supra si priuet̃ caliditas oio nõ associatur ei inflatio et si fit. s. illud i quo agit ex inflatiuis de istis tribus causis simul dixit Auic. ca. supra allegato oẽ a quo nõ accidit inflatio nõ accidit ab eo inflatio nisi aut pp se ipsum ab illo in substantia sua aut pp duas res pp ipsam quarum una est dominiũ caliditatis sup ipsam altera frigiditatis quod nõ mouet aliud. Addit̃ causa quarta q̃ est pfecta digestio cũ. n. cibus pfecte digerit̃ eius humiditas extranea si qua est in eo paulatiue cõsumitur absq; euaporatiõe impediente siue inflante et p oppositũ malicia digestionis uentositatẽ opatur. Signa generis nota sunt ex relatione paciẽtis et ex tactu et auditu. nã cũ ps uentris premitur sentitur rugitus aut cũ premens ipsum indicat̃. Signa causarũ sunt debilitas caloris naturalis agentis in materiã flegmaticã humoralẽ existẽtem in intestinis precipue i loco ubi passio cõprehenditur que facit materiã euaporare et eã cõuertit in uapores et uentositatẽ. nã illa tensio siue inflatio non ẽ a cibo qui uentosetur quoniã assumptio cibi boni et facilis digestionis non uẽtosi esset cã ꝙ talis passio nõ sentiretur hoc autẽ est contra experientiã nã ex bonitate et regiminis natura sentit alleuiationẽ nisi totalis causa ex pte digestionis quoniam ex eius bonitate nõ sentit magis alleuiationis cũ igitur cause uẽtositatis sint aut ex cibis uel ex digestionis malicia aut ex debilitate naturalis caloris ut ex superioribus adductũ est et nõ sit ex duabus primis causis relinquitur ꝙ sit ex tertia. Nõ nego tamẽ quin interdũ concurrat malicia digestionis pp multã stomaci humiditatẽ ad id etiã iuuat epatis caliditas illa dispositio nõ est negligẽda quoniam posset ex eius diuturnitate ad ydropẽ siccam perducere.

## Cura duobus medici

nalibus pficitur instrumẽtis. s. dieta et potione. Cura p dietã cõsistit in fugiẽdo ea q̃ sunt cõtraria et psequendo cõueniẽtia. Et prio ponam que fugiẽda sunt deinde que cõueniunt in unaquaq; re nõ naturali ab aere incipiẽdo

## De aere.

Nocet aer uehemẽter frigidus phibens euaporationẽ et eius resolutionẽ et aer calidus multiplicãs euaporationẽ et distrahẽs calorẽ naturalẽ a sua opatione ad exteriora et resoluit et debilitat quoniã aer hu. et grossus multipli

cat uētositates pp multiplicationē humiditatū grossarū inflatiuarum. et nocet aer qui p eius uentrē ingredit' sicut accidit illis qui bibunt. cum uase stricti orificii cuiusmōi est ampulla aut qui in gurgitādo bibūt trahūt ad interiora aerē unctet insup aerē uētosum precipue flāte austro uel borrea. Nocet insup corpis frigiditas et precipue pedū pariter nimia corporis caliditas. Caueat etiā loca hu. habitare et terrena. cōuenit aer clarus bene euētatus declināns ad calidi. et sicci. qui nō sit naturaliter fiat arte cū igne accenso in loco sue habitationis cū lignis siccis habētibus bonū odorē sicut sunt iuniperus sauina laurus abies etc. Aut suffumiget' cū thure sandaraca laudano aut storace sicca uel quercus iuniperi cū omibus istus mistis aut aliquorū istorū prius supponatur teneat corpus et extrema adeo secundū temporū uarietatē munita ut nō frigeat nec q nimia calidi. extuet habitet in loco a terra remoto inter duo solaria posito.

## De accidentibus animi.

Caueat ab accidētibus aī distrahētibꝫ calorē naturalē a sua opatione et precipue a bona dispositione cuiusmōi sunt tristitia timor ira multa sollicitudo et coitus qui ad accidentia aī reducitur et ppriē cum fuerit supfluus aut factus sup repletione cibi nondū digesti. cōuenit letari gaudere et bene sperare precipue de sanitate sua. et coitus p rara interualla facit natura ipsum mouere et nō uisio mulieris aut tactus et fiat post complementū prime et secūde digestionis. et tertia digestio incepta hoc autē tēpus cōiter est per septem aut octo horas a fine cene imediate precedētis.

## De motu et quiete.

Fugere debet oē forte exercitiū imediate post cibū factū siue fuerit pedester siue equester siue brachiis ludēdo aut dimicādo neqꝫ minus nocet longa quies. cōuenit post cibū leuis ambulatio cū uero cibus ē digestus in stomacho et epate et in mēbris pulsis primo supfluitatibus prime et secūde digestionis laudat' exercitiū excitans calorē siue equitādo siue ambulando fiat aut dimicādo uel quomodolibet aliter exercēdo adeo ut uene uideant' fieri grossiores uel q corpus uideatur sudare tunc est ab exercitio cessandū tempus inceptiōis ē cōiter p horas septē distās a cibo preassumpto loco exercitii. cōueniunt fricationes cū pāno calido ad tibias primo postea ad coxas et tamen ab humeris usqꝫ ad manus ultimo uero ad uētrem. cōuenit etiam capitis pectinatio et ipsius lotio.

## de somno et uigilia

Somnus supfluus nocet et oīs somnus imediate post cibū factus nec minus nocet superflue uigilie sit somnus septē horarū nō amplius octo nec minor sex. Et primo sup latus dextrū postea super sinistrū q si tūc sufficiēter nō dormiuerit cōuertatur ad latus dextrū sitq capite bene eleuato et corpe pannis debite tecto laudat' etiā somnus sup uentrē sed nullo modo sup renes nec dormire incipiat nisi transiuerit hora cū dimidia aut due hore a fine cene de die aut nō dormiat nisi cōtingeret q in nocte pp aliquod impediēs nō sufficienter dormiuerit in quo casu concedit' somnus de die sed minus nocet qui fit ante prandium quā post nisi post prandiū dormiēdi haberet consuetudinē relinquat'. et residuum tempus sint uigilie.

## de cibo et potu.

Nō cōuenit panis agimus male coctus nec similagineus nec cibaria que ex pasta fiūt agima ut laganemacarones et similes. Nocent carnes antique oēs et que sunt difficilis digestionis ut bouū porcorū salitorum et carnes oēs mali nutrimēti ut auiū in aquis degentiū sicut anates anseres folige et similes carnes naturaliter nouiter nate ut porcellorū et animaliū cutes et interiora eorū ut cerebrū epar pulmo cor splen et intestina etc. Ex his q ab aīalibus accipiunt' nocet lac caseus butirum oua antiqua frixa aut dura. Pisces generaliter nō conueniūt inter ceteros deteriores sūt salsi et qui sunt uiscosi ut anguille tenche et ualde pingues et habētes testā ut gābari cancri et similes. Omniū leguminū corpa sunt uētosa precipue fabe ideo dimittēda sunt et similiter miliū panicū et rizū. Cauendū ē ab omnibꝫ herbis frigidis et hu. ut ē portulacha spinacia atriplex et lactuca etc. Itē ab omnibus uehemēter calidis aut uentositatē generātibus ut mēta recēs ruta apiū etc. et a fructibꝫ herbarū frigide et hu. cōplexionis sicut citrulli cucurbite melones angurie etc. Et ab omnibus acruminibꝫ cauere debet ut sunt cepe porri bulbus et aleū stante humore supfluo in uētre et intestinis. Ex fructibus nocēt castanee uue recētes auellane pruna ceresa psica crisomila mala et pira oīa fungi et tubera pessimi sūt. Ex uinis nocet uinū dulce pcipue si cum sua dulcedine fiat grossū et uinū pōticum et quodcūqꝫ ē plurime cōmixtiōis cū aqua. Eli

genus est panis qui fit ex farina frumenti et mũdi ab aliis granis a quo ex toto furfur nõ sit excussum sitq; debite fermentatus et cõue/nienter coctus in cuius cõfectione ponat' ali/quid salis q si cũ eo in cõfectione poneretur aliquid anisorũ puluerizatorũ et masticis es/set admodũ cõueniens. Nõ sit pluris tẽporis triũ dierũ nec paucioris unius diei et cũ comeditur mundet' a corticibus. Carnes sint ex uolatilibus siluestribus perdicũ fasianorũ turturarũ turdorũ merularũ ficedularũ et si/miliũ. Ex domesticis caponũ et gallinarũ iu/uenum pullorũ pipionũ colũbarie uolare in/cipientiũ. Ex quadrupedibus siluestribus capreoli apri leporis iuuenis. Ex domesticis edi castrati iuuenis uituli lactãtis et agni annua/lis. ex his que ab aialibus sumuntur cõcedũtur oua sorbilia tremula aut mollia i aqua de/cocta albumine reiecto. si interdũ caseo utit' sit non uiscosus medius inter ueterẽ et recentem de quo in fine cibi sumatur. Ex piscibus minus mali sunt qui recẽtes squamosi in a/quis currẽtibus capti cuiusmodi sunt lucii capedani carpiones scardine ex mari trilie solee aurate passares et similes. Ex leguminibꝰ uti potest brodio cicerũ rubeorũ condito cũ rore marino et saluia. de herbis cõceduntur petrosillus feniculus borago buglossa mellissa saluia endiuia. et si herbis frigidis aliquãdo utitur sumat pmixtas calidis lupini. cõcedunt' et capares. Ex fructibus cõceduntur passule enucleate et similiter cũ nucleis bene masticate carite pingues fistici a reliquis abstineat. Ex cõfectionibꝰ uti põt anisis habẽtibus unã zucari coopertura ante cibũ et marciapane et pignocatis granis pini prius prepato. se/cundũ arte zenze. cõdito post cibũ et sume/re põt grana coriandorũ prepato ũ habẽtiũ unicã coopertura zucari et diacitonitẽ. Spẽs quibus uti debet sup cibariis suis sunt Reci. cinamomi electi. ʒ. ii. zenze. ℈. ii. granorũ padisi amomi ameos carui an na. ℈. i. galãge gariof. macis anna. ʒ. sem. croci. ℈. ii. pistentur subtilissime et cribent'. uinũ sit album clarũ mediũ inter dulce et bruscũ nõ fumosum quo absq; aqua utat'. et si fumosus esset hau/riat' per horã antequã bibat' et ponatur i cra/tera et in eo ponat' medulla panis calefacti nã hoc mõ prepãdo remittitur potentia uini et aufert' fumũ q si limphare placuerit sit aqua cocta cum anisis.

## De repletione et inanitione.

Cauere debet ab omni repletiõe ci/borũ superflua et studiũ sit ut bona fiat digestio pp hoc dantur quedã documẽta obseruãda. Primũ q stante magno appetitu ad cibũ nõ est comedendũ usq; ad facietatẽ imo sur/gendũ est a mẽsa cũ reliquiis famis. Secundũ cũ uerus fuerit appetitus non est cibus differendus. Tertiũ nũquã est comedendũ nisi cibus prius assumptus fuerit digestus et iam aduenerit appetitus. Quartũ in eadẽ mensa non sumãtur uaria cibaria multũ imo suffici/at cibi unũ aut duo. Quintũ si contingerit ci/baria plura in eadẽ mensa ab eo prius incipiat q est facilioris digestionis sicut si sumun/tur lac et carnes lac premittatur. Similiter si oua sorbilia et carnes et pisces ab ouis est in/cipiendũ. Sextũ non est in comedendo lon/gum tempus ponere quemadmodũ faciunt q stant duabus aut tribus horis in mensa neq; ita breue quin optime masticetur quod sumi/tur. Septimum si inclinatio ad uomitũ esset i quo stomacus nauseauerit aut propter humorum repletionẽ aut cibi corruptionẽ nõ summatur cibus nisi illis repletionibus facta fuerit euacuatio cũ uomitu ponẽdo digitos i ore et premẽdo linguã aut assumendo hoc uomitiuum tepidũ et inde ad horã linguã premere ut dictũ est. Recipe florũ aneti semis atripli/cis anna. ʒ. sem. decoquantur in lib. i. aque ordei usq; ad consumptionẽ medietatis postea coletur et colatura addatur oximellis simpli/cis. ʒ. iii. et fiat ut dictũ est post uomitũ lauet' facies cum modico aceti cũ aqua rosata permixti. et post stet horis duabus antequam comedat. si uero uomitus fieri non possit repletiõe stante i stomaco aut in supioribus intestinis sumat. ʒ. i. infrascripta. pill. que sunt sine custodia per horã unam cũ dimidia ante cibum Recipe pill. alefanginarũ. ℈. ii. sem. castorei ℈. sem. misce et fiant pill. septem. istis pillu. uti potest toto tẽpore anni. exceptis mense Iunii Iulii et augusti q si etiã in omni fine. xv. dierũ eis uteretur nõ dubito prestarent singulare iuuamentũ tempore supra excepto si ne/cessitas urgeret ad accipiendũ solutiuũ accipiat hunc dactilũ q sic fit. Recipe cassie nouiter tracte. ʒ. vi. electuariũ de suco rosarũ electuarium indi anna. ʒ. se. zucari albi quantũ suf/ficit et fiat dactilus hunc sumat per horas. v. ante prandiũ. Quod si potus uellet in forma potabili dissoluat ipsum cũ decoctione prunorum et passularũ. Si uero repletio esset in itestinis inferioribus aut esset uẽter stiticus uel uenter infra umbilicũ doleret fiat hoc enema Reci. anisorũ cartami an. ʒ. i. caricarũ numero octo radicũ maluauisci lib. sem. malue flo

rum camomille an .m.i. fiat decoctio de qua accipiatur lib.sem.cui addantur cassie zucari ro.anna.ʒ.i.benedicte.ʒ.vi.uitelle euorũ et olei de aneto olei de lilio anna.ʒ.i.sem.salis.ʒ.ii.sem. Et calidũ stomaco ieiuno supponatur. Nimia inanitio siue fuerit p medicias siue p cibi abstinẽtiã nimiũ nocet quod in cibo sit aliquãdo parcitas cuiusmõi esset cenã dimittere et collationẽ facere esset laudabile. Octauũ potus tantus sit ne cibus in stomaco natet.et melius est parũ pro uice bibere et sepe dũmodo quãtitas nõ sit multa quã multũ pro uice et raro, neqȝ prius bibere icipiat quã quinqȝ aut octo bolos comederit. Nonũ post quã comederit et media hora transiuerit nihil bibat. Decimũ antequã comedat habeat uentris beneficiũ uel saltim tentet habere. Et hoc de regimine sex rerũ non naturaliũ in quo plixior fui quia puto magnã ptem cure istius dispositionis esse pendentẽ ab ea.

## Cura siue regimen

per potionẽ.quatuor habet intẽtiones. Prima est post materiei minorationẽ cum clisteri aut pill.in precedẽti ca.ordinatis.materiã digerere. Secunda est materiã digestã euacuare. Tertia est ipsam diuertere. Quarta est ipsam alterare complexionẽ et uentositatẽ carminare.

## Prima intentio.

Compleat cũ syrupo qui sic fit. Recipe acori nigelle semis agni casti ciperi squinanti ameos anna.ʒ.i.pistentur mõ grosso et buliant ĩ lib.ii.aque usqȝ ad consumptionẽ medietatis postea coletur de colatura accipiat.ʒ.iii. quibus addãtur oximellis simplicis.ʒ.i. syrupi de bisantiis.ʒ.sem.iste est syrupus p una uice istũ syrupũ materie flegmatice digestiuum pricipaliter et p pte colere grosse sumat a medietate Martii usqȝ ad medietatẽ Maii quando placuerit per horã ante diẽ et ipsum cõtinuet septẽ aut octo diebꝰ a mense uero Octo.usqȝ ad mensem Nouẽbris inclusiue uti potest infrascripto syrupo. Recipe mellisse mente cicoree lupullorũ scolopẽdrie anna.m.i. maioranecamedreos camapitheos anna.m.sem.seminis anisi feni.et agni casti anna.ʒ.sem.squinanti calami aromatici anna.ʒ.ii.passularũ.ʒ.i.buliãt omnia mõ prius pistata usqȝ ad cõsumptionẽ medietatis in tribus lib.aque.postea coletur et colature addatur zuccari quantum sufficit et fiat syrupus. Et acetoset cũ aceto squillitico et aromatizetur cũ modico galangeo et gariofilis. Recipe syrupi suprascripti.ʒ.ii.aquarũ mellisse endiuie et scolopẽdrie an.ʒ.i.misce iste ẽ pro una uice .istũ syrupũ principaliter digestiuũ materie flegmatice secundario colerice et melãconice sumat mõ et ordine q dictus ẽ in precedẽti digestiuo.

## Secunda intentio.

Euacuet materia iuxta intẽtionẽ.ii.Re. passularũ sine nucleis.ʒ.se.dactilorũ numero.iii.caricarũ.iiii.fiat decoctio de qua accipiat qͣtum sufficit ad dissoluẽdũ electuariũ idi maioris.ʒ.ii.cõfectiõis de dactilis.ʒ.i.mãne.ʒ.i.et fiat potus istũ potũ solutiuũ sumat cali.i die imediate seq.diẽ cõplete assumptiõis syrupo primo scripti sup quẽ cũ cepit põt hora.i.dormire.et postea uigilet donec transeãt hore.v.ab hora assumptiõis et tunc accipiat cia/tũ aq ordei facte secundũ artẽ q sit calida cũ.ʒ.i.zucari ru.et inde ad horã prãdeat Si maluerit pill.accipiat.ʒ.i.pill.turbita. descriptione mesue i suo antidotario seruãdo ordinẽ q dictus ẽ de solutio suprascripto . post syrupũ uero q in autũno accipi debet nã cõsulo qȝ in istis duobꝰ tpĩbus se purget accipiat hoc solutiuũ. Reci.lupullorũ scolopẽdrie mellisse endiuie an.m.i.carui ameos an.ʒ.i. passularũ sine nucleis.ʒ.i.fiat decoctio de qua accipiat qͣtum sufficit ad dissoluẽdũ diacatoliconis.ʒ.se.electuariũ indi.ʒ.ii.cõfectiõis amech.℈.iiii.et fiat potus.si pill.fuerint sibi gratiores Recipe pill.de serap.℈.ii.pill. indarũ.℈.ii.misce et fiãt pill.numero.vii.quodcũqȝ horũ duorũ capiat accipiat ordine et mõ supradicto in prioribus solutiuis.

## Tertia intentio.

Cõpleat cũ fricationibus ad tibias et coxas et ante ad brachia scdm modũ suprapositũ i.c. de motu et qete.cõueniũt ad hãc intẽsionẽ uẽtose sine scarificatiõe pos.te sup nates et dolorose ligature iuxta inguina et ĩ adiutoriis iuxta assellas et clistere supra descriptũ et similiter uomitus.

## Quarta intentio.

Cõpletur cũ rebus ab intra et ab extra approximatis. De his q ab itra approximant sunt diaspmaticon.i.electuariũ de semibus qȝ describit a mesue i suo antidota. Electuariũ de baccis lauri descriptũ a rasi.ix.almã. Cui ut dixit nihil ẽ compar sibi in dissoluẽdo uẽtositatẽ.et ad idẽ diagalãga dianisũ diaciminũ su

maſ de altero iſtorũ ad q̃titatē caſtanee p hoꝛ ras.ii.aut.iii.ante cibũ.cõfert ad idē aſſump tio.ʒ.i.triace fermẽtate poſt cibũ imediate p̃ cedentē p horas.vii.deinde ſtare p horas octo abſq; cibo et potu. Et ex rebus ualde cõueniẽ tibus ẽ galãga cõfecta cũ ſyrupo acetoſo et fi ant pill.pue de quibus ſumaſ.ʒ.i.p.iii.hoꝛ ras ante cibũ et poſt has bibanſ.℥.iii. decoc tionis cauliũ.nã educũt uẽtoſitatē plurimam et humiditatē paucã.xiii.tertii cap. de inflati one ſtomaci. Ad extra ad locũ tenſum fiat ſa cellatio. Recipe nigelle ameos leuiſtici bacca rũ lauri cimini ſemis rute piretri an.ʒ.i.floꝛ rũ camomille melliloti an.m.i.piſtenſ omia mõ groſſo et fiat ſaculus qui calidus loco po natur et cũ infrigidaſ recalefiat et ſic fiat qua tuor aut tribus uicibus. Ad idē facit ſi predi cte res ꝑ ſaculo deſcripte decoquanſ in aqua in qua infundaſ ſpõgia que expreſſa loco paꝛ cienti ponatur et cũ infrigidatur remoueſ ſic quater aut quinquies fiat. Reci.nigelle bacca rum auri l rute ſemis agnicaſti an.℥.i. decoꝛ quãtur in.℥.vi.uini albi ſubtilis uſq; ad con ſumptionē medietatis poſtea coletur et colatu re addatur olei de lilio olei de aneto.an.℥.ii. et ſimul buliãt in duplici uaſe uſq; ad medieꝛ tatis cõſumptionē cũ hac inũctione calida fiꝛ at inunctio aliud medicamē efficacius priori. Recipe leuiſtici ameos baccarũ lauri cimini ſemis rute nigelle piretri coſti an.ʒ.i.ſe. lau dani.ʒ.iii.piſtẽtur mõ groſſo et bulliãt i oleſ de lilio de ruta an.℥.ii.uini maluatici.℥.v.lẽ to igne uſq; ad conſumptionē uini poſtea co letur facta optima expreſſione et cũ ea ungaſ locus paciens et ſit aduertẽdũ ꝙ huiuſmodi localia non ſunt approximanda niſi corpus prius fuerit purgatũ.nam ſtante corporis reꝛ pletione excitant multociens dolorē fortiorē laudo inſuper cũ utitur electuariis ſupraſcriꝛ ptis ad perficiendum hanc ultimam intentioꝛ nem inungat ſemel in die regionem epatiſ cũ unguento infraſcribendo.nam iſtius iuueniſ epar eſt calidũ ex uſu ſupraſcriptorũ medicaꝛ minum poſſet nimis calefieri et ideo ut ſupra dictum eſt ut ipſe accipiat tempore calido uta tur hac unctione ſiue unguento ꝙ ſic fit. Reꝛ cipe olei de nenufare.℥.ii.aceti uini.℥. ſem. ſandalorum alborum et rubeorum anna.℈. ii.ſpodii roſarum anna.ʒ.ſem.abſinthii ſpiꝛ ce anna.℈.i.camphore.℈.ſem.cere albe paꝛ rum et fiat unguentum molle utatur per iter ualla.xii.aut.xv.dierum pill.que ſic fiunt. Recipe piperis longi coſti ſpice gariofilorũ xiloaloes ſquinanti anna.℈.ii.aniſi cinamo mi caſſie lignee galãge folii amomi croci mir re diagredi anna.ʒ.ſem.aloes epatici optimi ʒ.ix.reformentur pill.numero.ix.p.o.ʒ.de quibus in aurora ſumat.ʒ.i.iſtas pill.mirabi liter uentoſitatē diſſoluẽtes et tenſionem fieri prohibentes ſumat ut dictum eſt excepto temꝛ pore magni caloris. Cum nõ dubitem magꝛ nam cauſam diſpoſitionis predicte eſſe ab hu miditate cerebri et a caliditate epatis ꝙ pluriꝛ mum confert balneum petrioli ad cerebri hu miditatem emendandã et balneum caldenalla rum ad confortationem epatis et reliquorum membrorũ nutritiuorum ꝙ ſi accedere inſtiꝛ terit ordinabitur modus obſeruandus etc.

¶ Finis.

¶ Bauerius de Baueriis.

Diſpoſitio ſpec tabilis uiri Iohannis Macagini eſt ardor urine ſiue dolor perce ptus dũ mingit aut poſtquã minxerit in extre mitate uirge que eſt ps ualde ſenſitiua. Et ſi predicte diſpoſitionis plures poſſint eſſe cau ſe ut faciliter poteſt uideri ab Auic.xix.tertii tractatu ſcd'o.unam ſolum ex illis puto eſſe i cauſa ſcilicet urine acuitas.ſed urina acui po teſt aut per cõmixtionem colere cum aquoſita te urinali aut per cõmixtionem flegmatis ſal ſi ex qualibet iſtarum duarum cauſarum uriꝛ na acuta efficitur que tranſiens per uirgam in capite uirge tanquã in pte magis ſẽſitiua ſua acuitate pungit et cauſatur dolor qui urine ar dor appellatur. Et ex hoc comprehẽditur que ſit huius diſpoſitionis cauſa imediata ſiue cõ iuncta quia eſt ipſa urina acuta. Cauſa ante cedens eſt omnis cauſa ſeu humoralis ſeu cõ plexionalis aut compoſitionalis que urinam reddit acutam cum per uirgam tranſit cauſa antecedens eſt indebitum regimen ſex rerum non naturalium.ex quo multiplicatur humor colericus aut flegma ſalſum.

Dixi doloris in extremitate uirge ꝑcepti plu res eſſe cauſas ſcilicet ſanies cũ urina miſceſ ſiue ueniat a renibus ſiue a locis ſupra renes aut infra et ulcera exiſtẽtia in collo ueſice aut in uirga et exſiccatio humiditatis carniũ glan doſarum exiſtentiũ iuxta collum ueſice puſtu le in uiis.ſ.in collo ueſice aut uirge et plures cõſimiles quas pro cauſa in propoſito noſtro non adduco cum ipſarum cauſarum nulla ap pareant ſigna dico ulterius ꝙ urina exacuta merito colere aliquando facit ardorē predictũ cuius ſignũ ẽ urina ſicta uerſus rubedinẽ da

ram que communiter solet euenire cum fece rit aliquod exercitiū forte quo calefiant renes aut epar. unde colera excitatur et ad renes tra hit cum aquositate urinali. Aliquando uero est flegma salsum cuius signum est quia uri/ na est clara colore paleari. Et istud ut pluri/ mum accidit cū quiescit aut leuius exercitat᷑ fit mihi insup hoc signū certius cū frequēter so leat incurrere scabiē a flegmate salso penden tē et anteq̄ ardorē incurreret quare arbitrādū est ꝙ ps illius flegmatis ꝙ solebat ad cutim trāsmitti et faciebat scabiē nūc uero ad urinā trāsmutatur et faciat ardorē. Confirmat᷑ hoc idē ꝑ id ꝙ mihi scribit᷑ uidelicet ꝙ interdum descēdit i urina fundus subalbidus q̄ flegma ti attestat᷑. Sed restat uidere unde cōtingit ꝙ urina aliquādo uidet᷑ sanguinea imo aliquan do apparet fila quedā rubea et aliquādo appa ret sedimē tendēs ad nigredinē et multociens i urina apparēt arenule. primi cā est renū de bilitas cuius cā ē dilatatio et apertio meatuū ipsorū. et hec est cā quare renes deficiūt inco lādo aquositatē ab eo ꝙ secū miscet᷑ de sang/ uine quare urina sanguinea fit. unde Auic. xiii. tertii tractatu. i. Et fit. s. debilitas renū ꝑ pter dilatationē meatuū et eorū apertionē etc. Et subdit et deficiūt in colando aquositatē ab eo quod ei associat᷑ usq̄ ad renes. Et Rasis. x continē. Et egredit᷑ de renibꝫ sanguis tenuis queādmodū lotura carniū recentiū et hoc est ex debilitate renū. dico hoc etiā erit quādo nō discernūt renes de aquositate sanguinis uri/ nam q̄ est in ea sed trāsmittit tūc eā sicut ē ad uesicā. Et hoc fit ex debilitate uirtutis eius re tētiue et digestiue hec Rasis. Debilitas renū cā et si plures esse possint tamē que in propo/ sito casu fuerūt fuit insuauis et incomoda eq̄/ tatio plurimus usus coitus et incessio pedibꝫ multa. unde Auic. loco supra allegato. Et cau sa illius ē multitudo coitus etc. Et statio in e/ quis et ipsorū eqtatio absq̄ gradatione et con suetudine etc. et incessio precipue pedibꝫ. an de nō est dubitandū ꝙ istius debilitatis renū principiū fuit a cā primitiua et omē ardoris. nā equitatio eq̄ aut muli qui calcitrādo multū faticauit renes pp quā cām facti sunt debiles et excitāt colerā. unde urina cepit post in mi ctu dolorē causare cū uero quiescit reducunt᷑ renes uersus sanitatē et aliqualiter confortat᷑ uirtus retentia ipsorū et similiter digestiua. unde urina mingit᷑ clara absq̄ sanguinis mi ctura sed quia eorū dispositio nō est fixa cum eis aut equitādo etiā suauiter aut paulo plus cōsueto ambulauerit in urina apparet turbu/ lenta cū colore sanguineo pp meatus iterum aperiri et sanguinē ab aquositate urinali mi/ nus depurari. sediminis. ad nigredinē tēden tis cā est materia adusta que cū urina euacua tur. interdū accidit ut sit sanguis qui cū pri/ us urine esset mixtus ab ea sepatur et insun/ dū tendit denigratur uero cū per tēpus extra uenas steterit arenularū causa sunt cause la/ pidis dictus in hoc quia materia arenularum nō habet in ptibus suis tantā continuitatem sicut materia ex qua lapis generatur. unde ar renule uident᷑ sicut partes lapidis cōtriti que sint cause lapidis renū uidendū est. xviii. ter/ tii tractatu. ii. c. de lapide renū. Per ea q̄ mihi ab ipso paciente significata sunt litteris. Et q̄ accepi ab eximio doctore magistro Antonio beniuenio. Ego Bauerius collegi que supra notaui. Hec dispositio nō est negligēda cum sit magni timoris et difficilis cure. Timor eī est si perseuerauerit ne perducat urina ab ex coriatione uiarū per quas transit et ad ipsarū ulceratione difficultatē cure posuit Rasis. x. conti. ubi dixit passiones etiā que fiūt in reni bus et uesica suple et ptibus adiacētibus cum difficultate curantur et ꝑprie in decrepitis et sepe in eodē lib. eandem repetit snīam.

## Cura istius dispositio

nis duobus instrumētis medicinalibꝫ cōple/ tur dieta uidelicet et potione. Dieta consistit in debita sex rerū non naturaliū administrati one a quibus incipiam et primo ab aere.

## de aere.

Et de his que cū aere numerant᷑. Ca. primū

Cauere debet ab aere excellente calido et ab eo qui multum est frigidus ab aere turbido et uentoso precipue flante austro aut borrea. Et quia corpus secundū ꝙ plures aut pauciores uestes habuerit secundū id aer magis aut mi nus corpori applicat᷑ et sic magis aut minus corpus alterat. Et ideo cū aere de uestibꝫ trac tatur. Caueat a uestibus multū calidis et pre cipue circa partes renū neq̄ teneat uestē strin gentē renū regionē neq̄ cingulū siue zonā non se ad ignē aut ad solem calefiat et preci/ pue partes dorsi et epatis fugiat loca uehemē ter sicca pariter etiam multum calida seu talia sint arte aut natura. Aquas caueat bibere tur bidas aut saporē aliquem acutum habentes.

Eligere debet sibi aerem clarum quietū a uentis non mali odoris declinantem ad fri/ giditatem sed paulo plus ad humiditatem qui si talis naturaliter non habetur fiat arte ster/

nendo in loco habitationis folia nenufaris arūdinū aut falicū uel herbas frigidas et hu. aut arborū ramos frigidos et hu. uestes uari/entur secundū temporū uarietatē. ita tamē q̄ nunquā ptes epatis et renū teneat multū cali/das sufficiat ei ne frigus sentiant. Caput ma gis muniat nō tamen tanti ut calore humidi/tates in eo contēte liquefiāt et descendāt mul tociens excedēs calefactio plus catarrū commo net quā frigiditas uariet birretū secundū tē/porū qualitates et capuciū habitet in loco nō nimis calido neq̧ sicco nō sit tamen humidū nec excedēter frigidū aqua utat̄ clara sine ali/quo sapore et malo odore.

## De accidentibus ani

mi. Fugiendus ē furor ira tristitia melāconia timor et desperatio p̄cipue de salute sua et coi tus qui ad animi accidētia reducitur. Conue nit gaudere letari cōfidere de salute sua bene sperare nō uti coitu nisi requirente natura et nō pp mulieris inspectionē aut eius tactū fiat tame longo interuallo inter unū et aliū et nō sit eius usus stant: cibo in stomaco imo post quā celebrata ē digestio in stomaco epate et iā mebris sanguis ē distributus. Complent̄ au tem iste digestiones cōiter in tēpore septē aut octo horarū citius tamē aut tardius secundū fortitudinē aut debilitatē membrorū digeren nū et multitudinē et qualitatem ciborū.

## De motu et quiete.

Nihil huic spectabili uiro magis est nociuū quā motus quicūq̧ fuerit siue equitādo siue ambulādo et specialiter post cibū imediate fa ctus et quodcūq̧ exercitiū nocet p quod cor/pus calefiat et precipue ptes renū epatis et ue sice. Permittit̄ paulatiua et breuis ambulatio ita tamen ut p eā nō calefiant neq̧ inferiores ptes doleant. et breuiter istius dispositionis regimen pficitur quiete et nō motu. exercitiū pticulare fieri pōt sicut stomaco ieiuno medio cris capitis fricatio cū panno calido et ipsius pectinatio et brachiorū fricatio incipiendo ab humeris ad manus trahendo. Caueat insup ab omni exercitio in quo sit opus dorsum in curuare et caput flectere ad inferiora.

## De somno et uigilia

Nocet somnus diurnus et quicūq̧ modū ex/cesserit et ois somnus imediate post cibū fac/tus. et quilibet somnus qui sup renes aut dor so fit neq̧ minus imo amplius nocēt supflue uigilie. Cōuenit somnus septē aut octo hora rum nō minor horis septē neq̧ longior nouē nam in casu presenti minus malū est ad som num quā ad uigiliā declinare fiat capite debi te eleuato corporaliter pānis tecto ne frigus sentiat nō tamen multū calefiat aut sudet sitq̧ sup latus dextrū aut super uentrē neq̧ prius dormire incipiat quā fluxerit a fine cene ho/ra una cū dimidia aut saltē hora una. Si tamē ob aliquā causam cōtingeret ne in nocte suffi cienter dormire possit dormiat de die et eo ca su minus malū est ante prandiū dormire quā post nisi cōsuetudo esset dormiendi post pran dium in quo casu attenditur cōsuetudo.

## De cibo et potu.

Dimittat omnē panem nimis fermentatum aut nimis coctū et habentē in sui cōfectione sal aut semina accuta. et omnia cibaria que ex pasta agima fiūt ut lagane etc.

Carnes fugiat antiquas et omnes carnes sa/litas et carnes auiū degentiū in paludibꝫ aut stagnis cuiusmodi sunt anates ansares ping/uedines cutes et animaliū uiscera tāquā dige stioni difficilia aut malū nutrimentū prebētia Ex his que ab animalibus accipiuntur. caue re debet a caseo salito et lacte acetoso et oua frixa sunt nociua. Ex piscibus dimittere de/bet pisces salitos omnes et pisces uiscosarū. Carniū legumina nō placent cū pp eorū uē tositatem tū pp ipsorū prouocationē. De ole ribus euitet oēs acutas plantas siue herbas ut ysopus rosmarinus ruta abrotanū et similes. De radicibus fugiat alleū cepe bulbū porrū rafanū petrosillū bauciam siluestrē et dome sticā et carotā que baucie est species. De gra nis fugiat sinapim nasturtiū anisum et semē feniculi.

De saporibus caueat ab aceto accuto et a sucis multe prouocationis ut succus citonio/rum etc. De fructibus dimittat ficus tā recentes quā siccas nucis fisticos et omēs fru ctus facilis putrefactionis et uuas recentes. nam proprietatem habent nocendi uesice.

Dimittat omne uinum acutum et multū dulce tanquam faciliter incoleram conuertibi le et opillaturum et uinum acre.

Ex confectionibus omnes dimittat que melle sunt condite aut zucaro quoniam om/nes tales facile incoleram. Conuertuntur et in acuitatem urine prebent augmentum.

Pane utatur ex simula optimi frumenti munda et a furfuribus mediocris decoctio/

nis et fermētationis nō sit minoris temporis unius diei neq pluris trium dierū a quo cum comedit abiiciant cortices. De carnibus utatur iuuenibus carnibus mollibus mediocriter pinguibus facilis digestionis quales sunt fasianorū perdicū caponū et gallinarū iuuenum edi uituli lactātis castrati agni annualis et porcine interdū cū nō ualde pingues fuerit Lac.xviii.terrii multū laudat et precipue oui num cui nihil ē par in debilitate renū loco supra allegato. Si tamē ex usu lactis sentiret in stomaco aut in capite nocumentū uel adiectionē uētositatis in uētre ab eo abstineat. cōceditur interdū caseus recens. Ex piscibus concedunt qui sunt pui squamosi in aquis currētibus degētes cuius sunt lucii capedani scardaue carpiones sardelle recentes et similes ex mari triglie solee passares aurate etc. De granis uti potest farre ordei farre spelte farre rizo et milio cū fuerint decocta in brodio carnium aut cōdita cū lacte amigdolarū dulciū. De herbis utatur borragine latuca spinaciis blita atriplice et malua. nam ipsa in cibis suis decocta et comesta est optima. Ex fructibꝰ cōcedunt cerasa dulcia melones angurie pruna Vinū eligatur in substātia mediocri albū aut cisiolū in colore. Inter dulcedinē et acredinē mediocrē nō fumosum et potens ꝙ si pauciferū fieri debet fiat cum mixtione aque clare simpliciter cocte.

# De inanitione et re.

Vitare debet omnē repletionē nō solū humoralē de quaīn sequēti cap. sed repletionalem ex cibo. Et studiū sit ut bona celebretur digestio pro qua ponuntur documenta quedā obseruāda. Primo ꝙ stante magno appetitu ad cibum non est usq ad sacietatē comedendū imo surgendū est a mensa cū reliquiis famis Secūdo non est cibus differendus cū uerus affuerit appetitus. Nam tollerare famem stomacū malis replet humoribus tertia primi. Tertio non sumat in eadē mensa cibaria multa diuersa sed uno aut duobus sit contētus. Quarto si in eadem mensa fructibus humidis utitur et cibis diuersis. Incipiat a fructibus exempli gratia a cerasis postea cibū summat qui est facilioris digestionis. Quintū in mensa non prolonget tempus in comedendo nec ita tēpus abreuiet ut nō debite cibum masticet imo conari debet optime cibum masticare quoniam cibus in ore aliquam suscipiat digestionem. prima primi ca. de generatiōe humorum. Sexto non est comedendum si sentirit cibum prius assumptum non esse digestū aut in stomaco sentiret repletionem aut nauseam. Septimo stante in stomaco nausea aut repletione uomitu euacuetur aut comprimendo linguam digitis circa eius radicē aut prius per horam sumendo infrascriptū euomitiuū tepidū. Recipe sem̄is atriplicis semis aneti anna.ʒ.sem. decoquantur in lib.i.sem. aque usq ad consumptionē medietatis. postea coletur et colature addatur oximellis simplicis.ʒ.ii. et bibatur tepidum ut dictum est. Aut Recipe semis rafani.ʒ.sem. et decoquatur in lib.i.aque usq ad consumptionē medietatis et coletur et colature addatur oximellis simplicis.ʒ ii.sem. et fiat ut dictum est si uomitiuum nō lucerit fortius sumat hoc ultimum. Si autem uomitus difficilis sibi esset et euomere nō posset sumat infrascriptum potum calidum per.iiii. horas antequā prandeat super quem non dormiat et in fine quatuor horarum siue uomerit siue non comedat. Recipe cassief. noui ter tracte.ʒ. septem zucari trium roxarum q̄tum sufficit et fiat dactilus quem summat per horas tres ante prandium exactis horis tribꝰ siue uomerit siue non comedat aliquid quoniam mouebit post prandium. Si autem repletionem sentiret infra umbilicum aut uēter esset stiticus fiat istud enema. Recipe caput arietis scindatur in ptes quatuor et decoquatur cum.m.ii. malue et.m.i. foliorū uiolarū tam diu donec caro ab ossibus sepetur postea coletur. de colatura accipiatur lib.i.sem. cui addātur cassie.ʒ.i. olei uiolati.ʒ.iii. salis parum et calidum supponat stomaco ieiuno. Si uomitum fecerit postquā euomerit stet per horā cum dimidia antequam comedat et post uomitum faciem lauet cum aqua rosata cum modico aceti permixta.

Octauo potus sit tantus ne in stomaco cibus super natet neq prius bibere incipiat quā comederit quinq aut sex bolos et melius parū pro uice bibere et sepe dūmodo potus quantitas non sit superflua quam multum pro uice et raro. Nonum cum transiuerit hora media a fine prandii aut cene nihil amplius bibatur ꝙ si sitis multa esset et ad tollerandum difficilis gargarizet aliquid aque aut uinum aque permixtum. Nocet nimia cibi abstinentia siue sit per omnimodam cibi dimissionem sicut in ieiuno in quo non cenatur siue per nimiam cibi parcitatē et pariter longa tollerantia sitis. Et hoc de regimine sex rerum nō naturaliū in quo longior fui cum in eo magna ps cure consistat.

## Cura per potionem

quinqꝫ habet intētiones. Prima ē materie minoratio. Secūda est materie diuersio. Tertia est digestio materie. Quarta eiusdē materie digeste euacuatio erradicatiua. Quinta ē quorundā membrorū cōplexionis alteratio. Sexta est accidentiū correctio.

## Minoretur.

Materia iuxta primā intentionē Recipe aque endiuie. ℥.viii. decoquantur in ea ad ignē lētum seminis papaueris albi. ʒ.iii. semīs portulace. ʒ.i.sem. usqꝫ ad consumptionē medietatis aque postea coletur et in collatura infūdātur reubarbari electi. ʒ.i.sem. spice. ℈. sem. agarici optimi. ʒ.i. et stent in infusione p octo horas deinde buliāt unica ebulitione et colletur facta debita expressione et in expressiōe dissoluātur cassie nouiter tracte. ʒ.vi. Et fiat potus istū potū materierū minoratiuū sumat calidū per horas octo post finē cene imediate precedentis super quē parum dormiat sed nō amplius media hora aut hora cū ipsum ceperit exacta hora cū dimidia siue dormiuerit siue non amplius dormiat et in fine horarū qn qꝫ ab hora sumptionis accipiat. ℥.iiii. aque ordei calide et inde ad horā prandeat. Reci. pill. de yera simplici. ℈.ii. agarici reubarbari an. ℈.sem. semis portulace gra.vi. misce et cum syrupo rosato fiant pill. numero septem. istas pill. sumat modo et ordīe dicto de solutiuo supra scripto. si pill. fuerint sibi gratiores soluti uo potabili.

## Diuertatur.

Materia a uia urine. s. a renibus et uesica iuxta intentionē secundā. Recipe uomitiuū in p̄cedenti regimine cap. vi. descriptū et prouocetur uomitus. nā uomitus in casu isto multum confert ut apparet ex iuuamētis uomitus. iiii primi. Intrare sepe stomaco ieiuno in balneo aque tepide multū cōfert ut apparet ex Rasis lib. diuisionū ca. lxxvi. Fricatio brachiorum incipiēdo ab humeris et trahendo uersus manus cū pāno calido cōuenit et ad hanc intentionē optime cōfert clistere qꝫ sic fit. Reci. decoctionis capitis ouis lib. i. sem. uitellū unū oui cassie. ℥.i. sem. zucari rub. ℥. sem. et si arbitret̄ ipsum posse emittere absqꝫ sale non ponatur. si autē putat nō posse ponatur salis parum usqꝫ ad. ʒ.i. sem. et stomaco ieiuno hoc enema suscipiat qꝫ si omnibus tribus diebus reciperet erit sublimis iuuamēti. Aut Recipe spinachiorū malue foliorū uiolarū anna. m. i mercurialis an. m. i. sem. fiat decoctio de qua colatura accipiatur lib. i. sem. cui addant̄ cassie. ℥.i. sem. zucari rub. ℥. sem. olei uiolati. ℥.iii. salis parū et fiat enema ut supra ad idē facit positio uentosarū sup spatulas et post earum remotionē fiāt ad brachia fricatiōes. De istis diuertentibus utatur modo uno modo alio.

## Digeratur.

Materia iuxta intentionē tertiā. Recipe syru. de liquiricia. ℥.i. syrupi uiolati syrupi de bisātiis. anna. ℥. sem. aquarū capillorū ueneris ℥.i. decoctionis semis papaueris albi et seis altee. ℥.ii. misce iste ē pro una uice. istū syrupum materie colerice et flegmatice digestiuū accipiat p horas octo post finē cene imediate precedēris calidū sup quē potest duabus horis dormire et eo sic cōtinuet septem aut octo diebus. Aut Recipe syrupi uiolati. ℥.i. sem. syrupi de bisantiis. ℥. sem. aquarum nenufaris. ℥.ii. capillorū ueneris. ℥.i. misce. si intētio ad colere digestionē maior esset quā ad flegma. istū syrupū accipiat modo et ordine de priori dicto de precedenti syrupo.

## Euacuetur.

Materie erradicatiue iuxta quartā intentionē Recipe aquarū uiolarū et mulsionis seminū cōim frigidorū anna. ℥.ii. sem. infundantur in eis agarici optimi. ℈.iiii. reubarbari electi. ℈.v. spice gra. vi. pulparū sebesten. ʒ.vi. et stent p horas. xii. i infusione et i fine buliant unica ebulitiōe et colet̄ facta debita exp̄ssione. et expressioni addat̄ penidiarū. ʒ.ii. et totū calidū exhibeat̄ modo q dictus ē in acceptione solutiui minoratiui et ordine cōsimili. Aut Re. pill. de fumo terre. ℈.ii. agarici optimi. ℈.i. dragagāti zenze. an. gra. i. se. misce et cū electuario de suco rosarū reformen̄t pillu. numero. vii. p. ʒ. Istas pill. sumat mō consimili q dictus ē de pill. in prima intētione positis. si pill. sibi gratiores fuerint.

## Cum istius spectabilis

Viri sint suorū mēbrorū complexiones uarie imo cōtrarie quoniā habet caput cōplexionis frigi. et hu. stomacū debilē cuius debilitatis puto magnā cām esse humiditatē siue materiā flegmaticā a capite ad ipm descēdētē epar uero et renes cōplexiōis cali. qpp idigēt p̄dicta mēbra diuersis auxiliis. nā q stōaco p̄sūt calida ēe debēt talia uero si ab ito admīstrēt epati

et renibus nocebunt idem de capite dicendū est oportet igitur medicum esse admodū aduertentem ut prudenter administret que habent hanc quintam intentionem perficere ꝙ si uni pti proficuerint alteri non noceāt et obseruet canonem a Galie. positum in cōmento affor. xvi. prime pticule humide diete etc. ubi dixit. Morbi contrarii medicationibus indigent contrariis. In his ergo contrariis oportet ut fortior prius medicetur alter tamen nō negligatur. Cum ardor urine preualeat in casu isto huic principaliter attendendum est reliquis dispositionibus non neglectis. Recipe diagragāti frigidi. ʒ.i. dia papaueris. ʒ. sem. succi liquiricie. ℥.ii. specierum tria sandalorum sine camphora. ℈.ii. iulep uiolati quantum sufficit ad incorporandum misce omnia in mortario cum pistello sine igne et totū ducatur in forma solida et fiant morselli quorū quilibet sit. ℥.iii. Istius confectionis remissiuelet equatiue male complexionis calide epatis et renum sumat morsellum unum de mane cum surgit ter in ebdomada diebus interpositis et ea sic uti incipiat p dies quinqꝫ postquam sumpserit solutiuum erradicatiuum.

Recipe seminum scorticatorū melonis cucurbite citrulli cucumeris an. ʒ. sem. portulace maluauisci an. ℥.i. iusquiami albi papaueris albi an. ℥.i. apii. ℈.i. amigdolarum dulcium scorticatarū. ʒ. sem. dragagāti. ℈.i. succi liquiricie. ℥.i. sem. amidi. ℥.i. zucari albissimi. ℥ i. sem. pistentur pistanda subtilissime et puluerizentur puluerizāda et dragagātum infūdatur per diem in aqua alchechengi quantum sufficit deinde omnia misce et cum muscilagine psilii quantum sufficit ad incorporādū reformentur pill. numero septem pro. ℥. de his pill. remissiuis acuitatis urine et doloris mitigatiuis et male complexionis epatis et renū precipue et omnium uiarū urine equatiuis sumat. ℥.i. per horam ante diem et hoc bis ī ebdomada diebus interpositis et eis sic utatˀ cū uoluerit medicamen efficacius primo sed nō prius uti incipiat quā transiuerint dies. x. a die solutiui erradicatiui. Ad idem Recipe trociscorum alcachengi sine opio. ℥. iii. dragagāti frigidi. ℥. vi. diarodon descriptiōe cōmuni ʒ. sem. zucari albissimi quantū sufficit et cū aqua caude equine quantū sufficit fiat confectio solida absqꝫ igne in morsellis quorū quilibet sit trium dragmarum. De hac confectiōe conueniente ad idem ꝙ supra dictum est accipiat unum morsellum quando surgit ter in ebdomada sed non prius uti incipiat quam transiuerint dies. xv. a die solutiui. Horum auxiliorum cum usus fuerit uno per. x. dies inde utatur alio et demum ad primum redeat. Recipe olei rosati cum aqua plātaginis loti. ʒ. i. sem. olei uiolati. ʒ. sem. mastricis. ℥. ii. seminum cōmunium maiorum frigidorū. ℥. iiii. thuris. ℈. i. rasure eboris. ʒ. sem. boliarmeni ℥. i. cere albe quātum sufficit pro unguento molle et ad lentum ignem fiat unguentū. Ex hac unctione huic unguento remissiuo caliditatis renum et eorum confortatiuo propter ipsorum aliqualem dilatationem ungātur renes usqꝫ ad os caude et inter anū et testiculos quādo uadit dormitum quo uti incipiat per dies. iiii. post assumptionem solutiui erradicatiui.

Ad idem Recipe ceroti seu unguenti Galie. ʒ. i. sem. specierum ceroti sandalini descriptione Mesue. ℥. i. sem. rasure eboris. ℥. i. boli armeni. ℈. ii. misce et cum oleo nenufaris q̄tum sufficit ad penetrādum formetur unguētum molle pro renibus quo utatˀ ut de suprascripto. Si unguento uoluerit magis alteratiuo utatur isto. ii. Recipe oleorum nenufaris rosati an. ʒ. i. sandalorum alborum et rubeorum an. ℥. sem. spodii. ℈. ii. camphore. ℈. se. aceti. ℥. ii. spice absinthii an. ℥. sem. cere albe parum et fiat unguentum molle cum hoc unguento caliditatis epatis remissiuo ungatˀ regio epatis de mane cum surgit et eo uti incipiat per tres dies postquā solutiuum erradicatiuum acceperit. Recipe olei de mastice. ʒ. i. semis galāge xiloaloes macis anna. ℈. i. ameos carui amomi an. ℈. sem. coralorum rubeorum coriandorum preparatorum an. ℥. sem. cere albe parum et fiat unguentum molle. cum hoc unguento stomaci confortatiuo et ad digestionem iuuatiuo et remissiuo lapsus stomaci ungat stomacum cum manu calida quando surgit de mane et de sero per horam ante cenam nam prohibet nocumentū rerum infrigidantium que pro epate renibus summuntur.

Ad idem ualet cerotum ꝙ sic fit. Recipe mastricis. ℥. i. sem. aloes galange xiloaloes macis gariofilorum an. ℈. i. laudani. ℥. i. sem. coralorum rubeorum. ℥. i. picis. ℥. i. trebentine q̄tum sufficit et fiat cerotum ad formā scuti cuius cuspis ponatur ad os stomaci et pars lata uersus umbilicum hoc ceroto utatur pro iuuamentis īmediate supradictis de unguēto si cerotum fuerit sibi gratius quā unguentum.

Pro capite puto nullum auxilium esset ei prestantius quā usus balnei sancti Philippi aut petrioli premissa sufficiente et competēte purgatione sumere aquam alterius illorum ad caput plurimum iuuaret nō solum caput sed etiam stomacum ad quem materia ex capite de

fluit sed nullo pacto balneet in eo personã nã adderet calefaciendo ad urine incendiũ ad huiusmodi balnea accedittur ad finẽ Aprilis aut finẽ Augusti. Recipe aquarũ capillorũ ueneris ordei scorticati lactis seminũ cõmuniũ frigidorũ an. ℥.i. sem. zucari triũ coctarũ. ʒ.ii. misce istud digestiuũ usuale sumat quattuor diebus cõtinuis oĩ mense p horã mediã ante diẽ. Recipe cassief. nouiter extracte. ℥.i. syrupi de liquiricia aque ordei scoriati an. ℥. sem. seri caprini quantũ sufficit et fiat potus istum potũ usualẽ sumat calidũ et non tepidũ in die imediate sequẽti ad diẽ complete sumptionis suprascripti digestiuĩ usualis per mediã horã ante diẽ super quẽ nõ dormiat et inde stet horis quinqʒ et prandeat et sumat ꝑ ferculo spinacia latucas et borragines.

ne materiā suscipiat iuxta septimā intētionē. Recipe syrupi de mirto. ℥.i. sem. aquarū ungule caballine capillorū ueneris ana. ℥. semisce iste ē potus ꝑ una uice. sumat calidū ꝑ horā ante diē et cōtinuet ipsum ꝑ dies octo. Aut Recipe loch de pulmone uulpis. ℥.ii. de isto sepe accipiat ad quantitatē unius auellane et teneat in hore et ipsum cū lingua hinc inde ducat et sicut dissoluit paulatim degluti at. Ad idē sume laudat' sumere. ℥.ii. pulmonis uulpis puluerizati et cū rob uini sumpti liniatur pectus cū oleo mirtino calido cui crocus sit admixtus nā crocus multis efficit' lau dibus in confortādo pectus et anhelitū. unde x. tertii. Et scias ꝙ crocus ē de suma medicinarū conferentiū dilatationi anhelitus et asmati ppea ꝙ cōfortat instrumentū anhelitus et facilē efficit ipsum. Oportet multū aduertere ne res multū calide huic iuueni approximētur pp sui catarri salsedinē que mihi ē ualde suspecta. Si tamen pectus esset impeditū propter materiā que in ipsum descēdisset uti posset diayris eo mō qui dictus ē de loth de pulmone uulpis et similiter sumere posset syrupum de ysopo cū aqua ungule caballine nam materiam abstergit et anhelitum facilem reddit.

## Confortetur stomacus

et mēbra naturalia ut bonā faciant digestionē ad hoc ut corpus carnosum fiat iuxta intentionē octauā. Recipe brodii pulle debite cocte. ℥.vi. zucari albissimi. ℥.sem. misce hoc brodiū uirtutū naturaliū confortatiuū restauratiuū humidi substātifici et humorū equatiuū et intestinorū linitiuū summat in aurora diebꝫ intermissis et melius esset eo uti omnibus diebus. Recipe pulparū alarū et pectoris caponis iuuenis debite coctarū. ℥.vi. amigdalarū dulciū excorticatarū. ℥.i. fisticorū mundatorū. ʒ.vi. pinearū mundatarū et in aqua calida infusarū quater et exsiccatarum in umbra. ℥.i. auellanarū mundatarū. ℥.sem. iuiubarū numero .vi. seminū cōim frigidorū maiorū. ℥.i. minorū frigidorū. ℥.sem. passularum nigrarū pulparū sebesten ana. ℥. sem. liquiricie rase et munde. ℥.se. amidi. ℥.i. draganti gumi arabici ana. ʒ.ii. electuarii regū ℥.iii. mēte sicce. ʒ.ii. nucis musc. macis an. ʒ.i.se. scorie ferri. prepate. ʒ.i. specierū aromatici rosa. descriptōe gabrielis. ʒ.iii. triasādalorū sine cāphora. ʒ.ii. gēarū margaritarū

electuarii de gemis sine speciebus. ʒ. sem. pe nidiarum ptes duas zucari trium coctarum ptem unam de his ambobus quantum sufficit pro confectione. Carnes incidantur subtili-ter postea in mortario lapideo optime pistetur puluerizanda subtiliter puluerizentur et pi-standa pistentur deinde omnia simul misceā-tur in mortario cum duabus ptibus aque ab-sinthii et una aque buglosse de ambabus quā-tum sufficit pro confectione solida ex qua fi-at confectio in morsellis quorum quilibet sit trium dragmarum. Istas confectiones uirtu-tum naturalium confortatiue et proprie epa-tis restauratiue proprie humidi sustātifici om-nium membrorū sumat morsellos duos i ma-ne saltem per horas duas ante prandiū et ite-rum duos ante cenam per horas duas prādio iam digesto. Placet insuper ut utatur infra-scripta unctione que est siccitatis dorsi et toti-us corporis remissiua et earundem ptium hu-mectatiua. Recipe oleorum uiolati. ʒ. i. sem. amigdolarum dulcium sisamini anna. ʒ. vi. citoniorum. ʒ. sem. butiri absq; sale. ʒ. sem. seminū cōmunium minorum frigidorū. ʒ. sem. dragant: gumi arabici anna. ʒ. se. uitel-li ouorū numero duo boliarmeni. ʒ. ii. semis acetose. ʒ. i. rassure eboris. ʒ. i. sem. Cere al-bissime quantum sufficit pro unguento molli draganti gumi arabici infundantur saltē per diem naturalem in ptem dictorū aleorū quan-tum sufficit ad ipsorum imbibitionē et molli-ficationem et reliqua puluerizāda puluerizē-tur subtiliter et inde omnia misceantur et fiat unguentū molle. Ex hoc unguento frigido tempore calido ungatur tota spina a collo ex-clusiue usq; ad os caude inclusiue saltem p la-titudinem quatuor digitorum et hoc fiat bis i die. s. per horam ante prandium et per horam ante cenam tempore uero frigido dimittatur et cum locus fuerit unctus cooperiatur ne sit nimis calidus neq; frigus sentiat.

## Cura per cirurgiam

completur abrasa pte coronali ubi comissura sagittalis coniungitur coronali fricetur cum cepe squillitico infuso in aceto tamdiu donec locus rubeat et uesicetur et inde aperiātur ue-sice et supponatur caulis ad ignem parum ca-lefcūs et sepe permutetur cum uero consoli-datur iterum fricetur. Quod si cōtingeret ne per fricationem uesicaretur locus eidem par-ti ponatur medicamē q; sic fit. Recipe fermē-ti. ʒ. sem. cantaridarum abscisis capitib9 alis et pedibus. ʒ. i. sem. puluerizentur et cū mo-dico aceti cum fermento reducant ad formā paste ex qua fiat pallula ad quātitatem unius piconis et comissure applicetur et tamdiu ma-neat donec locus uesicetur et inde fiat ut dic-tum est. Potest fieri cauterium actuale sed lo-cus eligendus est ubi terminatur digitus me-dius manus pacientis posita manu ad radicē nasi et caueat cauterizans ne faciat cerebrū ebulire postea remoueatur scara et seruet lo-cus apertus.

¶ Finis.

¶ Bauerius de Baueriis.

## Hec mihi scrip-

ta sunt de dispositione spectabi-lis uiri Francisci petri archan-geli diligenter et accurate legi cognoui prin-cipium egritudinis regimen precedens et ei-us naturalem complexionē et egritudinis ua-rias mutationes et accidentia uel potius alias egritudines superuenientes de quibus una fuit dolor renalis alia palisis brachiorū et ti-biarū et cruriū arbitror quecūq; fuerint apro-ximata debite et canonice fuerint administra-ta cum intellexerim doctissimos phisicos sue cure prefuisse de quibus nihil aliud est arbi-trandum nisi q; bene et canonice processerint fuit ut coniectura sum assecutus inter docto-res assertatio nunquid dolores superuenien-tes qui potius appellari debet accidentia quā egritudines cum sint operationes corrupte le-se fuerint renales aut colici ego in controuer-sia ista nolo me constituere iudicē hoc unum affirmo q; simul possunt esse dolor renalis et colicus quoniam cause simul esse possunt igi-tur et effectus ab illis procedētes cōsequentia nota. et assumptū patet ex Auic. xvi. tertii. c. de colica et ab eodē. xviii. tertii cap. de lapide renum. Nunquid iste neruorū defectus ui-delicet brachiorū tibiarū et cruriū fuerit per crisim doloris colici ita q; materia faciens co-licum dolorem sit pulsa ad membra predicta et fecerit illam membrorū impotentiā nō est dubium q; palisis potest esse crisis colice. un-de Auic. xx. tertii cap. ii. palisis quod est cri-sis colice et quandoq; remanet cum ea et sen-sus etc. sed nunquid colica precesserit est du-bium aliquando ex febribus temporalib9 est mutatio ad palasim. unde Auic. cap. supra al-legato ad palasim quādoq; est mutatio et apo-plesiam et epilepsia colica prefocatio matricis et febribus temporalibus secundū semitā cri-sis sed he dubitationes nil pacienti conferunt

illud q̃ cõsiderandũ mihi uidetur est nũquid balneum in hac dispositione conferat quantũ ad neruorum laxitudinẽ cum diligenter con siderarem mihi uidetur q̃ stante uirtutis for/ titudine et precipue uitalis et corpus sit infeb briens q̃ balneum sibi conferat et in casu pla ceret balneum candanellarũ territorii senarũ modo qui statim dicetur. nam illud balneum habet uirtutem ferream cum pticipatione sal sedinis aluminis et uolunt nonnulli q̃ uirtu tem habeat eneam et tale est q̃ huic proposito est conuenientissimũ. unde Auic. ii. primi ca pi. ille quidam ornate loquentium dixit eree quidem aque ferree et salse iuuãt in egritudi nibus que fiunt ex frigiditate et humiditate et in doloribus articulorũ et podagre et cõferũt lassitudini. i. palisi asmaticis et egritudinibus renum etc. et. ii. cano. simplici. ccc. lxxxix. et aque sulphuree et eree sunt bone renibus et colice et eodẽ loco aqua ferrea est bona spleni et stomaco et aqua erea est bona et proxima il li. Dico ulterius q̃ balneũ sulphureũ est illi. conueniẽs precipue si cũ sulphure fuerit ali/ quid aluminis q̃ sua stiticitate mẽbra confor tet cuiusmõi est balneũ petrioli et balneũ san cti philippi secũda primi cap. supra allegato. Sulphuree uero aque neruos mũdificãt usus horum balneorũ talis esse debet q̃ corpus sit bene et diligẽter purgatũ et cum egritudines neruorũ nõ nisi farmaco purgentur ut dixit Mesue et Auic. i. tertii. c. de apople. ad finẽ. Et scias q̃ apoplexia et palisis cõstringũt me/ atus cibi quare nõ possunt medicine faciẽtes euacuationẽ euacuare ex materia faciẽtes ip sas pprie quapp si unica euacuatiõe nõ pote/ rit sufficiẽter purgari quia forsan pp longã egritudinẽ nõ tolleraret forte solutionẽ fiat i duabus aut tribus. nã hoc ẽ fundamentũ cu/ re ut accedat bene purgatus quo facto petat balneũ dicti Petrioli licet balneũ sancti phi. sit efficacius sed pp alia commoda plus placet balneũ petrioli ad quod itur de mẽse Aprilis ita q̃ ibi sit de mẽse Maii in pricipio. nã ad balneũ standũ ẽ p mẽsem aut amplius si tar/ dius accederet manendũ ibi esset de mẽse Iu/ nii tpe calido in quo male fertur balneũ. Cũ q̃ ad ipsum applicuerit quiescat p duos aut. iii. dies quibus exactis circa solis ortũ portet ad balneũ caldanellarũ in quo balneet corpus totũ p spaciũ unius hore si nõ senserit debili tatẽ aut molestiã aliquã. deinde intret balneũ linitiaminibꝫ calefactis prius et corpe medio/ criter pãnis tecto tentet si põt sudare si suda/ uerit faciat pãnis calidis corpus exsiccari po stea se induat si nõ sudauerit cũ steterit p ho/ ram unã i lecto se induat et inde ad horã prã/ deat et eadẽ die nil aliud faciat. et similem or dinẽ teneat p tres dies pximos sequẽtes qui/ bus preteritis de mane in ortu solis balneet se in balneo militũ et ingenietur ut aqua de/ scẽdẽs in balneũ det sup ptem posteriorem colli in quo si sibi molestũ nõ fuerit maneat p horã. si ex eo sentiret debilitatẽ statim egre diatur postquã egressus fuerit lectũ igrediat et tẽtet sudare et faciat ut dictũ est de balneo caldenallarũ et posteaquã fuerit indutus acce dat ad duciã cuius casus sit sup caput ubi co missura coronalis cõiungitur cũ sagittali qui locus cognoscitur ponẽdo radicẽ manus pa/ cientis ad radicẽ nasi et ubi terminatur digi/ tus medius illic ẽ cõiunctio comissurarũ et ab ea incipiat q̃ minus ẽ calida ad quã stet p ho/ ram si nõ debilitatur inde surgat et faciat sibi caput exsiccari cũ pãnis calidis et ultimo fri/ cari cũ manu caput et ptem posteriorem colli cũ infusione quã inferius ordinabo. deinde stet p horã et prandeat cũq̃ trãsiuerit hore se ptem a fine prãdii redeat ad accipiendũ aquã capiti eo mõ qui dictus ẽ debere fieri de mane hunc ordinẽ seruare debet quousq̃ steterit pe trioli q̃ esse debet tẽpus unius mẽsis quãdo posset sufferre balneũ et duciã eisdẽ modis q dicti sunt hoc excepto q̃ bis in ebdomada se balneet in balneo caldenallarũ reliquis diebꝫ in balneo militũ seruatis ordinibus et modis q dicti sunt et cũ se duciauerit p duos dies ad unã duciã mutet se ad aliã paulũ calidiorẽ et ita pcedat donec ueniat ad duciã propinquã calidissime per duas ducias et ibi quiescat do nec compleat balneationẽ integre. et si per ali quod accidens nõ posset sufferre balneũ per horam et pariter duciã stet petrioli per ampli/ us tempus quã illud quod est dictũ. huius or/ dinis causa est quia balneum caldenallarũ ha bet uirtutem ferreã cum aliquali alumine et forsan ut dicũt aliqui aliquid eris pticipat et ideo confert stomaco splení qui in tanta egri/ tudine debet esse debilitati renibus et neruis ut apparet ex superius dictis auctoritate Aui cen. et hoc balneum est leuius balneo militũ loco supradicti balnei posset interdum balnea ri in balneo sancte Lucie ubi mulieres se bal neant. balneum militum fit ex aqua Petrioli cum permixtione aque balnei de ferro et ido balneum istud habet mineram sulphuree pri cipaliter cum alumine et uirtute ferri. quare conuenit neruis debilibus resoluit lassitatem et palesim et potest administrari super partẽ posteriorem colli ubi est origo neruorum ue/ nientium ad brachia. unde Auicẽ. ii. tertii in

quãq̃ egritudinibus neruorum intentio ē ad posteriorem ptem colli capiti habenda est cu/ra quoniã a cerebro imediate aut mediãte nucha oriuntur omnes nerui neq̃ etiã displiceret quãdo tollerare posset ut intraret balneum magnum petrioli in uespere postquã sumpsisset duciã in quo staret usq̃ ad umbilicum per tempus hore medie aut amplius et hoc in diebus postremis. Et propter comoditates horũ balneorum que petrioli habentur et non i sancto philippo dixi q̃ plus mihi placebat petriolum non obstante q̃ balneum sancti Philip. esset efficacius uolentes ex balneo utilitatem consequi. Infrascripta documenta sunt obseruanda. Primum q̃ antequã balneum intret conetur habere uentris beneficium aut saltē tentet q̃ si ueniret ut aliquando solet fieri stiticus faciat sibi fieri ante itroitum in balneo clistere tale. Reci. decoctionem capitis castrati cum malua et peritaria lib.i.sem. cui addãtur mellis. ℥.ii. olei. ℥.iii. salis. ʒ.ii. et calidũ supponatur.

¶ Secundum si debilitatem sentiret dum esset in balneo statim egrediatur idem faciat cũ aquã accipit ad caput.

¶ Tertium cum in balneo existit nihil bibat si uehementi siti uexaretur sumat grana granatorum aut zucarum canditũ in ore aut primum in aqua remolitum.

¶ Quartum cum egreditur balneũ aut exit a ducia non comedat neq̃ bibat donec corpũs sit infrigidatum.

¶ Quintum post solis occasum non stet extra domum.

¶ Sextum quando comedit non prius bibere incipiat quã comederit quinq̃ aut sex bolos et bibat pro uice parum et potius sepe sed quãtitas totius sit pauca sit uinum puum cifeolum non dulce neq̃ acerbum sed inter hoc mediũ sed si arbitrat̃ q̃ posset abstinere a uino de quo dubito propter egritudinē laudarē aquã mellis cũ cinamomo aromatizatã.

Septimũ est q̃ cibi sint sicut perdices fasiani turtures capones iuuenes et iuuenes galline pulli. Ex quadrupedibꝰ sicut carnes edi et castrati ab aliis abstineat post cibum sumat grana coriãdri habentia unã zucari coopturã.

## Euntibus ad balneũ

solet aliquãdo accidere rubedo oculorũ que si acciderit ponãtur uentose sine scarificatione sup spatulas et postea fiant spatularũ fricationes et in oculis proiciatur albumē oui cũ aqua ro. cõquassati cũ prius spuma abiecta fuerit et in dicto medicamine infundatur cotum et oculis superponatur et sepe mutetur ita ut non exsiccetur. Cõuenit etiã lac recens i oculis iniectum sed cũ iniectũ fuerit nõ permittatur diu stare quin oculus mundetur quoniam acetosaretur et oculis noceret. Aliquãdo accidit epatis supercalefactio cui prouideatur ungendo regionem epatis ante introitum balnei cũ ceroto sandalino q̃ si hoc sufficere non uideatur exhibeatur infrascriptum iulep q̃ epatis i sfrigidatiuum est que confortatiuũ et mũdificat renes et preseruat a generatione lapidis in renibus. Recipe aquarum endiuie. ℥. vi. epatice. ℥.iii. seminũ cõmuniũ maiorũ frigidorum. ℥.iiii. capillorum ueneris. ℥.iii. bulliãt in predictis aquis granorum alchachegi numero.x. sandalorum rubeorũ. ʒ.ii. sem. usq̃ ad consũptionem quarte ptis postea coletur et colature addatur zucari trium coctarũ quantum sufficit et fiat iulep longum dosis ē ℥.iii. sem. per duas horas de mane ante introitum balnei et hoc taliter sumat bis aut ter in ebdomada diebus interpositis si contingeret q̃ a capite ad pectus materia descēderet et tussi aut alio nocumento patiēs molestaretur exhibeatur post cenã quãdo uadit dormitum. ℈ ii. pillu. de yera composita seu de yera Nicolai et de mane sequenti non intret balneũ nec exponat caput ducie sed in uespere faciat ut i superiobus diebus. Aqua cum qua caput et collum est fricandum ut supradictum ē. Re. aqua uitte quater sublimate lib.i.sem. thuris gariof. laudani macis nucis musc. an. ʒ.i. pistentur modo grosso et infundãtur in dicta aqua que sit in uase uitreo et optime claudeat̃ cum cera ne possit euaporare et utatur ea ut dictum est. Si casus esset q̃ non posset ire ad balneum oportet ut uia medicine subueniat̃ presupposito debito regimine sex rerum non naturalium quod nõ dubito qui per eos interfuerunt cure fuisse debite ordinatũ. Et admisso ut arbitror q̃ hec palesis siue neruorũ defectus sit a mã frigida neruis imbibita. Medicus pro eius cura plures debet habere intentiones. una est materiã egritudinē facientem et existētē sub forma cause antecedētis digerere secũda est post digestionē ipsam euacuare. tertia est diuertere. quarta est complexionē membrorũ alterare et ipsa mēbra confortare. quinta est accidētibus succurrere.

## Prima intentio.

adimpletur sic si corpus fuerit debile. Reci. acori. ℥.i. passularum enucleatarum. ʒ.vi.

florum sticados arabici. ℥.i.sem.yue.℥.sem. buliāt oīa ī lib.iii.aque usq̧ redeat ad medietatē et coleť et colature addāť mellis rosati colati quātum sufficit et fiat iulep longū et aromatizeť cū nuce musc. dosis est.℥.iii.sem. hmōi iulep deť calidū p horā ante diē est cū domestici. Si uero uirtus esset fortior digeratur cū infrascripto syrupo qui optime materiam flegmaticā ad euacuationē disponit uerū ꝙ magis canonice ꝓcedēdo a iulep suprascripto tāquā a debiliore esset inchoādū. Reci. calamenti mētastri polii pulegii ysopi saluie maiorane rorismarini timi rutte domestice et siluestris bretonice et serpilli an.m.sem. yue. m.i. radicum acori aristologie lon. et rotūde paucedani an.ʒ.ii. radicū feniculi apii brusci petrosilli spagi an.℥.sem. sticados anisi feniculi ameos carui leuistici sileris mōtani anna ʒ.i.se. passularū.℥.i.sem. decoquanť in sufficienti q̄ntitate aque usq̧ ad consump. medieta. postea coleť et colature addatur mellis quantū sufficit et fiat syrupus et aromatizeť cū nuce musc. cinamomo et cubebis. Recipe supradicti syrupi.℥.ii. aquarū saluie yue et melisse an.℥.i. misce iste est p una uice sumat calidū in aurora totiēs quousq̧ in urina appareat digestio in materia.

# Secunda intentio.

sic adimpleť. Recipe pill. de yera cōposita pillu. de hermodactilis maiorū an.ʒ.sem. misce et fiāt pill. vii. istas pill. materiā euacuātes a capite p horas octo post finē cene imediate p̄cedenti sup quas potest cū assumpserit dormire per horā unā aut unā cū dimidia. deinde uigilet donec transeāt hore quinq̧ ab hora sumptionis pill. et accipiat tūc.℥.iiii. aque mellis calide et inde ad horā prandeat. si pillu. uellet fortiores sumat mō cōsimili.ʒ.i. pill. cochiarum. uerū ꝙ ista limittanť secundum ꝙ apparuerit medico presenti in diminuendo aut addendo considerata uirtute pacientis et dispositione.

# Tertia diuertatur.

materia iuxta intentionē tertiā. Hec intentio compleť cū suppositoriis et clisteriis et secundū quod presenti medico apparuerit et cū gargarismatibus masticatoriis et sternutationē faciētibus. unde dixit Mesue ꝙ p̄dicta ad hāc egritudinē sunt uehemētis uirtutis purgant. n. cerebrū et diuertūt a pte egritudis ad emūtoriū cōe. Reci. sinapis.ʒ.ii. corticū radicum capparorū.ʒ.i.sem. piretri.℈.ii. decoquantur in.℥. octo aque usq̧ ad consump. tertie ptis et coletur et colature addātur aceti squillitici. ℥.i.sem. mellis ro.co.℥.ii. et gargarizeť. Recipe piretri minutissime incisi.℈.sem. masticis gra.x. masticeť simul et humiditas q̄ i ore ueneri: expuatur et hoc fiat p quartā ptem hore. Recipe ellebori albi subtilissime puluerizati insuffleť naribus ad quantitatē gra. frumenti aut minus et fiat sternutatio istorū utatur modo uno et mō alio sed ab eis nō incipiat nisi post bonā euacuationem.

# Quarta altezetur ma

la cōplexio membrorū cū qua etiā mēbra confortātur iuxta quartā intentionē. Recipe uriacc.ʒ.i. aut tantūdem metridati et deť post cenā ad septimā horā postea stet ieiunus per horas septē. Ad idē ualet si exhibeātur.ʒ.ii.se. diamus. dulcis. Recipe xiloaloes cinamomi corticū citri zenze. galāge an.ʒ.i. macis gariof. croci deronici an.℈.i. pinearū munda. passularū enucle. an.℥.se. zuca. lib.i. dissoluatur zucarū cū aqua decoctiōis saluie capillisue maiorane sticados ara. et acori et fiat electuariuȝ ꝙ est ualde efficax dosis ē quantitas medie.℥. postquod imediate sup bibātur.℥. iii. uini albi pmixti cū aqua sublimatiōis saluie et rorismarini. Ad hāc intentionē ualet exhibitio quātitatis fabe alal siue asse fetide ut uoluit Rasis.i. continē. de qua detur mane et sero celebratū auxiliū ad hāc egritudinē est confectio anacardina de qua dixit Mesue ꝙ erat sublimis sed ē ualde forte medicamē non dandū corpori incēdio patum. Recipe oleorum spice et costi an.℥.i. castorei piretri an. ℥.sem. euforbii.℈.sem. cere parū et fiat unguentū. Aut Recipe oleorū rute costi euforbii an.℥.sem. castorei.ʒ.i. bdelii serapini anna.ʒ.i. cere parū et fiat unguentū. Cū altero istorū ungatur collū posterius et ungātur spondiles a loco ubi cingiť infra et coxe et tibie ante prandiū et cenā et pariter brachia. et postea inuoluanť in lana succida carpinata super petiam lini sutta.

# Quinta intentio.

compleť cū uariis remediis secundū uarietatem accidentiū que huic egritudini possunt cōiungi de quibus cū modo nulla intelligā esse coniuncta non scribo hec medicamina que ultimo sunt scripta nō sint in usu nisi prius fuerit corpus optime purgatū et fuerit facta aliquotiens diuersio materie secundū modū dic

quam sit deo laus.

Bauerius de Baueriis.

Me scire cupi tis quod balneum sit efficacius aut petrioli aut sancti Philippi Ad quod respódeo nó esse uerú balneú petrioli esse calidú et siccú in quarto gradu et ratio est illud balneú nó habet caliditaté et sic. nisi merito minere sup quá currit aqua minera illa est sulphuris et aluminis licet sulphur gra/duetur cali. in quarto ut apparet. ii. cano. ccc. xxvii. aqua cú de sui natura sit fri. minuit de cali. sulphuris. ná si aliquid cóponitur ex re/bus diuersorú graduú id non est ita intésum sicut intésior illorú graduú cóponentiú. nam si id q est cal. in primo cóponatur cú eo quod est calidú in tertio totú nó est calidú in tertio i pposito Aqua Petrioli é cóposita ex sulphu/re et aqua ergo totum nó est calidú ut sulphur quod est alterú componentiú.

Dico secúdo q balneum. s. Philip. citius suá facit opationem et hoc experiméto est p/batú et declarat ratione. Balneú Petrioli hal bet cú sulphure suo multú aluminis. alumen est sticú et pp hoc cóuenit fluxui sanguinis ut apparet. ii. cano. simplici. cccccc. liiii. et p/pter hoc aqua Petrioli nó ita cito penetrat ad ptes pfundas aut ad loca ad que difficilis est penetratio ratione aluminis cóstringétis et p bibétis citá sulphuris uirtuté penetrare.

Balneú. s. Philip. habet sulphur non mi/nus quá balneú Petrioli qd' apparet ex mul/to sulphure quod ibi fit nec decurrit p ipsum sed p loca que uidétur cinericia ob magnam minere caliditaté huic aque nó est alumé con iunctú quod phibeat eius penetrationé et ió eius uirtus citius ad loca penetrat pfunda sua uirtute sulfurea et calefacit et exsiccat. Verú est quod licet balneú Petrioli tardius suú p/ducat effectú cú ipso tamé maioré facit cófor tationé pp alume quod ptes unit balneú san/cti Philip. dimittit ptes in quibus opatur ma gis laxas et porositates magis latas. Ob hác causam uidemus quod balneú Petrioli parú cófert ad sciaticá cú eius materia sit in profú do locata quia ad eú locú nó penetrat sed bal/neum. s. Philip. cófert cú essem senis plures ad id misi qui fuerút omnes liberati.

Balneú militú habet minerá mixtam ex a qua Balnei Petrioli et ex aqua balnei de fer/ro uidemus utraqz aquam confluere in dicto balneo.

De balneo sancte Lucie uidetur q teneat minerá ferri ex eo q circa ptes per quas fluit et relinquit quandá superfluitaté que attestat colori eruginis ferri que cú gustat uidetur in sipida. non negatur tamen qn participet ali quid sulphuris et aluminis sed longe minus quam petriolum.

Balneú cádenallarú habet ferri mineram cú pticipatione nitri quapp eius aqua fit solu tiua parú tamen. unde licet ratione nitri sol/uere debeat ratione tamé ferri restringétis et unientis ptes remittit solutio. hec sút q a me in his q a uobis petuntur sentio.

Bauerius de Baueriis.

Erotum quo usus est Thadeus de Matuglia no qui patiebatur fistulam la/chrimalé oculi et debet esse lógitudinis unius sumessi et latitudinis. v. digitorú et incipit ex tédi ex pte capitis anteriori. unde capilli inci piút nasci et hoc postquá transierint dies. v. a pricipio ducie. Recipe storaci calamite. ʒ. ii. olibani masticis. ʒ. i. sem. laudani. ʒ. iiii. ma cis. ʒ. sem. cere. ʒ. vi. cóficiantur in mortario calido pistello addito modico oleo camomille et redacat ad formá ceroti renouetur i omi si ne duorú dierú. Vtebat postquá surrexerat a ducia et bene exiccatus tali colirio iacés resu pinus accipiédo ex eo uná aut duas guttas et sic iacebat p mediá horá Recipe sarcacolle nu cie prepate an. ℥. i. camphore. ℈. i. mirabola/norú citrinorú. ℥. i. sem. aloes. ℥. ii. aque ro/sate uini albi subtilis an. ʒ. iii. pulueri zent pulueri záda et buliát in duplici uase ad con/sump. medieta. et pmittatur residere et accipi atur ps clara de qua fulletur ut dictú est.

Puluis in sindone tincto in grana inuoiutus et sepe odorádus. Recipe ambre. ℥. i. xiloalo es. ℥. iii. maiorane. ʒ. se. gariof. laudani an. ℥. i. sem. pistétur et fiat pulnis. caput et collú aqua uite fricatur.

Iacobus de Argili cuius latus dextrú ual de erat debile et longi tpis et subtilius altero et manus nó plicabilis duciabatur in pte col li posteriori. et postq de mane duciatus erat i balneo militú antequá se uestiret ungebatur hac unctione tádiu quod brachium manus et coxa et crus debilior calefieret uel efficerent rubee uel uene tumefierét. etiá si i uespe post duciá succederet fricatio et unctio esset admo dú utile. Recipe pinguedinis galline. ʒ. ii. se. porci. ʒ. ii. medulle ossiú cerui que si nó ha

beatur sumat uituli ysopi humide anna. ℥.i. misce et fiat ut dictu est hac usus est octo die. postea tali unguēto eodē mō. Recipe radicis altee abiecto medullio lib.se.decoquatur optime et postea pistetur ita ut fiat pasta. postea addatur medulle cerui aut uituli. ℥.iii. ysopi humide. ℥ ii.oleorū liliorū alborū et sisamini et si nō habeatur olei amigdolarū dulciū an. ℥.i.cere parū et fiat unguentū.

Odor Recipe nigelle p diē in aceto infuse de hinc i umbra exiccate postea parū torrefacte ultimo pistate liget in sindone grane et frequēter omni odoretur tempore.

ℭ Ser Iacobus Cēnis qui patiebatur dolores p totū corpus ungebatur postquā exuerat balneū militū antequā se indueret totā spinā dorsi incipiēdo a loco in quo collū coniungitur spatulis et descendēdo ad directū umbilici cū tali unctione manu debite calida. Recipe enule. ℨ.ii.foliorū lauri. ℨ.i.sem.nucum cipressi et foliorum eius an. ℨ.ii.sem.calami aromatici. ℨ.i.pistentur modo grosso et decoquantur in lib.i.aque.et. ℥.iii.olei de ruta usq; ad consumptionē aque postea colet facta optima expressura et illi addantur storacis liquide. ℨ.ii. famine calami aromatici an. ℨ.i.euforbii grana.vi.cere parū et fiat unguentū molle.

Si epar supcalefieret quod cognoscit ex urina rubicūdiore aut ardore eius ante accessum balnei per mediā horā ungatur epatis regio. Recipe oleiro.olei nenufaris anna. ℨ.vi.sandalorū rub.spodii anna. ℨ.se. camphore. ℈. sem.spice absinthii anna gra.x.aceti uini. ℨ. ii.cere albe parum et fiat unguētū molle pro epate etc.

ℭ Finis.

Bauerius de Bauerijs.

Et ea que ab eximio doctore magistro Ludouico de grignano audiui et que mihi scripta reliquit. Noui uotū Illu. D. Federici de Gonzaga Do.et benefactoris mei. cui arbitror posse satisfacere dūmodo dominatio sua se prebeat obediente. Aliisq; scribētur aliter neq; ego neq; quisq; alter poterit rē suā bene cōducere secundū desideriū ppriū. hortor et p amore quē in Illustri. Do.sua habeo uelit in rebus dicēdis bene se regere quoniam malū regimē in iuuētute detegitur i senectute ut uoluit Galie. Dispositio Illu. Do. Federici est mala cōplexio frigida et hu. cerebri pariter et stomaci quibus cōiungitur mala cōplexio calida et sicca epatis. ob quā causā epar multiplicās colerā ptem eius transmittit ad stomacū que miscetur flegmati in eo contēto et resultat colera uitellina que tum multitudine tum etiā prauitate quadā irritat stomaci uirtutē expulsiuā et promouet ad uomitū frequentē et licet uomitus iuuet pro quanto per ipsum fiat malorū humorū euacuatio. Nocet tamen pro quanto debilitat stomacū et reddit ipsum cloacā supfluitatē. unde Auic.xiii.tertii.c.de debilitate stomaci. Et quandoq; facit debilitatē plurimus usus uomitus.et.iiii.primi cap.xiiii. Supfluus uomitus stomaco nocet et ipsum debilitat et resoluit ipsum et facit ipsum aptum ut materie.s.male ad ipsum puenīāt.et obest pectori uisui et dentibus et antiquis capitis doloribus etc. Et.xiii.tertii ca. de regimine eius cuius stomacus ē puus. Dixit ex regimine cōuenienti pluribꝰ stomacis est uti uomitu bis in mēse.ita ut nō aggregetur in stomacho humor flegmaticus et subdit etiā nō oportet et supra illud addatur quoniā cōsuescet natura eiicere supfluitatē ad stomacū et cap.de rebus quarū usus nocet stomaco et intestinis. Dixit et uomitus laboriosus q̄uis sit iuuatiuus ex pte purgationis nocet tamen plurimū cū debilitate.uomitū autē prohibere āt ipsum multū rarificare ab eo q; consuetū nō laudatur quoniā materie in stomaco multiplicate et nō euacuate possent malas dispositiones inducere ex fluxu aut offendere uaporibus multiplicatis capiti corrūpunt et cibū in stomaco et sūt causa indigestiōis sed stomaci mala digestio ē fere cā omniū egritudinū que fiūt in corpe.unde Auic.ii.primi. c.vii.de his que proueniūt a retētione et euacuatione.cūq; retētio eius quod euacuari debet accidit proueniēt inde egritudies.xiii.tertii.c.de debilita stomaci. Et scias q; debilitas stomaci fortasse ē cā cūm egritudinū eedē dispositiones corpis sunt cā lubricitatis uētris quā sepe habet.nā stomacus trāsmittit ad intestina materiā nō bene digestā et colerā uirtutē expulsiuā irritantē et ex ifis sequit frequēs assellandi necessitas.oportet igitur prouidere ut stomacus bene digerat et q; i eo nō multiplicetur flegma q; inuicē arbitror fieri posse nisi prius emēdetur malicia cōplexiōis frigide et hu. cerebri et cōfortetur ne a membris sibi suppositis uapores recipiat qui frigiditate cerebri inspissati et in aquā conuersi addūt in cerebri humiditatē oportet insup confortare epar et eius caliditatē remittere. ut nō sit colere tante generatiuum nec sua caliditate sit causa euaporandi cum minus colere gene

rabit minus de ea ad stomacum pelletur. et ita minorabitur colera uitellina. Et ita uomitus quia ab ea excitatur. de ea etiam minus ad intestina mittetur. unde non tam cito uirtus intestinorum expulsiua irritabitur et ita rarior fiet excessus. Hec ego Bauerius collegi ex siguis sufficientibus.

## Cura istarum dispositi

onum duobus instrumentis medicinalibus pficitur dieta .f. et potione. posset insuper propter caput cyrurgia concurrere sed de ea non fiet sermo cum hic dico uolente deo sufficiet. Dieta consistit i debita sex rerum nō naturalium administratione de quibus pcurrendo dicam cum diffuse satis in consilio facto pro Illustrissima do. Margarita de Gonzaga dixi que habuit proposito satisfacere ualet cū utrusq dispositio tam capitis quā stomaci sit frigida et humida licet epatis caliditate et quibusdam accidentibus diuerse sint.

## De aere. Cap.

Eligat Illustrissimus. D. Federicus aerē clarum quietum a uentis bene euentatum nō habētem malum odorem declinantem ad caliditatem et ad siccitatem magis qui sit talis a natura non habet fiat saltem aer pticularis habitationis arte eo modo qui dictus est in consilio Illus. do. Margarite a reliqs aeris dispositionibus caueat quantum potest. et quia aer nos plus minusue alterat secundū q mediatius uel imediatius corpori occurrit hinc est q de aere tractantes de uestibus sermonē faciunt. narietur uestibus secundū temporū uarietatem. Et ita q nullo tempore frigeat uestium leuitate. nec etiam estuet nimia earum caliditate. Caueat ne ad pedes frigus suscipiat stomaco portet pannū graue simplum aut duplum secundū temporū narieta. et ita de capite dicendū uerum est q ipsum i nocte tenere caput calidius quam in die confert Auicē. ii. primi ca. xiii. Quod autē ex dispositione sōni est superans q in ipso calor occultatur et frigiditas manifestatur. Et propter hoc omnibus mēbris tanta sunt necessaria opermēta quāta in uigiliis nō sunt necessaria igni non multū ppinquet nec dorsum multū calefiat. Aqua cōueniens p usu est ferrea aut calibeata. Nā stomacū et splenē cōfortat. ut apparet p Auic. ii. primi. c. xx. et. ii. primi capi. xvi. de disposi. aquarū. Inquit illa uero in qua uirtus supat ferri iuuamentū ponit ad hoc ut interioribus fortitudo acquiratur retribuatur et ut ob rebus phibeatur et ut uirtutes desideratiue omēs procedāt. xiii. tertii capi. de curat. malicie cōplexionis municationis stomaci cū materia et opillationibus etc. Et aqua ferri mineralis et aqua in qua extinguitur ferrū minerale et aqua in qua extinguitur ferrum igitū multociens iuuatiua ē stomaci humidioris. Et si uino pmisceatur sit frigida nō tamē multū ut quidā estiuo faciūt tēpore. nam talis neruos impedit neq calida ut bibatur. laudo quia digestionē corrūpit et facit natare cibū. ii. primi. c. allegato nec uti debet tepida. quoniam nauseam facit et stomachū debilitat eo. cap. Lixiuium aque proportionatur. Et ideo de eo mentio fiet. Recipe cinerum turforum caulium aut fermentorū uitium lib. i. sulphuris uiui. ʒ. iii. misceantur simul et cū his fiat lixiuium colādo aquam p cinerē et sulphur. de isto accipiatur quātum sufficit pro capitis lotione et in eo buliant foliculorum sene. ʒ. i. asari foliorum lauri an. m. i. bretonice serpilli anna. m. sem. Cūq; bulierint dicte herbe et sint cocte deponantur ab igne et in lixiuio infundatur puluis qui sic fit. ligatus i pecia linea subtili et frequenter exprimatur. Et tamdiu maneat donec lixiuium sit i calore taliter remissum ut cum eo possit caput lauari. tunc colari debet ab herbis. puluis infundendus de quo supra facta ē mētio sic fit. Recipe nucis musc. gariofilorū acori cubebarū ana ʒ. sem. pistentur subtiliter et fiat puluis qui i pecia subtili liget et fiat ut est dictum. terram eligat siccam ad caliditatem declinantem.

## Caueat ab ira tristitia

furore sollicitudine inuidia et similibus animi passionibus tristitiam inducentibus. gaudeat letetur benē speret de sanitate futura uiuat iocunde cum amicis et sibi gratis uerset.

## Somnus diurnus fac

tus multum longus et quicūq factus sup repletionem nocet neq minus superflue uigilie. sit somnus de nocte et primo super latus dextrum postea super latus sinistrum sed nullo modo super dorsum. Conuenit etiam sup uentrem sit sex aut septem horarum. non amplius octo neq minus quinq neq dormire īcipiat nisi postquam a fine cene transiuerint hore due aut hora cum dimidia sitq corpore pannis debite tecto et capite eleuato. Si contingeret propter aliquam causam q in tpe

non dormiret aut laxaretur propter forte ex/ercitium aut euacuationem tunc in die som/nus sumptus daretur reliquum tempus sit ui/gilie.
Superfluum nocet exercitium et quodcunq; fit imediate post cibum et omne exercitium i quo caput laboret et fatigetur similiter in quo dorsum multum calefiat. Conuenit exerciti/um pedestre aut equestre ante prandium etc. Nam prandio iam digesto et pulsis prius su/perfluitatibus prime et secunde digestionis. fiatq; usq; ad lassitudinem aut sudorem exclu sive competit etiã uehi per nauem. Particula re uero exercitium fiat ad caput cum leui pec tinatione et fricatione ad pectus cum locutio/ne parum alta que etiam conuenit digestioni cibi. Vnde Auic. xiii. tertii cap. de debilitate stomaci. et ex eis que conferunt stomaco debi li est administratio uociferationum et omniũ que mouent. Sic facias ad brachia cum frica tionibus incipientibus ab humeris et protra ctis usq; ad manus. Ad tibias non laudo pro pter ulcus ꝙ alias in una fuit ne si ex eo de/bilis remansisset materia ad eam tracta offen/deret.

## De cibo et potu.

Cibi nocent quicunq; sunt digestionis diffi/cilis ut carnes salite et bouum antiquorum et omnes qui sunt mali nutrimenti ut caules lẽ tes et similes et qui sunt uiscosi ut cutes ani/malium et omnes qui sunt excedentis frigidi tatis et humiditatis et pariter qui uehementer essent calidi et omnia multum dulcia et ping/uia et multum amara.

Panis fit ex munda farina bene fermentatus et diligenter coctus in cuius confectione po/natur sal et parum pulueris anisorum non sit durus nec recens nimis quoniam esse nõ de/bet quãdo comeditur calidus sicut a furno ex trahitur neq; durus transcendẽs dies tres. et ab eo cruste excutiantur quando comedit di/mittat panem azimum et male coctum uel in debite elaboratum et qui est substantie multũ compacte siue solide. et caueat a cibariis que fiunt ex pasta azima sicut macaroni lunelli et similes.
Carnes conuenientes sunt ex uolatilibus car nes sturnarum perdicum fasianorum coturni cum turturum pipionum columbarie comple te pennatorum. licet Auic. dicat. xiii. tertii ca pitulo de cura malicie complexionis stomaci cum materia et opillationum eius ait. Et cibi conuenientiores ei sunt iura alcanebit et par narum auium et ius columbe pullorum cor/pora enim pullorum columborum sunt tarde digestionis et longe more in stomaco.
Credendum est quod dixerit de illis qui i do mo nutriuntur quos cassengos appellamus. auium puarum degentium in nemoribus et dumetis. caponum iuuenum gallinarum car nosarum et pullorum. Ex quadrupedibus sint carnes caprioli iuuenis leporis coniculi. edi uituli castrati et agni annualis. Dimittat carnes auium in stagnis paludibus aut ualli bus degentium sicut anates anseres folice et relique tales et reliquas carnes exceptis su/pradictis.
Caueat etiam ab interioribus animalium si cut cor cerebrum oculi pulmo stomacus epar excepto epate galline pinguis et anatis splen intestina. cauda et cutes et pinguedo nocens. Eligatur ex ptibus pars musculosa et ps cui/us caro est rubea quibusdam uirgulis pin/guedinis permixta carne superante. et he car nes meliores sunt si fuerint ex animalibꝰ adõ lescentibus quã ex antiquis imo decrepitorũ nulla caro gratia cibi laudatur. Et ptes anteri ores laudabiliores sunt posterioribus. Et he melius preparantur si fuerint macre elixan/do in uase ferreo. si autem pingues assando ceteri modi prepationum dimittantur. ea que ab animalibus accipiuntur sunt oua lac buti rum et caseum oua recentia sunt bona mala sunt antiqua. Melior modus administrationis eorum est ut sint sorbilia hoc est parum coc/ta ita ꝙ albumen sit uel ut lac. deinde tremu/la que sunt media inter sorbilia et dura et me lius decoquuntur in aqua quã in cineribus. et adhuc melius cum in aqua franguntur et decoquuntur albumine abiecto que sunt du/ra frixa omnia sunt mala quomodocunq; deco quantur. Lac non conuenit est enim facilis corruptionis generans uentositates in uentre butirum nocet stomaco et faciliter in epate in flamatur.
Caseus recens frigidus et humidus non con ueniens complexioni stomaci sue dominatio/nis. et uetus est malus humores generans ui scosos.

Pisces generaliter non conueniunt fri/gidi sunt et humidi uaporantes in caput et dif ficilis digestionis quare sitim inducunt. mi/nus mali sunt marini quam aquarũ dulcium Eligantur qui sunt squamosi habẽtes carnes frangibiles non uiscosas et non sint mali o/doris. Et paruũ aliis paribus existentes

meliores sunt magnis. Eorum pars deteriol est caput et umbilicus. partes ad sanitatem meliores sunt cauda et etiam partes adherentes ossibus a capite usq; ad caudam. Et similiter chele ipsorum melius preparantur aut super graticula cum asperguntur aceto et sale et oleo aut decoquūtur in uino aut oleo friguntur et celantur petrosillo et menta.

Ex granis uti potest: farre milio interdū riso et brodio cicerū rubeorū condito cum saluia et roremarino: Caueat a ciceribus albis pisis fabis faseolis lentibus. omnia sunt inflatiua uentositatem generantia et mali nutrimenti.

Nocent uina pontica subtilia ut maluaticum et similia dulcia grossa turbida et noua non dum defecata et uina multum paucifera agrestina. eligatur uinum clarum boni odoris paucicferum i sapore medium inter dulce et austerum aut declinet ad austerum parum. Conuenit etiam cisiolum habens supra dictas conditiones q; si opus est limphare limphetur cum aqua ferrata.

Nocent ex herbis quecūq; sunt frigide et humide ut atriplex spinacia lactuca et cetera olera stomacum mollificantia et que multum in caput euaporant ut caules eruca. Et oēs quoq; multum calide ne epar inflament. Eligantur endiuia et ꝓprie amara et species eius boragines buglossa menta petrosilium apiū serpillus maiorana sparagi lupulli origanū saluia. Et cetere similes q; si que sunt frigide administrantur misceantur cum eis herbe calide aut aromat bus condiantur.

Ex fructibus herbarum concedūtur capares aceto conditi sed euitandi sunt cucurbite melones cucumeres citrulli. Si tamen aliquando melones accipit sint qui pepones nominātur et sunt rubei intus. nam minus aliis sunt frigidi et sumātur ante alios cibos post quos sumatur uini albi modicum ut corrigat eorū frigiditatem sed non tamen sumatur ut faciat malum chimum ipsorum in uenas penetrare et si post esum ipsorum expectaret donec essent digesti antequam aliud comederet prestātius esset. et si stomacum sentiret malis humoribus plenum nullo modo comedat quoniam falliciter corrūmpitur in homorem quem in stomaco inuenit.

Ex radicibus herbarum nocent alea porri mirabiliter propter eorum euaporationem bulbus siue scalonia pastinaca rafanus et radices que cōmuniter comeduntur. Nam ante cibū comeste generant uentositatem subleuant cibum ad os stomaci et faciunt nauseam et sūt dure digestionis post uero cum comeduntur eorum grauitate ad inferiora cibum deponūt ad locum digestionis et propter hoc sunt minus male. Conceduntur carote interdum bene cocte. nam ipse species sunt pastinace et radix enule cum fuerit subtiliter incisa et in ferculo preparata.

Ex fructibus conceduntur fistici precipue tēpore frigido aut mediocri. auellane prius torrefacte. ficus sicce uue passe. precipue que sūt pontice multam dulcedinem non habentes.

Citonium coctum in fine mense nespulū nō complete maturum grana pini in aqua calida feruenti infusa. postea in umbra desiccata et cum zucaro confecta et amigdale dulces scortiate cum zucaro preparate et poma sutica et pira cocta in fine mense sumpta.

Ab aliis abstineat cuiusmodi sunt nuces castanea persica pira mala pruna. cerasa mora. ficus recentes quoniam stomaco nocent secūdo cano. capitulo de ficu. fructus absolute nō conueniunt. Vnde Auic. xiii. tertii capitu. de egritudinibus stomaci ait. Ex omni recentus prolongatur mora in stomaco et tardatur accidit euaporatio generatiua humorum et non est aliquid ita euaporatiuum ut fructus.

¶ Ex arboribus accipiuntur nuces et oliue que si fuerint condite. Nuces postquam sunt dulcerate et cum gariofilis et pipere et melle tempore frigido conueniunt stomacho oliue etiam si condiuntur sale uel salamora non uituperantur et omnia olea sunt stomacum mollificantia et ex eis q; est magis conueniens et magis sanum est oleum de oliuis et de nucibus et oleum de fisticis. Auicenna decimatertia tertii capitulo de rebus quarum usus nocet stomaco et intestinis.

Species quibus uti potest super fercula sua precipue tempore quo non sunt calores uehementes.

Recipe cinamomi electi. ʒ.ii. zenze. ʒ.i. gariofilorum nucis muscate melleglete. anna. ℈.ii. ameos carui anna. ʒ. sem. sandalorum rubeorum et citrinorum Anna. ℈.ii. croci. ʒ.i. pistentur subtilissime et cribentur et fiāt species.

Condita que uti possunt sunt zenze. uiride conditum nux condita. potest de uno istorum summere radicem unam aut nucem unam p horas duas ante prandium in principio mense uti potest confectione que sic fit.

Recipe cinamomi electi. ʒ.i. zenze. ℈. sem. granorum penidiarum in aqua calida infusa et in umbra exsiccatorū. ʒ.iii. zucari albi qtum sufficit et cum aqua rosata fiat confectio

in morsellis quorum quilibet sit trium dragmarum.

## De inanitione et repletione.

Sũma diligẽtia obseruãdũ est ne fiat ciborũ repletio et cũ oĩs sit mala peior ẽ q̃ de cibis fit phibitis. unde Auic. xiii. tertii. c. de rebus quarũ usus nocet stomaco et intestinis. Et ex rebus magis nociuis stomaco ẽ repletio. et pp illud nõ augetur corpus gulosi. quoniã cibus nõ digeritur et qui a cibo abstinẽt dũ adhuc remanet aliquid appetitus augetur quoniam stomachus eius bene digerit cibum. de humorali uero posita auget premittendũ q repletio panis deterior est quam carnis. unde Auic. tertia primi cap. vii. de regimine eius q comedit et bibitur. Amplius scire debes q impedimentũ panis cũ nõ digeritur est multũ sed carnis impedimentũ cum nõ digeritur ẽ minus hoc. Sed p debito regimine quidã canon. sunt obseruãdi. Primus q nõ comedat nisi senserit cibũ preassumptũ esse digestũ. Secũdus cũ appetitus edendi uerus affuerit nõ differatur cibus.

Tertius quod in una mensa non comedantur res multum diuerse sed debet esse contentus unius aut duorum ciborum.

Quartus si contingat in eadem mensa diuersa comedere quorum unus sit facilioris digestionis quam aliud ab eo primo incipiat qd facilius digeritur et in hoc multum errant in regimine sanitatis qui lac comedunt post carnes aut zuccaram sicut faciunt nostri bononienses. Et similiter comedentes ceresa pruna melones et similes. Quintus q cibus antequã trãsglutiatur diligenter masticetur. nã tunc melius digeritur. Sextus non est comedendum usq ad sacietatem imo a mensa surgendum est relĩquiis famis adhuc existentibꝰ Septimus si fructus lubricatiui uentris accipiuntur quales sunt ficus cerasa persica pruna et similes. Comedantur ante alia cibaria et inter ipsos et cibum accipiendum interponatur aliquod tempus hic canō. est Galie. ii. alimentorũ cap. de prunis et cap. de persicis. Octauus nunquã tantus cibus sumatur ut inde stomacus grauetur neq tantus potus ut cibus in stomaco super natet. Nonus nunquã bibendum est in mensa nisi prius comederit sex aut octo bolos et melius parum pro uice bibere quã multũ et raro et transacta quarta pte hore a fine cibi nõ amplius bibat quoniã potus post cibum digestionem impedit et cibum indigestum facit ad epar penetrare.

Decimus si uenter stiticus fuerit curetur prius uentris beneficium aut saltem habere temtetur antequam cibum sumat. Vndecimus si senserit cibum in stomaco corrũpi q cognoscet ex malo odore et sapore oris aut ex eruptuatione fetida referẽte odorẽ ac si essent oua marcida tunc uomitus pucetur ut a cibo corrupto mũdetur q si uomitus faciliter fieri potest sufficit ut digito lingua prematur aut penna oleo intincta gutturi imittatur faciendo titilationem si minus hoc fieri potest sumat hoc uomitiuum. Recipe seminis rafani semis atriplicis florum aneti anna. m. i. buliant in lib. iii. aque donec reddeant ad lib. i. postea coletur de colatura accipiatur. ℥. vi. quibus addantur oximellis simplicis. ℥. ii. sem. et totum tepidũ et non calidum bibatur et cum in stomaco tenuerit per horam prouocetur uomitus digito aut penna oleo intincta ut dictum est post uomitum factum non comedat nisi exactis duabus horis neq protunc multo cibo aut potu se grauet hora faciendi uomitum superponat oculis bombicem siue cotum et super liget. nam probibet exitum oculorum uomitu facto lauet faciem cũ aqua rosata et gargarizet acetum aque mixtum. Insuper omia curandum est ne in comedendo longam ponat moram sicut qui stant per duas horas et amplius i mẽsa quoniam cibus non bene digeritur. pmus enim cum est digestus stomachum egreditur et cum eo qui post fuit assumptus nondum digestus. Si uero in uentre inferiori repletionẽ sentiret quam cognoscet ex rugitu aut grauedine sensata circa umbilicum et ptes inferiores tũc educatur ante cibum cum enemate q sic fit.

Recipe malue mercurialis foliorum bliti ana. m. i. fiat decoctio de qua colatura accipiat lib. i. sem. cui addãtur cassie zucari rubei ana. ℥. i. olei. ℥. iii. salis. ʒ. ii. et fiat enema qd calidum stomaco ieiuno supponatur quod si in uentre sentiret inflationem aut uentositatem cum supradicta decoctione buliant florũ camomille. m. i. anisorum parum contritorũ. ℥. i. addantur reliqua et fiat clistere. Si supra umbilicum repletionem sentiret sumat ante cenam aut prandium. ℈. ii. pillularum desanginarum quoniam educunt materiam a stomacho et a uiis ductuum et non attrahunt materiam ab aliis membris ad stomacum ut apparet. xiii. tertii capi. de curationibus uniuersalibus. Inanitio multa et abstinentia euitari debent perducunt enim ad uirtutis debilitatem quam fugere quisq debet pro posse.

Et quia coytus ad inanitionem reducitur. ideo in hoc loco mentio fit de eo. unde Auic.

xiii.tertii.c.in rebus quarum usus nocet stomaco et intestinis. Et coitus est ex rebus magis nociuis stomaco et dimissio eius est ex rebus magis conferentibus ei. Sit igitur usus rarus et fiat natura incitāte et digestione tertia iam completa.

## Regimen curatiuum

uariat' secūdū uarios canones curatiuos quos in cura istius accidentis quod est frequēs uomitus oportet obseruare. Primus canon est ut materie cōmunes que sunt in uiis ductuū euacuentur. Secundus ut minoratiue educātur materie que sunt in stomaco capite et epate. Tertius digerātur materie in locis predictis. Quartus erradicentur euacuatione materie digeste. Quintus diuertātur materie ad loca alia diuersa ab his ad que fluunt. Sextus remoueatur mala cōplexio frigida et humida capitis. Septimus cōfortetur caput ne recipiat a mēbris suppositis. Octauus sistatur catarrus ne ad inferiora fluat. Nonus remittatur mala cōplexio cali.epatis ne multā colerā mulplicet et confortetur epar. Decimus remoueatur mala cōplexio frigida et hu. stomaci. Vndecimus confortetur stomacus ne materias malas recipiat. Duodecimus si contingeret in stomaco materiā agregari uomitu educatur qui propter longā cōsuetudinē non ē omnino prohibendus. Tredecimus ponātur solutiua quibus per interualla uti debet.

## Primus canon obser

uet' sic Re. passula.puarū.ℨ.i. anisorū.ʒ.i.sem.fiat decoctio de qua accipiatur quātū sufficit ad dissoluendā cassie fistule nouiter extracte.ʒ.vi.pulparū sebesten.ʒ.se. et fiat potus. Istum potum materierū cōmuniū existētium in uiis ductuū eductiuū sumat calidum et non tepidū per horā ante diem super quē non dormiat et inde stet per horas quinq; antequā comedat et nullū sumat lauatiuū.

## Secundus canon adim

pletur sic. Reci. pill. de yera simplici.℈.ii. agarici reubarbari an.℈.sem.salis geme spice an.gra.i.sem.et cū electuario de suco rosarū reformenť pill.vii.aut.ix.istas pill.materiā apropriatā minorātes accipiat p duos dies post assūptionē supra dicti minoratiuī cōmunis p horā ante diē super quas potest cum experit unā hora dormire inde uigilet donec transeāt hore quinq; et tūc prādeat nullo premisso lauatiuo. Recipe florū rorismarini boraginis et buglosse et uiolarū an.ʒ.ii. passularum paruarum.ʒ.iii.semis endiuie.ʒ.ii.fiat decoctio de qua accipiatur quātum sufficit ad dissoluendū cassief.nouiter extracte.ʒ.vi.electuarii de suco rosarū.ʒ.i.electuarii indi maioris.ʒ.i.sem.et fiat potus si potus sibi gratior est sumat istū calidū et nō tepidū per horā ante diem seruādo reliqua q̄ dicta sunt de pillu.imediate suprascriptis.

## Tertius canon.

Recipe syrupi desticados syrupi de bisantiis. an.ℨ.se.oximellis simplicis.ʒ.vi. aquarum melisse endiuie feniculi an.ℨ.i.iste est p una uice.istū syrupū digestiuū materierū peccantiū in capite stomaco et epate sumat in die imediate sequēti ad diē assumptionis minoratiui apropriati calidū et nō tepidū per horam ante diē sup quē potest dormire p horas duas et differat cibū suū per horas.iiii. et cōtinuet donec per urinā ostēdet' digestio medico presenti.

## Quartus

Canon. Recipe pillu. cochiarū pill.agregatiuarū. an.ʒ.sem.misce et fiant pill.septē. istas pill. materiā a capite a stōaco et ab epate erradicatiue euacuātes sumat die una interposita post quā syrupos cōpleuerit p horas.ix. a fine cene imediate precedētis super quas potest una hora cū dimidia dormire cū uero trāsiuerint hore due ab hora sumptiōis pillu. siue prius dormiuerit siue nō nō āplius dormiat cū trāsiuerint hore.v.ab hora sump.pill.tunc accipiat ciatū aq̄ ordei calide cū.ℨ.i.zuca.ro. et inde ad horā prādeat nō se grauādo cibo multo Dixi supra sumeret pill.illas septē que sunt.ʒ.i.quoniā est mediocris dosis tamē si medico presenti uideret' pp corpis dispōem subtrahere aut addere relinquit' prudētie sue. Reci. maiorane florū rorismarini origani an.ʒ.i.sem.endiuie quartā.m.passularū enuclea.ℨ.se.anisorū carui an.ʒ.i.florū uiolarū borraginis et buglosse.an.ʒ.ii.agarici.℈.iiii.salis geme.℈.i.reubarbari.ʒ.i.sem.spice.℈.se. Agaricus incidat' subtiliter et nō pistet' et cū sale gema infundat' in oximelle simplici quātū sufficit ad eius imbibitionē reubarbarū infundat' in aqua endiuie cū modico uini albi cū spica q̄ p ībibitiōe req̄rit' de reliq̄s fiat decoctio aque accipiat' q̄tū sufficit ad dissoluēdū cassie no.tracte.ʒ.v.ɔfectōis de dacti.ʒ.i.se. et addantur expressiones agarici et reubarbari et fiat potus hunc potū calidum et non tepi

dum ad intentionem quarti cano. accipiat cū modis dictis de pill. imediate descriptis si potus est sibi gratior quā pill.

## Quintus canon.

Diuertātur materie a capite ad membra inferiora cum positione uentosarū super carnositate spatularum cum scarificatione aut sine secundum ꝙ fuerit uisum phisico presenti fricētur brachia incipiendo ab humeris trahendo ad manus in hieme cum panno calido in estate cum manibus ponantur super nates uentose cum ex scarificatione et sine secundum exigentiam fiant clisteria et administrentur supp/positoria, nam hec omnia trahunt a superius ad inferius. Particulares fiant euacuationes a capite per loca propinqua cum euacuatione sicut cum masticatorio nasipurgio sternutatorio et gargarismo. Masticatorium sic fit. Recipe masticis albi gra. x. po nant in ore et masticentur cūꝗ grana comassata fuerint addantur grana quattuor piperis integri et duo frusta parua piretri et simul masticentur et omis humiditas ad os ueniens expuatur cumꝗ p. per resolutum fuerit addantur alia quatuor grana et sic fiant stomacho ieiuno ante prandium per horas duas per decimā ptem hore ꝙ si fortius facere uoluerit addat plus de piretro et fiat ut dictum est.

¶ Nasipurgium Recipe succi acori per residentiam clarificati succi foliorum blite anna ʒ. sem. zucari candi. ʒ. ii, aque maiorane in qua bulierit. ʒ. sem. nigelle parum piste. ʒ. i misce de isto medicamine tepido trahat stomaco ieiuno per nares capite ad posteriora inclinato et ore aqua pleno et fit hoc per horas duas ante prandium et sic reiteret bis aut ter ꝙ si capupurgium uoluerit efficacius loco succi acori et blite ponat sucum panis porcini.

Sternutatorium. Recipe ellebori albi grana. vi. piretri. ℈. sem. piperis. ℈. i. pistentur et fiat puluis de quo trahatur per nares aut suffletur ad quantitatem gra. frumenti.

¶ Gargarismus Recipe sinapis. ʒ. ii. mentastri origani anna. ʒ. sem. nigelle. ʒ. i. sem. pistentur pistanda modo grosso et incidantur incidenda modo grosso et buliant in lib. una sem. aque usꝗ ad consumptionem duarum partium postea colentur et in colatura addat oximellis simplicis. ʒ. iii. et fiat gargarismus ꝙ si iterum facere uoluerit efficacius loco oximellis simplicis ponat oximel. squilliticum Ista pticularia diuersiua non fiāt nisi precedēti euacuatione erradicatiua et utat modo uno modo alio saltem duobus diebus aut tribus i ebdomada premisso primo uetris beneficio.

## Sextus canon.

Recipe sulphuris uiui lib. vi. salis lib. quattuor aluminis lib. ii. herbarum foliorum lauri assari radicum urtice betonice maiorane ser/pilli sticados arabici an. m. v. buliāt omnia in corbis dua. aque donec sexta ps consumetur deinde fiat ad caput balneum aut embrocationem recipiat que est malicie cōplexionis frigide et humide remotiua et capitis confortatiua euacuatione premissa etiā cum reiteratione si oportuerit quoniam balneum nocet corpibꝰ repletis. v. Theorice Ali et sumatur modo et ordine scripto in consilio Illustrissime Do. Marga. et cum illic satis diffuse sit dictū illic me remitto ita de tempore ad suscipiendū sicut de renouatione balnei et lotione post capitis et exiccatione cū aqua illius describ.

## Septimus canon.

Recipe rosarum. m. i. gallarum cipressi. ʒ. semis sticados arabici. ʒ. ii. cubebarū ganosilorum. ʒ. i. sem. sandarace thuris an. ʒ. ii. foliorū mirti. ʒ. sem. pistentur et fiat saculus in formā bireti religiosorū ex sindone tincta in grana ꝙ portet sub bireto et in nocte teneat precipue cū dimiserit balneū seu embrocationē. Reci. ligni aloes. ʒ. ii. storacis calamitte. ʒ. i. laudani. ʒ. vi. spice. ʒ. ii. galie musc. ʒ. v masticis. ʒ. sem. ambre crude. ʒ. i. gariof. macis an. ʒ. ii. confice sic resolue laudanū mast. et storacē cū pauco oleo de lilio aut maiorane et cōtere cū pistello calido in mortario et proice sup ea ligni aloes spice galie musc. et gariof. et misce diligēter postea sup infūde glutinē gumi arabici aut dragāti quātum sufficit ad omniū debitā glutinationē, deinde malassetur cū ambra dissoluta cū modico oleo maiorane malassatione multa conterēdo. ultimo aromatiza cū. ℈. i. musci dissoluti cū aqua rosata et fiat pomū hoc pomū cerebri confortatiuū interdū odoret precipue tpe frigido aut nō nimis calido sitꝗ eius usus postquā caput fuerit debite purgatū et mā cum capupurgiis et sternutatoriis masticatoriis uel gargarismis fuerit euacuata de qbus oibus supra dictū ē.

## Octauus canon.

Recipe uini rubei pontici lib. i. buliat i eo thuris dragma. ii. aut mirre tantūdem usque ad consumptionem quarte partis et cū hoc uino

frigido gargarizet bis aut ter post cenam an quam uadat dormitum abscindit catarrum et ipsum prohibet. Ad idem ualent grana tria thuris masculi deglutita aut tantidem mirre et ad idem conferunt olibanum et mirra retē ta in ore et dixit Mesue in suo de apropriatis cap. de catarro et iam uerificatum est q̄ spica retenta inter dentes est iuuamenti sublimis. Ad idem Recipe olibani storacis liquide costi sandarace. anna. ℥. i. sem. fiant pill. sicut auellane ex quibus ponatur una super prunas et recipiatur uapor ad faciem per embotum isto rum medicaminum catarrum sistentium utatur modo uno modo alio aut cum usus fuerit uno aliquibus diebus utatur alio et hoc facere non incipiat nisi post euacuationem erradicatiuam et diuersiones pticulares.

## Nonus canon.

Recipe olei de nenufare. ℥. i. sandalorum albōrum et rubeorū spodii anna. ℈. ii. rosarū. ℥. sem. camphore. ℈. sem. spice absinthii an. ℈. i. aceti. ℥. iii. pistentur pistanda subtiliter cū oleo et aceto et modico cere albe et fiat unguentū molle quo inungatur regio epatis ante prandium et cenam saltem ante prandium deinde super ponatur pannū lineū. Reci. acetosi simplicis. ℥. i. sem. aque decoctionis endiuie amare. ℥. iii. misce istū potum sumat diebus continuis tribus in quolibet mense. s. iunio iulio et augusto usus endiuie siluestris et portulace. conuenit epati calido et nō nocet frigido. xiiii. tertii cap. de rebus epati conuenientibus. couenient ad idem que epati appropriate sunt sicut auellane prius tamen aliqualiter torrefacte habentes aliquid ponticitatis carnes limacinarum et epar adip. i. lupi omnia habentur ca. supra allegato.

## Decimus canon.

Recipe olei de spica. ʒ. i. masticis aloes anna ℈. ii. galie muscate galange gariofilorū. an. ℈. i. coriandorum prepatorum corallorū rubeorum anna. ℥. sem. cere albe quantū sufficit fiat unguentum molle quo ungatur stomacus ante prandium et cenam et quanto calidius approximatur tanto melius. unde Auicē. xiii. tertii. capt. de debilitate stomaci et queq; ut emplastra et unguenta quando uolunt ex eis confortationē stomaci calefiant uehementer tepidā nāq; mollificant os stomaci. Reci. mente absinthii anna. ℥. sem. gallarū cipressi. ℥. ii. rosarum manipulū gariofilorū masticis galange anna. ℥. i. laudani. ℥. i. sem. pistētur modo grosso et fiat saculus ad formā scuti in sindone tincta in grana et portetur supra stomacū istum saculū qui ualet ad intentionē supradictam portet die ac nocte super stomacum si sibi gratior est saculus quam unguentum. Recipe laudani puri. ℥. i. se. storacis sicce sandarace an. ℥. i. masticis. ℥. ii. ligni aloes zedoarie gariofilorum anna. ℥. i. corallorum rubeorū coriandorum prepatorum rosarum anna. ℥. sem. picis. ℥. i. terbentine quantum sufficit fiat cerotum super alutam subtilissimam extensum ad formam scuti et stomaco applicetur hoc cerotum conueniens ut superiora medicamina stomaco applicetur ita ut cuspis ponatur ad os stomaci ps latior uersus umbilicum si cerotum est gratius aliis medicaminibus. Recipe specierū diagalange specierum diamusci dulcis specierū diambre anna gra. i. specierum triasandalorū sine cāphora. ℈. iiii. zucari albi quantum sufficit et cum aqua maiorane absinthii et endiuie partibus equalibus de omnibus quantū sufficit fiat electuarium de quo sumat ante prandium p horas. iiii. ad quantitatem castanee. nam ipsum confortat stomacū cor cerebrum et epar et digestiuam iuuat stomaci maliciā complexionis remouet. Recipe granorum fisticorū per diē et noctem in aqua endiuie infusorū. ʒ. iii. cinamomi electi. ℥. i. zenze. ℈. i. cubebarum mellegete anna. ℥. sem. sandalorum citrinorum. ℈. ii. pistentur pistanda et cum granis fisticorum fiat confectio in morsellis quorum quilibet sit. ℥. iii. de quibus ante cibum unū sumat. si uero confectio sibi gratior est electuario hac confectione uti potest.

## Undecimus canon.

Recipe succorū citoniorū pomorum acrium aque calebeate uini pontici anna lib. sem. infundantur in eis mente. m. sem. balsamite calamenti fluuialis anna. m. i. deinde buliāt usq; ad consumptionem medietatis liquoris postea coletur et colature addantur xiloaloes. ℥. i. masticis gariofilorū spice cardamomi anna ℥. se. zēze. ℈. i. coriandorū prepatorū corallorum rubeorū anna. ℈. i. sandalorū rubeorum. ℥. sem. zucari albi quantū sufficit et cū aqua rosata fiat electuariū de hoc electuario p bibitiuo uomitus et confortatiuo stomaci ne materias ad se transmissas recipiat sumat. ℥. iii. stomaco ieiuno per horas tres aut quatuor ante cibum. Recipe masticis xiloaloes corticū fisticorū pelliū intrinsecarum uentrium galli

linarum primo cũ uino lotarũ postea exsiccatarum pulegii anna. ʒ.i.coralorũ rubeorum granorũ granatorũ coriandorũ prepatorum anna. ℈.ii. succi mente quantũ sufficit et fiat pill.vii.pro.ʒ.istarũ pili.non solutiuarũ accipiat quinq ante cibũ per horas tres aut quatuor et hoc si sint sibi gratiores quã electuarium sunt enim ad eande intentioné. Ad idem ualet diacitonité cũ speciebus et coral. rubei. sumptũ stomaco ieiuno. Recipe cimini parũ torrefacti masticis olibani ciperi squinãti calameati méte sicce maiorane anna. ʒ.sem.rosarũ mirti anna.m.i.gallarũ cipressi. ʒ.sem. decoquantur omnia in aceto rubeo in quo infundatur spongia que expressa stomaco calida apponatur et cũ infrigidatᷣ renouetᷣ et sic fiat stomaco ieiuno tribus uicibus successiue mirabilis é ad prohibendũ uomitũ et stomacum cófortat. Recipe storacis calamite olibani sanguinis draconis coralorũ alborũ et rubeorũ coriandorũ prepatorum anna. ʒ.i. sepicis.ʒ.i.masticis quantũ sufficit et fiat cerotum si cerotũ sit sibi gratius quã unctio et fomentatio applicet istud ad stomacũ et portet. ualet ad eandé intentionem sumere coclearia tria istius potus. Reci. miue citoniorũ aromatizate. ʒ.ii.sem.uini granatorũ murzorum. ʒ.i.sem.syrupi de meta. ʒ.i.misce et bibatur ante cibũ per horas.iii.nam est hoc mihi exptum uomitũ prohibere et stomacũ confortaré ne ab aliis membris materias recipiat.nã expellunt a se mébra confortata stincis.iii.tegni usus horũ medicaminũ esse debet cum stomacus est euacuatus et in sua cóplexione rectificatus et ita cerebrũ et epariuxta premissos canones stante stomaci repletione humorum malorũ nó esset tutũ neq canóice factum ab istis incipe nisi esset uomitus exuberans quo cibus in stomaco nó maneret tunc coacte operari liceret.

## Duodecimus canon.

Quoniã iam diu uomitus frequens huic Illustrissimo domino é assuetus et fere omi mane quapp non laudo ut ab eo omnio desistat. nam ut dixit Auic.iii.primi capi.de regimie eius ꝙ comeditur et bibitᷣ usus.i.consuetudines sunt res extra naturã et hi sunt obseruãdi idé colligi potest.ii.amphor. ampho.li.in cómento.et.xiiii.c.de cura male cóplexionis calide epatis rarificetᷣ igitur usus ut oi ebdómada semel fiat et nó amplius et cũ super hoc p mensem steterit aut amplius fiat per interualla rariora donec ad id ueniamus ut semel aut bis in mense fiat cũ ipsum facere noluerit comedat rafanũ et pisces salitos et non bibat imo expectet donec sitiat et tunc accipiat. ʒ. iii.aque tepide cum. ʒ.iii.oximellis .et inde uomitũ prouocet.unde Auic.xiii.tertii cap. de regimine eius cuius stomacus est paruus dixit.et facilior uomitus est ille qui fit cũ rafano et piscibus salitis comestis expectando donec adsit sitis ualde et bibendo post ipsum syrupũ acetosum mellinũ aut zucariũ cum aqua calida .i. tepida et euomendo paulo post Et scias ꝙ uomitus facilis leuis sine labore et nó frequens in hora necessitatis é maximi iuuamenti. Si uero uomitiuo efficaciori uti uoluerit comedantur diuersa cibaria quorum quedã sunt incisiua et uentosantia sicut rafanus qui sumi debet in principio et pisces saliti parũ cũ aceto. carnes pingues bibatur uinum dulce de his omnibus accipiatur non tamen multa quantitas sed i potu sit manus largior.ultimo bibatur scudella brodii caulium decoctorũ cũ carne ualde pingui. et cum hoc ceperit quiescat exacta medietate horé si prius non uomuerit accipiat uomitiuũ ꝙ sic fit. Recipe semis rafani. ʒ.sem.semis atriplicis. ʒ. i.sem.assari. ʒ.ii.buliant in lib.i.aque donec redeat ad lib.sem.postea coletur et in colatura addantur oximellis squilliticí. ʒ.ii. sem.et tepidũ bibatur et post ipsius assumptioné moueatur motu forti ita ut conteta in stomacho agitentur et fiat uomitus. Aliud uomitiuum fortius non scribo quoniam puto hec abunde sufficere. Facto uomitu et seruato ordine descripto in pte precedéti ubi determinatᷣ de inanitióe et repletione gargarizetᷣ cum aqua et aceto et lauetᷣ facies cũ aqua rosata et accipiantᷣ tria coclearia infrascripti potus. Reci. syrupi de méta facti cũ suco granatorũ miue citoniorũ anna. ʒ.iii. aromatizentᷣ cũ xiloaloes crudo et post stet horis duabus ad comedendũ modo se non multo cibo grauet et tũc cóuenit administratio medicaminũ descriptorum in hoc canone tã ad intra quam ab extra approximatorũ ut stomacus confortetᷣ et materias non recipiat.

## Decimustertius et ultimus canon.

Recipe aloes boni et electi. ʒ. ii.sem.masticis albi. ʒ.i.sem.rosarũ siccarũ ℈.ii.mirabolanorũ citrinorũ chebulorũ an. ʒ.sem.specierũ yere de octo rebus. ʒ:i.misce et cũ confectione de dacti. fiat magdalion. Ex quo cum opus fuerit reformentur pillu. numero septé pro. ʒ.de quibus sumat a tribꝰ

usq ad.v.quando uadit dormitũ posset etiam sumere ante cenã per horam unã istas pill. leues caput et stomacũ mundificãtes et confortantes sumat inter unũ uomitiuũ et aliũ precipue quando sentiret stomaci aut capitis grauitatem propter materiã multiplicatã.

¶ Bauerius de Baueriis.

## Dispositio istius

Reuerendi patris est sesiros nõ purum circa ptem dextram stomaci amplectens ptem musculi longitudinalis et transuersalis. est egritudo difficilis curetum ratione materie a qua pendet. tum ratione temporis cũ iam sint anni duo quibus incepit tum ratione loci quia stomaci ledit digestiuam cura eius duobus pficitur instrumentis dieta. s. et potione. Dieta consistit in debita administratione sex rerum nõ naturalium a quibus est incipiendũ et primo ab aere.

Vitare debet aerẽ frigidũ et multũ calidũ pariter et uehementẽ siccum aerem uentosum et precipue flante austro aut borea. Conuenit aer clarus euentatus declinans ad caliditatem et humiditatẽ careatq; malo odore.

Fugiat iram tristitiam melanconiam rissam. gaudeat letetur bene de sua salute speret uersetur cum amicis dilectis et coitum dimittat.

Nocet somnus diurnus et q̃ imediate post cibum sit neq; minus supflue uigilie. Sit somnus de nocte primo super latus dextrum. postea super sinistrũ sitq; sex aut septẽ horarũ. non longior octo horis neq; breuior quinq;. sit corpore pannis debite tecto et capite conuenienter eleuato neq; dormire prius incipiat q̃ fluxerit hora cũ dimidia a fine cene.

Exercitiũ forte quodcũq; fuerit nocet et similiter nimia quies. Cõuenit ambulatio paulatina ante prandium et ante cenã prandio iam digesto et pulsis supfluitatibus prime et secũde digestionis.

Vitare debet panẽ azimum aut male coctum aut nimis adustũ et omnia cibaria facta ex pasta agima ut lagane macaroni et similes. Et omnes carnes antique et dure ut bouine hirci ne salite et uiscera omniũ animaliũ et cutes et extremitates. et carnes auium uiuentiũ in aquis et anatũ dimittat lac et caseũ. Nõ conueniũt pisces uiscosi sicut anguille tenche neq; pisces grossi sicut sturio et ceteri similes. Interdũ conceduntur pisces pui squamosi capti i bonis aquis sicut luci capedani et barbuli.

Nocẽt omnia legumina. et omẽs herbe multum calide et pariter multũ frigide. et omnes fructus stitici sicut castanee nespule sorbe.

Caueat ab omnibus uinis potẽtibus et stiticis siue stiticis et si non fuerint potentia. Et dimittat omnia acrumina sicut alia cepe pori rafanus et bulbus. Eligat sibi panẽ ex farina boni frumenti a quã nõ sit ex toto furfur excussus sitq; debite coctus et conuenienter fermentatus in cuius cõfectione ponatur modicum salis et cũ comeditur abiitiantur crusté.

Carnes sint caponũ pullorũ gallinarũ iuuenum edi castrati uituli ab aliis abstineat et melius prepantur elisse quã asse et si cũ eis decoquerent boragines et buglossa et folia aliqua petrosili cũ spinaciis esset cõueniens.

De piscibus supra dictum est et similiter de granis. De herbis cõueniunt borago buglossa feniculus blita spinatia ab aliis abstineat.

De fructibus conceduntur ficus et uue bene mature postquã steterint apense quattuor aut quinq; die.

Vinum sit album pauciferum non dulce neq; bruscum sed inter hec duo mediũ sitq; subtile non grossum et sit clarum.

Vitare debet omnẽ superfluã repletiõnẽ cibi et pp hoc cũ affuerit appetitus fortis surgat a mensa cũ reliquiis famis. neq; comedere incipiat nisi senserit cibũ prius assumptum esse digestũ neq; bibere prius incipiat quã comederit quatuor aut quinq; bolos bibat parũ p uice et potius sepe ita tamen q̃ quantitas potus nõ sit multa curet quotidie habere uẽtris beneficium bis aut saltem semel quod si naturaliter non haberet habeat arte cũ clisteri qd̃ sic fit. Recipe malue brance ursine foliorum uiolarum mercurialis florum camomille an. m.i. anisorũ. ʒ.i. fiat decoctio de qua colatura accipiatur lib.i.sem. cui addantur cassie. ʒ.i. yeralogodion. ʒ.vi. olei. ʒ.iii. salis. ʒ.ii. et totum calidum stomaco ieiuno supponatur

## Cura per potionem

duas habet intentiones principales. una quarum est ad causam antecedentem. alia ad causam coniunctam. Prima intentio habet duas pticulares intentiones una ad digestionẽ materie. alia est ad eius euacuationem. prima sic adimpletur.

Recipe syrupi de epithimo. ʒ.i. oximellis simplicis syrupi uiolati anna. ʒ.sem. Aquarum boraginis lupullorum et scolopendrie anna. ʒ.i. misce. iste est pro una uice istum syrupũ calidum accipiat per horas octo post finẽ ce

ne imediate precedentis et ipsum taliter conti nuet per dies octo.
Euacuetur materia iuxta secundá intentioné Recipe florum borraginis buglosse anna. ʒ. ii. polipodii. ʒ. i. sem. sebesten numero octo epithimi foliculorū sene an. ʒ. i. sem. anisorum. ʒ. i. sem. fiat decoctio in fine cuius addantur florum et epithimus et buliant unica ebulitione postea coletur de colatura accipiatur quantū sufficit ad dissoluendū diacatolicōnis. ʒ. v. confectionis amech. ʒ. iiii. et fiat potus istum potū solutiuum sumat per horas octo post finem cene imediate precedentis calidum super qué cum ceperit potest per horam dormire deinde uigilet donec transeant hore quinq; ab hora sumptionis et tunc accipiat. ℥ iiii. brodii macri pulli calidi cum. ℥. i. zucari rubei et inde ad horam prandeat.

# Intentio secunda

Principalis duas habet pticulares intentiões una est ad mollificandū. alia est ad resoluendum et horum usus potest esse sepatim et aliquando coniuncti ut infra uidebitur. Mollificatiuum. Recipe olei cōmunis lib. i. se. decoquatur in eo radicis maluauisci. ℥. viii. abiecto prius meditulio maluauisci et optime pistetur. deinde addantur muscilaginū semis lini et fenugreci anna. ℥. ii. medulle recentis uitu li. ℥. ii. sem. pinguedinis recētis anatis et galline an. ℥. i. misce in oleo in quo decoctū fuit maluauiscū infundatur spongia et parum exprimatur et calida parū supponatur loco pacienti ita ut totam duriciem complectatur et cū infrigidatur iterū in predicto oleo infundatᵉ et fiat ut prius et sic successiue fiat p tres aut quatuor uices. deinde extendatur de medicamie facto cū maluauisco et aliis rebus supra scripto calido parum supra petiā et loco apponatur et sufficit semel in die permutare et hic modus seruandus est p dies quinq; cōtinuos deinde ponatur resolutiuū quod sic fit. Recipe armoniaci. ℥. i. se. dissoluatur cum aceto uini albi et extendatur sup corio capreti subtili tante quātitatis ut amplectatur totā duriciem et ipsum taliter cōtinuabit p duos dies cōtinuos et sufficit semel in die pmutare. deinde reddeat ad fomentationé cū oleo et ad emplastrū suprascripta. et postea ad armoniacū ut supra est scriptū et sic continuet p dies. xv. fluxis istis. xv. diebus. Recipe malue brance ursine an. m. i. sem. radicis altee lib. i. radicū cucumeris asinini lib. sem. fenugreci et seminis lini an. ℥. i. sem. decoquantur in oleo optime. postea pistentur et addantur adipes anatis et galline medulle cerui et butiri recentis. an. ℥. i. et fiat emplastrū cū oleo in quo res decocte sūt fiat fomētatio cū spongia aut filtro quemadmodū dictum est supra et hoc de mane ante prādiū postea supponatur emplastrū calidū et teneatᵉ tota die usq; ad horam. xxi.
Et tunc exponatur supra aliquod scānum perforatum ita quod ps dura tota ingrediatur foramen et taceat super pectus et sub scanno sit uas in quo sit acetum uini et habeantur lapides fluuiales igniti et submergantur successiue unus post alium in aceto et fumus qui eleuatur recipiatur ad ptem duram et taliter panis circūdetur ut fumus non posset exire et tādiu super hoc suffumigio maneat donec ps sudet deinde exsiccetur locus et supponat infrā scriptum medicamé.
Recipe armoniaci galbani bdelii humidi an. ℥. i. dissoluantur ista in mortario diligēter cū oleo bdelio. deinde addantur muscilaginis fenugreci et semis lini an. ℥. i. sem. et simul bene incorporentur ultimo pistentur carice. ℥. ii. tamdiu donec sint optime contrite et in forma quasi paste disposite et quando fricantur inter digitos nihil asperi sentiatur et misceatᵉ cum predictis donec totum optime incorporetur de hoc medicamine in casu isto efficacissimo extendatur super petia aut corio et loco supponatur et teneatur nocte tota. de mane fiat fomentatio cum oleo ut dictum est et postea supponatur emplastrū teneatur usq; ad horā faciendi suffumigiū cum aceto dictum superponatur medicamen supra ultimo ordinatum et hunc modum et ordiné sequatur continuādo unum tamen est obseruandum quod postquam transiuerunt dies. xxv. a die purgationis. conuenit ut sirupos assummat ut prius fecit et inde medicinā modo supra ordinato qdˢ si pillule essent sibi gratiores loco medicine potabilis sumat. ℈. ii. sem. pillu. fetidarū modo et ordine suprascriptis in assumptione solutiui. Amen.

¶ Bauerius de Baueriis.

# Expositio spec

tabilis uiri Alouisii nannis de saluis est uarices in ambabus tibiis. Appellant medici uarices uenas grossas fluxuose incedentes que plerūq; apparent in cruribus et coxis. precipue cum caro predictorum membrorū minuitur. Causa uaricum est duplex quedam īmediata que appellā

ri solet coniuncta quedã mediata.imediata cã est sanguis grossus melãconicus utplurimũ aut flegmaticus grossus qui sua grossicie nõ potest in uenas puas penetrare neq ad porrositates membrorũ transire quare remanet in uenis magnis et in ramis maioribus ipsarũ et replet eas faciendo earũ extensionem et ob hanc causam uarices interdũ ab illustribꝫ medicis uites appellantur quoniã a uite rami oriuntur et ab ea tortuose incedunt sic cum uene maiores sanguine grosso sunt plene quia sua spissitudine non potest recipi in poris membrorum neq in uenis puis recipitur in ramis uenarum habentiũ ortum a uenis magnis et cũ dicti rami fluxuose incedant per corpus et repleti predicto sanguine extendantur manifestantur in supradictis ptibus et ob hanc similitudinem uites dicuntur. Et licet dixerim causam coniunctã esse sanguinẽ melãconicũ aut flegmaticũ grossum non negatur tamen interdum posse fieri a sanguine sola quãtitate peccante qui si aliud habet peccatũ est illud ratione multitudinis sue ut placuit Auic.xxii.textii cap.de uaricibus. Nam interdum sanguis sua multitudine et si in substãtia sit bonus facit opillationẽ que est causa quare non potest transire ad ptes angustas quare remanens in uenis reddit eas grossas. Causa antecedens predictarũ uaricũ est corporis repletio nimia quare natura eã expellit ad has uenas aliquãdo cretice.interdũ uero sine crisi. Cretice uero cum precesserit aliqua egritudo melanconica utputa duricies splenis cuius materiã natura expellit ad has uenas.unde egritudo illa curatur aut notabiliter melioratur et uarices fiunt. Si uero uarices subito fiant nulla egritudine precedente eas dicimus sinthomatice fieri. Cause remotiores sunt usus ciborum grossorum et generantiũ sanguinẽ melãconicum aut flegmaticũ grossum et sacietas nauseatiua et potus uini nigri.multus motus et proprie de ambulãdo et longa statio super pedes delatio ponderũ restrictio consuete euacuationis. Vnde Auic.loco supra allegato dixit quod plurimũ accidit cursoribus et multũ itinerantibus et onera portãtibus et coram regibus et principibus assistentibus ppter longam moram quã contrahunt corã eis corpore erecto. Signa uaricum sũt uene que se manifestantur in tibiis sua grossicie et tortuositate.si causa fuerit sanguis bonus sola sua quãtitate peccans cognoscitur per colorem corporis bonũ et per colorem uaricum tendentem ad rubeum et etiam tibie minus sunt graues. Si uero fuerint ex sanguine flegmatico cognoscitur quia totius corporis habitudo est flegmatica et color uaricum tendit ad aliqualem albedinem. Si causa fuerit humor melãconicus cognoscitur ex habitudine melanconica. ex colore nigro uaricum et plurima tibiarum grauitate et ex regimine pcedẽte qđ fuit multiplicans humorem melenconicũ aut propter aliquam consuetam euacuationẽ qua humor melãconicus consueuerat euacuari que restricta est aut non euacuatur ut solebat quemadmodum contingit in cõsuetis habere emoroidas fluentes.in quibus sanguis fluxus est restrictus aut nõ ita ut cõsueuerat fluit stãte cõsimili regimine. Pronostica signa sunt si curãtur uarices a sanguine laudabili solũ quantitate peccante pcedentes nõ est periculum successus egritudinis melãconice aut flegmatice secundũ pronosticum plerũq post curam precipue cum cirurgia uaricum melãconicarum aut flegmaticarũ paciẽtes incurere solẽt egritudinem melãconicam aut flegmaticam .nisi magna cum diligentia sepe corpus purgetur Tertium pronosticũ cum incipiũt uarices nõ cũ multa difficultate curãtur sed postquã sũt confirmate sunt difficilis cure et non nisi in tempore longo.

## Cura istius dispositio

nis perficitur tribus medicinalibus instrumẽtis dieta potiõe et cirurgia. et quia utplurimũ he uarices a sanguine fiunt melãconico et ita puto istius spectabilis uiri ab eodem procedere cum ut accepi sic consuetus habere emoroidas fluentes per quas sanguis melanconicus solet euacuari.sed arbitrandũ est quod et si p emoroidas melãconicus sanguis euacuetur nõ tamen tantus quin natura ex eo pellat ad uenas tibiarum tum propter earum debilitatem qua faciliter recipiunt tum propter grauitatẽ quia faciliter deorsum mouetur. Et ideo uaricum ab hac cã pendentium curã ponã.

¶ Cura per dietam consistit in debita administratione sex rerum non naturalium uideli cet aeris accidentium animi somnis et uigilie motus et quies cibi et potus inanitionis et repletionis.

## De aere.

Nocet aer calidus et siccus et similiter uehementer frigidus et siccus et aer humidus et notosus precipue flante austro aut borea .et aer uehementer grossus. Conuenit aer clarus tẽ

peratus inter caliditatem et frigiditatem ât declinans parum ad caliditatem et siccitatē. Caueat ab igne ne tibias calefaciat et a statione siue habitatione i loco humido. tibias ita muniat neqȝ forte patiantur frigus neqȝ calorē.

# De accidentibus animi.

Vitare debet iram furorem tristitiam melanconiam timorem et sollicitudinem et coytum superfluum qui propter delectationem i eo accidentem ad animi accidentia reducit. Conuenit letari gaudere cum amicis uersari audire cātilenas et sonos musicales.

# De somno et uigilia.

Nocet somnus diurnus et qui post cibum fit imediate et omnis somnus supfluus neqȝ minus nocerent uigilie superflue. Conuenit sōnus nocturnus super alterum duorum laterūnibus eleuatis et corpore pannis debite tecto. sitqȝ somnus non longior septem horis neqȝ quinqȝ breuior quod si propter aliquam causam contingeret ne in nocte dormiret aut dormiendi in die esset longa consuetudo. tunc cōceditur dormire in die quod si fuerit ante prādium ēst melius quā post prandium neqȝ post cenam dormire incipiat nisi a fine cene transiuerint hore due.

# De motu et quiete.

Cauere debet ab omni motu superfluo siue sit ambulando siue equitando. et a longa statione super pedes et ab eleuatione ponderis. et omni forti compressione et retentione anhelitus et ab omni exercitio in quo tibie et pedes laborent. Caueat a fricatione coxarum et tibiarum ab introitu balnei aque dulcis a statiōe aeris calidi et humidi stufe. Conuenit motus leuis ante prandium et cenam factus depositis primo superfluitatibus prime et secunde digestionis. et laudatr capitis pectinatio cū aliquali fricatione. fricentur brachia ab humero ad manus ante cibum.

# De cibo et potu.

Dimittat panem agimum aut non bene coctum et cibaria ex pasta agima facta et uinum nigrum et rubeū grossum et dulce et aquam grossam turbidam et habentem gipseum aut saporem malum. Et carnes salitas et bouum caprarum et ceruorū et omniū animalium in aquis uiuentium ut sunt anates et anseres et relique similes. Non conuenit caseus precipue antiquus neqȝ butirum neqȝ lac. oua dura aut frixa non conueniunt.

Pisces cum generaliter sint humidi non conueniunt. Ex leguminibus nocent omnia eorum grana. et ex herbis quecūqȝ sunt humide et que sunt uehemēter calide et radices herbarum cuiusmodi sūt allia cepe pori rafanus bulbus. Ex fructibus earum qui sunt humidi ut melones citrulli cucurbite et similes.

Ex fructibus dimittat omnes qui sunt frigidi et humidi ut persica pruna cerasa etc. et q sūt grossum sanguinem generantes ut poma citonia castanee et dacili et alii istis similes.

Conuenit panis ex farina munda optimi frumenti bene coctus et optime fermentatus nō minoris tēporis unius diei neqȝ maioris triū dierum a quo cortices exteriores abiiciantur quando uult comedere.

Vinum sit puum clarum boni odoris coloris medii inter album et nigrum quod appellatr cisiolum sit saporis medii inter dulce et ponticum. Quod si opus est sua potentia permiscere cum aqua sit aqua pluuialis aut in qua calibs aliquotiens fuerit extinctus et si in eadē aqua decoquerentur sua cibaria esset prestantis iuuamenti. Carnes sint perdicū fasianorum caponū iuuenū et gallinarū iuuenum et pullorū edi castrati agni annualis et uituli lactantis. Laudantur oua recentia sorbilia aut tremula uel in aqua fracta abiecto albumine.

Interdū conceditur caseus recens et recocta.

Si quando est usus piscium sit ex aquis dulcibus bonis puus squamosus ut lucii capedani scardaue et similes. Ex mari passeres aurate solee et reliqui similes istis. Ex granis nullum uidetur cōueniens. concedi tamen potest rizum in brodio caponis coctum et similiter milium et brodiū cicerū rubeorū. Ex herbis laudatur borago buglossa latuca cū petrosillo endiuia cicorea cicerbita feniculus menta lupulli et capares. Ex fructibus conceduntur passule enucleate fistici auellane excorticate et amigdale dulces.

Omnis repletio fugienda est nō solū humoralis de qua in sequenti pte. sed etiam cibalis de qua non agitur nunquā comedendū est usqȝ ad facietatē imo cum comedendi grandis fuerit appetitus surgendum est a mensa cum reliquiis famis cumqȝ adderit uerus appetitus comedendi non differat cibū sumere quoniam ut dixit Auic. iii. primi tollerare famē stomacum replet putridis humoribꝰ. neqȝ co

et iii

medere incipiat si senserit priorem cibum assumptum non esse digestum. sit contentus uno aut duobus cibis in una mensa et ab eo incipiat qui est digestionis facilioris neqz in mensa longum apponat tempus ita ut prior cibus digeri incipiat cum secundus summitur neqz comedendi tanta sit festinantia ut nō bene masticetur bolus. bibere uero non incipiat nisi prius quinqz aut sex bolos comederit. sit potus puus pro uice et potius sepe ita tamen qz tota potus quantitas non nimis multa sit. procuret habere consuetas euacuationes si consueuit habere uomitum et non habeat prouocet ipsum cū aqua tepida et aceto aut oximelle loco aceti uel cum decoctiōe rafani que sic fit. Recipe radicem rafani et munda et incide frustratī postea decoquatur in sufficiēti aque quātitate. inde coler et de colatura accipiātur ℥.v. quibus addantur oximellis simplicis. ℥.iii. et tepidū exhibeatur cūqz in stomaco retinuerit per horam comprimatur lingua digito aut cum pēna oleo linita cōmoueatur guttur cum dicta pēna comouendo. post uomitū stet per horas duas antequā comedat. Si uero cōsueuerit emoroydas habere fluentes que certis temporibus aperiebantur et iam diu preter solitum non fluxerint aperiantur fricādo eas cum foliis paritarie aut cum foliis ficus uel liniantur cum felle thauri. Det operā habendi omni die uentris beneficium bis aut semel quod si naturaliter habere non potest habeat arte cum clisteri quod sic fit.

Recipe caput unum arietis aut carnem pinguem castrati et decoquatur optime deinde. Recipe brodii lib.i.sem. cui addantur cassie. ℥.i.sem. mellis uiolati. ℥.i. olei. ℥.iii. salis. ʒ.ii.sem. et calidū supponat et hoc de dieta.

## Cura per potionem

tres principales habet intentiones. Prima est euacuatio materie que est sub forma cause antecedentis cum reiteratione.

¶ Secunda est euacuatio materie existentis sub forma cause coniuncte.

¶ Tertia est confortatio loci in quo sunt uarices.

¶ Pro executione intentionis prime est considerandum quod si sanguis uideatur ēe grossus multum melanconicus et corporis habitudo sit sanguini proportionalis incipiendū est in euacuando a farmaco. qz si sanguis esset grossus et totius habitudo esset sanguinea incipiendum est primo a flobotomia. Si igitur sanguis fuerit secundū primam dispositionē Primo materia est minoranda. Secundo digerenda.

Tertio eradicatiue euacuanda. Primū sic adimpletur. Recipe passularum enucleatarū. ʒ. iii. polipodii. ʒ.ii. salis geme. ℈.sem. infundantur in lib.i. seri capre per horas octo. postea ad ignem lentum simul buliāt usqz ad cōsumptionem medietatis et inde addantur epithimi. ʒ.iii.sem. et buliant unica ebulitione. et ab igne remoueatur et coler et colatura calida exhibeatur istum potum materie melanconice minoratiuum accipiat calidum per horas octo post finem cene imediate precedēntis super quem non dormiat et post eius assumptionem differat prādium suum per horas sex ad minus quinqz. Digeratur materia iuxta secundum premissum. Recipe radicum boraginis et buglosse polipodii capillorum ueneris anna. ℥.sem. epithimi. ʒ.vi. foliculorum sene camomille sticados arabici anna. ʒ.iiii. camedreos squinanti anna. ʒ.ii.sem. fumiterre. ℥.i. eupatorii. ℥.sem. suci pomorū dulcium. ʒ octo omnia preter epithimum et sucū pomorum buliant in lib.iiii. aque usqz ad consumptionem medietatis. deinde addatur epithimus et buliat unica ebulitione et postea coler. postea addatur sucus pomorum et zucarum album quantum sufficit et fiat syrupus. Recipe suprascripti syrupi. ℥.ii. aquarum lupulliorū boraginis et capillorum ueneris an. ℥.i. misce iste est syrupus pro una uice. Istum syrupum digestiuū humoris melanconici et confortatiuum cordis. sumat calidū p horas septē post finem cene imediate precedentis et ipsum taliter continuet per dies octo aut decē. Eradicetur materia iuxta tertium premissum

Recipe pill. de lapide lazoli descriptione mesue. ℈.iiii. fiant pill. vii. Istas pill. humorem melanconicū soluentes sumat in die imediate sequenti ad diem complete assumptionis suprascripti sirupi per horas octo post finem cene imediate precedentis super quas cum ceperit pōt per horam dormire. inde uigilet donec transeant hore quinqz ab hora sumptiōis et tunc accipiat ℥.v. brodii pulli macri absqz sale cum. ℥.i. zucari rubei et inde ad horam prandeat.

Si uero habitudo corporis fuerit sanguinea et urina rubea grossa fiat flobotomia ex brachio dextro ex uena epatis que dicitur basili/

ca et fiat incisio lata ut humor grossus melan
conicus.exire possit antequam fiat dicta flo/
botomia premittatur clistere lenitiuum iuxta
sententiam Auic.quarta primi capitulo de flo
botomia et si uirtus non permitteret sangui/
nem totum unica uice euacuari.euacuetur ps
eius inde in uespere fiat secũdario facta flebo
tomia quiescat duobus aut tribus diebus. Et
postea similiter fiat flobothomia basilice bra/
chii sinistri.et postea exhibeatur syrupus su/
prascriptus et cum per octo dies receperit dic
tos syrupos capiat ordine superius posito pil
lu.aut medicinam supra scriptam. Cum ue
ro premittitur farmacia ut in casu supra posi
to inde ad dies quattuor fiat flobotomia serua
to ordine qui dictus est. Cum causa antece/
dens que erat in habitudine totius fuerit eua
cuata.postea euacuetur causa coniuncta q̃ est
sanguis existens in uenis uaricalibus.

Recipe gumi arabici draganti aloes mumie
boliarmeni et terre sigillate anna.ʒ.i.puluei
rizentur subtilissime et cum albumine oui ĩ
corporentur et redigatur totum in forma lini
menti de quo liniatur hoc modo extendatur
super petia linea latitudinis quattuor digito/
rum et apponatur circũcirca tibiam infra ge/
nu per digitos quattuor et sic fiat in ambabꝫ
tibiis et taliter continuet per dies quattuor q/
bus exactis flobotometur saphena faciendo ĩ
cisionem latã in parte domestica pedis. Si ua
rices apparuerint in parte domestica tibie aut
in parte siluestri iuxta cauillam de uena scia/
tica si uarices fuerint in parte siluestri tibie et
in quacũqꝫ parte fiat flobotomia compriman
tur uarices a parte superiori uersus partem in
feriorem ad locum flobotomatum ita ut totus
sanguis in dictis uenis contentus egrediatur
quo facto ungantur tibie a loco ubi est fasia
supradicta usqꝫ ad pedem cũ infrascripto un/
guento quod sic fit.

Recipe oleorum mirti et rosati anna.℥.i. gal
larum cipressi mumie boliarmeni anna.ʒ.se
mis cere albe parum et fiat unguentum.dein
de superponatur emplastrum quod amplecta
tur tibias a genibus usqꝫ ad pedes. et ligetur
cum fasia competẽter stricta incipiendo liga/
turam a medio pedis et procedatur uersus ge
nu emplastrum est.

Recipe farine milii farine ordei farine meli/
ge anna lib.ii.boliarmeni ciperi mirti rosa/
rum anna.℥.ii.sem.misceantur simul cũ ui/
no rubeo stitico ad ignẽ donec reddeat ad for
mam emplastri.postea remoueatur ab igne et
addantur olei de mastice et rosato anna.℥.oc
to et diligenter misceatur de quo extendatur
super petia et fiat ut dictum est.et iaceat tibiis
eleuatis et caueat a motu et ab incessu per qn
decim aut.xx.dies in quibus aliquotiens faci
at flobotomiam de saluate'la modo partis dex
tre modo sinistre et mutet emplastrum si ex/
siccetur semel in die. Et cum ambulare
ceperit prius fieri faciat caligas ex corio ca/
nis tibias constringentes et calcet eas.et fiat
motus suauis et breuis et seruet dietam supra
ordinatam.

# Cura per cirurgiam

sic fit et si plures alii sint modi operãdi infra
scriptus uidetur facilior.

Fiat primo flobothomia ex basilica brachii
dextri si uarix est in tibia dextra et pariter fi/
at in sinistra si fuerit in tibia sinistra.si i am/
babus fiat ex ambabus basilicis. Deinde fi/
at euacuatio humoris melanconici cum far/
maco aut pillulis supra scriptis in cura p po/
tione.

Si uero dispositio indicaret per ea que supra
posita sunt ut inceptio fieret a farmaco fiat et
postea flobothomia cum reiteratiõe facta cor
poris euacuatione.emplastretur locus sub ge
nu per digitos tres aut quattuor cum empla/
stro seu unguento in cura per potionem ordi
nato cuius recepta incipit.

Recipe gumi arabici draganti etc.et stringatᷓ
mediocriter postea incidatur cutis supra uari
cem leuiter ita ut uarix non tangatur et exco
rietur undiqꝫ sitqꝫ excoriatio per longitudinẽ
uaricis quantitatis quattuor digitorum. dein
de cum uncino uno eleuetur uarix et ligetur
in parte superiori cum filo forti et in inferio
ri similiter sitqꝫ distantia inter unam ligatu/
ram et aliam duorum digitorum postea inci/
datur uarix in medio ex transuerso et si inci/
sio fiat cum ferro incidente ignito est melior
in die sequente fiat flobothomia lata uene sa/
phene supra cauillam pedis in extremitate ua
ricis et exprimatur sanguis totus a parte su/
periori ad locum flobothomatum ita ut uarix
ex toto euacuetur. Quo facto emplastret/
tur tibia cum emplastro supra scripto in cu/
ra per potionem et iaceat patiens tibiis eleua
tis.et cum uni tibie fecerit. faciat inde alteri
diebꝫ duobꝫ aut.iii.iterpositis mõ q dictũ ẽ et
iaceat p dies.xx.et curẽtᷓ ulcera q̃ relinquntᷓ

ex incisione modo quo ulcera curantur. et ser uet regimen supra positum in regimine cibi et potus. Et omni fine quinque aut sex dierum faciat fieri flobotomiã ex uena salua tella manus dextre. deinde ex manu sinistre. aliquando sumat potionem euacuantẽ humorem melanconicũ. Nam hoc regimen sine negligentia seruari debet ne sanguis qui cõsueuerat ad uarices descendere cũ uia sic amputata ne reperet ad aliud membrũ in quo faceret nocumentũ et ideo oportet ut corpus sit a tali humore mundũ seu non permitatur in eo multiplicari quod fiet cũ euacuationibus supradictis frequenter factis per aliquod tẽpus et obseruantiã debiti regiminis.

¶ Finis.

¶ Bauerus de Baueris.

Octissimus uir magister Beninus patitur ardorem urine in eius emissione est autem ardor urine dolor pungitiuus in eius emissione prouenıens.

¶ Istius dispositionis tres cause ab Auicẽ. assignantur.

Vna est ulcera existentia in uiis urine cuius signum est saniei mictus cum in isto uiro nõ appareat neq; saniei neq; uirulentie per uiam urine exitus. sequitur quod hic ardor non ꝓuenit ab ulceribus in uia urine existentibus.

¶ Secunda causa est consumptio humiditatis a natura producte ad contemperandũ urine acuitatem et bauracitatem eius. est autem hec humiditas in carnibus glandosis que sũt ĩ collo uesice que humiditas currit et spargit̃ super meatum colli et conglutinosum eum facit et permiscetur urine et equat ipsã cũ finitur et consumitur hec humiditas deficit collo uesice conglutinatio et prohibitio ab impressione. et deficit urine equatio. unde exit non equata et ideo ardorem facit. Defectus talis humiditatis propter quem causatur ardor interdum fit ex multo coytu ut. xiiii. de utilitate ꝑticularum uoluit Galienus. Similiter consumitur ex corporis extenuatione ꝑpter causas ipsum extenuantes et corpus exsiccantes et aliquando propter causas extrinsecas multum renes et ptes circũstantes calefacientes. unde fit multe colere attractio propter quam urina redditur acuta. Huius ardoris ab hac causa uenientis est antecessio causarum exsiccantium et euacuantium cum siccitate et corporis extenuatione.

¶ Tertia causa est mala complexio cum materia que commiscetur urine. Hec autem materia est aut colera aut flegma salsum. Nam iste materie uel altera earum miscetur urine et eam reddit magis acutam qua propter magis imprimit in uias per quas transit et ita causat dolorem istius ardoris ab hac causa ꝓuenientis sunt hec signa quia naturalis complexio fuit colerica naturaliter et si nõ fuit naturaliter talis accidentaliter est facta propter forte exercitium aut usum rerum calidarum aut acutarum. aut uehementem laborem et si tota complexio non est talis alicuius membri est facta complexio potens humores reddere adhustos sicut esset epar. Si per presentiam colere fieret ardor urina debet esse notabiliter tincta ad citrinitatem. Si uero contingit propter flegma salsum urina est discolorata et ita puto hanc esse causam in hoc uiro. Res ista grauis est ad curandum difficilis neq; est negligenda quoniam ut dixit Almansor in nono suo libro perducit ad excoriationem.

¶ Ex istis potest reddi causa aliquorum accidentium que patiens sentit primũ ante emissionem cum urina dirigitur uersus collũ uesice cum uult mingere sentit molestiam que a motu urine causatur cum uero mingit in collo uesice ardorem sentit. quoniam urina sua bauracitate in ptes illas suo transitu malam facit impressionem. Post mictum uero ardorem sentit in preputio propter id quod aliqd urine parti illi heret et cum sit pars illa multi sensus. ut omnes attestantur causatur ibi dolor manẽs tamdiu donec gutte urine que ibi erant excusse fuerint. immo in aliquibus propter extremitatem uirge esse uehementis sensus colligantiam eius cum panniculo ad collum uesice prius sentiunt ardorem in extremitate uirge quam in collo uesice.

Apparet secundo unde est ꝙ cum ambulat et pedem grauiter posuerit aut non leuiter ex quo corpus premitur sentit dolorem in preputio.

Cum uir iste non sentiat grauedinem circa uesicam neq; in mictu hanc difficultatem qn possit migere non est dicendum hoc prouenire a lapide uesice. quia eius signa non apparent ut notũ est. Sed putãdum esse causam quoniã cũ pes grauiter deponat̃ aut nõ leuit̃ corpus cõprimet collũ uesice qđ cũ sit facile

passibile dolor eius pp colligantiã et nimiam sensibilitaté glandule uirge ei cõmunicatur. unde dolor glandule existens maior illo. qui est in collo uesice ipsum obumbrat iuxta illd' hypo. duorum dolorũ qui simul fiunt non secundũ eãdem ptem corporis maior denigrat alterum. et ex istis fundamentis facile possũt reliqua que sentit declarari:

## Cura istius dispositio

nis est debita administratio rerum non naturalium et regimen debitũ rerũ medicinalium Regimen rerum non naturalium consistit in debita earũ rerũ administratione. Ab aere incipiendo caueat ab aere calido a statione sub sole et ab austro et ab applicatione rerum calidarum circa ptes renum et uesice et pectinis et caueat delationẽ multorũ pannorũ circa ptes illas et ita pellium. Cõuenit aer clarus ad caliditaté parum declinans aut tempamentũ sed declinet ad humiditaté et si parum declinet etiam ad frigiditatem non nocet. Fugiat iram tristitiã melanconiã et sollicitudinem et coitum. Letetur gaudeat bene speret et conuersetur cum dilectis.

Nocet omne exercitiũ forte et generaliter magis sibi conuenit quies quã motus et nocent fricationes facte in dictis membris et omnia actu uel potentia calefacientia ptes illas sicut balneum nocent. Fugiat somnũ diurnũ cum in nocte dormiuerit sex aut septẽ horas et caueat ab acubitu super dorsum et precipue sup plumas. Nocent insup uigilie superflue.

Vitet salsa acetosa acuta et pontica et omia uehemẽtis dulcedinis. non utatur pane uehemẽter cocto neq3 multũ fermẽtato neq3 habente sal. non sit in usu carnes grosse difficilis digestionis neq3 uiscose neq3 salse. dimittat omnia animaliũ interiora sicut pulmo intestina stomacus etc. non utatur caseo antiquo neq3 ouis frixis aut duris. Pisces uiscosi et magnorum corporũ et qui non sunt squamosi sũt mali.

Ex leguminibus dimittat fabas fasiolos et cicera lentes et cicerculã. Ex oleribus caueat ab omnibus quecũq3 sunt multum calida et sicca sicut ruta rorismarinus ysopus et ab hiis que sunt calida et urinam prouocant ut petrosillus piper aque. Ex radicibus herbarũ nocent aleum cepe porum rafanus bulbus pastinaca siluestris dicta baucia. Ex seminibꝰ uero caueat ab omnibus calidis et siccis sicut sinapis nasturtiũ et que sunt istis similia. de saporibus fugiat acetũ precipue acutum succũ limonum et generaliter omnes succos multe prouocationis uinũ citoniorũ et similia.

Panis sit ex farina frumenti optimi bene mũda a furfure debite coctus et non multum fermentatus nõ salitus neq3 antiquus sed sit trium dierũ aut amplius quattuor sed non mioris temporis unius diei. Carnes sint molles mediocriter pigues facile digestibiles. ut sũt pullorũ caponũ iuuencum et auiũ puarum degentium in nemoribus fasianorum et perdicum edorum uitulorum et castratorum et capriolorum et iuuenum leporum. Conuenit lac et caseus recens absq3 sale et butirum. et oua sorbilia et tremula et in aquã decocta sed albumen abstiatur. Vñ potest interdum piscibus paruis squamosis captis in aquis currentibus bonis ut luci capedani et similes.

Ex granis conueniunt ordeum mundũ facto ferculo fare rizo et milio decoctis in brodio pingui bonarum carnium.

Herbe que cõceduntur sunt lactuce spinacia borrago atriplex et blita interdum et malua. imo usus malue in ferculo est iuuatiuus ualde.

De fructibus conueniunt cerasa melones cucumeres citrulli. Vitet uuas et ficus recentes et a reliquis fructibus abstineat.

Fugiat omnem repletionem non solum hũorum sed etiam ciborum et precipue calidorũ. multa insuper abstinentia et longa famis tollerantia, non conuenit, non sumat cibũ si priorem non senserit esse digestum si nausea erit et facilis sibi fuerit uomitus uomat cotidie habere bis uentris beneficium aut saltẽ semel ꝙ si uniuersaliter habere nõ potest habeat cũ clisteri quod sic fit.

Recipe malue foliorum uiolarum mercurialis anna. m. i. fiat decoctio de qua colatura accipiatur lib. i. sem. cui addantur cassie. ℥. i. uitelli ouorum salis parum olei uiolati. ℥. iii. et fiat clistere quod stomaco ieiuno calidum recipiat.

## In regimine medici

nali medicus debet habere quinq3 intentiões

Prima materie minoratio.

Secunda est ipsius diuersio.

Tertia eiusdem digestio. Quarta euacuatio eradicatiua.

Quinta accidentium correctio. Minoret materia iuxta intẽtionẽ primã. Re. cassie piguis nouiter tracte cũ aq̃ subliationis foliorũ uiola. ℥. i. penidarũ. ʒ. iii. diasiniconis. ʒ. i. se.

et cum aqua decoctionis malue cum qua sit facta emulsio seminis papaueris quantū suffi ficit fiat potus. istum potum materiei minorātiuum ut supra summat calidum per horas. septem post finē cene precedētis imediate su per quem non dormiat amplius quā per me/ dietatem hore cū ipsum ceperit. deinde uigilet donec transeant hore sex ab hora sumptionis et tunc prandeat et non se multo grauet cibo et potu.

¶ Pro secunda intentione diuertatur materia fricēt brachia fricatōe parū mediū trāscē dēte. Pro hac intentione facit uomitus si faci liter fieri possit natura uel arte. Ad idē facit positio uentosarū super spatulas. Item clisteria facta ex decoctione foliorū uiolarū radicū altee spinaciis et florum nenufaris de qua co lata accipiatur libr.i.sem. cui addantur cassie. ℥.i.olei uiolati. ℥.iii.uitelli oui unum salis parū. horū diuertentiū utatur modo uno modo alio.

Digeratur materia iuxta tertiā intentionem. Recipe syru. de iuiubis syrupi de bisantiis. anna. ʒ.vi.aquarū lupullorū et althee an. ℥. i.sem.misce.iste est p una uice.istū syrupum calidū sumat post finē cene ad horas septem et cōtinuet per dies sex. Si uero dolor anteq̄ inciperet sumere syrupū uehementer infestaret plus solito sumat infrascriptū syrupum ut dictū est de precedēti. Recipe sirupi de papa/ uere. ʒ.vi.sirupi uiolati. ℥.i.aque ordei excoriati. ℥.ii.aque emulsionis semis papaueris. ℥.i.misce iste est pro una uice.

Pro quarta intētione eradicetur materia digesta iam cū infrascripto solutiuo. Recipe cassie a cāna nouiter tracte pulpe sebestē an. ℥. se. confectiōis amech descriptione maiori. ℥.se. aquarū lupullorū et cuscute quantū sufficit et fiat potus quē sumat calidū hora et modo qui dictus est de minoratiuo. sed i fine quinq̄ ho rarū ab hora sumptionis capiat. ℥.iiii. aq̄ or/ dei excoriati calide cū. ℥.se.zucari unius co cte et inde ad horā prandeat. Varia sunt acci/ dentia quibus succurrendū est iuxta quintā i tentionē. primū ē inquietudo ueniēs ab ar/ dore. secundū punctio et dolor intēsus aliquā do circa annū et radicē testiculorū et pectinē tertiū dolor acutus in extremitate pudibundi Pro remotiōe prima accidētis. Recipe brodii carnis castrati lib.i.olei de camomilla et de a/ neto anna. ℥.i.sem.croci. ʒ.i. elebori de psi lio. ℥.sem.salis parū et imponat. Recipe syr. de papauere sirupi de nenufare anna. ʒ. vi. aque uiolarū. ℥.iii.misce et bibat.iste est pro una uice et sumat post cenā ad horā cū dimi/ dio quādo uadit dormitū. Ad secundū cū do lor ille ueniat a uētositatibus aut a materiis ad eā ptem p pulsis remouet facta sacellatio/ ne cū furfure aut milio uel panico torrefactis aut fiat hec fometatio. Recipe florū camomil le mellilon anna.m.i.sem.camedreos cama/ piteos anna.m.sem.buliāt in sufficiēti aque quātitate in qua infundat spōgia et inde ex/ pressa pti dolēti ponat et cū infrigidat reno/ uetur. Itē fiant diuertētia suprascripta. Dolor acutus existens in extremitate pudibūdi et in collo uesice qui fuit tertiū accidēs cano/ nice remouēdus ē p remotionē cause. hoc au tem fit p euacuātia et diuertētia de quibus su pra dictū est adiuuat ad hoc regimē minorās acuitatē materie et digerentia de quibus dic/ tum ē supra. Sedat etiā cū iniectionibus ap/ propriatis de quibus est iniectio lactis in uir/ ga cū siringa quodcūq̄ lac fuerit. et iniectio emulsionis semis papaueris albi. Itē iniectio olei nenufaris. Itē Recipe sarcacolle diebus octo in lacte nutrite omni die lac innouando ʒ.ii.ceruse anulli plumbi usci rucie tregenti es cū aqua fontis prepate anna. ʒ.sem.florū uiolarū nenufaris seminū lactuce anna. ℈.ii opii iusquiami albi an. gra.x.croci. ℈.i.mi/ sce et fiat sief cū emulsione papaueris albi. et cum opus fuerit accipiatur. i.dragma istorū sief et super cote fricetur cū lacte et ide iniitia tur in uirga cū siringa tepidū.

Item Recipe suprascriptorū sief. ʒ.ii.olei nenufaris. ℥.sem.cere parū et fiat unguentum molle cum hoc unguento liniantur tenite sub tiles longe et ponantur per foramen uirge. Nam sedant dolorem et pōtionem. Amen.

¶ Finis.

¶ Bauerius de Baueriis.

## Ec domina de

Bagnacauallo per ea que mihi in scriptis sunt significata patitur ethicam febrem simul cum una putrida. de putrida non est dubium per id quod uerbo retulit uir suus. de ethica non ita liquet. quic/ quid tamen sit res ista difficilis est magni ti/ moris tum propter egritudinē in se. tum propter longitudinem suam cum iam fere an/ nus sit quod egrotare cepit. Et si utrique dispositioni attendēdū sit tamen magis ad pu tridam tanquā rei magis manifeste et que fuit

ethice causa sine eius curatione ethica curari non posset. in eius tamen cure non relinquet ex toto cura ethice. ponetur primo regimen i dieta. inde regimen rerum medicinalium.

Cauere debet hec mulier ab aere multum calido et pariter multum frigido et multum humido et uentoso precipue flante austro aut borea. Eligat sibi aerem in actiuis qualitatibus temperatu aut parum ad frigidum. In passiuis uero declinet paru ad humidum sitq; clarus bene euentatus odoris boni et quietus.

Locus sue habitationis sit a terra remotus non propinquus cursibus aquarum neq; cloacis non seigni multum propinquet et ad ipsum potius uertat tergus quam facie.

Vitet iracudiam iram tristitia sollicitudinem timorem et desperationem et coitum. Letetur gaudeat sitq; spei bone quod curabitur. uersetur cum amicis dilectis.

Nocet somnus imediate post cibum factus. et somnus qui fit in principio poxismi usq; ad statum. exacto principio et augmeto et statu conuenit somnus sitq; super altero lateru et no resupinus dormiat capite eleuato et corpore conuenienter pannis tecto. somnus sit septem horarum non amplius octo neq; minor sex.

Caueat cum cibum ceperit ab omni forti motu abstineat et a reuolutione de latere in latus loco exercitii utatur fricationibus incipientibus a brachiis et a spatulis trahendo deorsum postea ad uentrem et dorsum tande ad coxas et tibias. pectinetur caput omni die ante prandium cum surgit. fricationes fiant ut dictum est ante prandium et cenam.

Cibis utatur in primis pane de farina frumeti optime mundi qui sit debite coctus et conuenienter fermentatus non sit plurium dierum qua trium neq; minoris temporis qua unius diei. Carnes sint perdicum fasianorum pullorum gallinarum iuuenum et iuuenu caponum. q; si predictas carnes comedere no posset pistentur et exhibeatur pullus pistus qd' si aliquando uolet aliquid uituli lactantis conceda tur aliquando ab aliis carnibus abstineat. Dimittat omnem pinguedine et predicte carnes melius prepantur elisse qua asse. In brodio dictaru carnium fieri faciat panem coctu aut panem in brodio infusum far rizu cum brodio bono coctum non uituperatur brodiu cicerum rubeorum q; si cu carnibus suis bullirent radices apii aut petrosili non quod eas comedat placeret. abstineat a lacte caseo ab ouis et ab herbis crudis a leguminibus a pasta agima et a fructibus nisi quia in fine mense sumere unum aut duos bolos piri aut mali sutici post ipsum nihil bibat.

Vinum sit uetus album clarum pauciferum non dulce neq; acerbum sed in sapore mediu q; si opus est limphare limphetur cu aqua cocta. Ista domina non se multo cibo repleat neq; adeo parum sumat q; uirtus deficiat tantu cibi sumere debet q; stomacus ipsum bene digerat neq; grauetur non multum bibat neq; cibus in stomaco natet. non comedat nisi senserit cibum prius assumptum esse digestu. si uero cibus grauaret et adesset uomendi uolutas uomitus prouocetur coprimendo lingua digito. et post uomitum stet per horam cu dimidio antequa comedat. Consideret horam qua solet accidere poxismus uidelicet quado incipit frigus et cibum suu sumat ante aduetum ipsius poxismi per horas quinq; aut ad minus per quatuor et non permittat ut poxismus ueniat stomaco pleno cibo q; si casus occurreret ut cibus esset in stomaco superueniete febre prouocetur uomitus neq; exhibeatur cibus nisi febre declinante. curet omni die habere uetris beneficiu bis aut ad minus semel q; si no potest naturaliter habeatur arte cum suppositorio ex melle et sale facto aut cu radice raphani aut blitis aspersis sale et modico olei. uel fiat clistere tale. Recipe mercurialis malue floru camomille anna. m. i. cartami. ℥ i. decoquantur predicta in sufficienti aque quitate postea coletur de colatura accipiantur. ℥. xv. quibus addant succi blite p residentia clarificati. ℥. iii. cassie zucari rubei an. ℥. i. yerapi. ℥. sem. olei. ℥. iii. salis. ʒ. ii. sem. et calidu stomaco ieiuno supponatur.

## Cura per potionem

plures habet intetiones. prima e materiam digere. secuda est materiam digestam totaliter secundu ptem euacuare. tertia est diuertere a ptibus nobilibus ad ptes uiles. quarta uero e confortare stomacu et epar et cerebrum.

## Prima intentio com

pletur cu hoc digestiuo Reci. syrupi de bisantiis. ℥. i. syrupi uiolati syrupi de duabo radicibus an. ℥. se. aquaru apii mellisse et endiuie. an. ℥. i. misce iste e p una uice. istu syr. calidu sumat post fine cene imediate precedetis p septe horas sup que potest dormire p duas horas et ipsum taliter sumere cotinuet p dies octo. sumedo omni die unu aut tadiu donec appareat materia esse digesta quod cognoscetur per una a medico presenti.

Recipe pill. aurearum descriptione Nicolai pillu. agregatiuarũ descriptione Mesue anna ʒ. sem. misce et fiant pillu. septem. istas pillulas summat in die imediate sequenti ad diem complete sumptionis supra dictorum syruporum per horas octo post finem cene imediate precedentis super quas potest per horam dormire aut per horam cum dimidia cũ ceperit in die uigilet douec transeant hore quinq ab hora sumptionis et tunc accipiat ciatum unũ aque ordei calidũ cum. ʒ. i. zucari unius cocte et inde ad horam prandeat.

Recipe liquiricie rase. ʒ. ii. passularum enucleatarum. ʒ. iii. carui anisorum anna. ʒ. i. squinanti. ʒ. i. sem. fiat decoctio de qua accipiat quantum sufficit ad dissoluendũ electuarii de cassia. ʒ. v. electuarii indi maioris. ʒ. i. sem. confectionis de dactilis. ℈. iiii. et fiat potus si medicina in forma potabili est sibi gratior q in pill. sumat istam calidam magisquã tepidam seruato ordine et modo dictis de pill. supra scriptus.

## Diuertatur materia

a membris nobilibus ad ignobilia iuxta intẽtionem tertiam ista intentio uariis completur modis. primo cum fricationibus incipiendo a ptibus superioribus trahendo inferius ut i cura per dietam dictum est. secundo per suppositoria et clisteria. tertio per appositionem uentosarum super nates. quarto cum ligaturis dolorosis ad coxas iuxta inguina et ligaturis adiutoriorũ iuxta assellas istorũ auxiliorum utatur modo uno modo alio et quodcũq fiat sit stomaco ieiuno. Confortetur stomacus epar et cerebrum iuxta quartam intentionem. Recipe olei de spica. ʒ. i. aloes galange ciperi gariofilorum. ℈. i. laudani. ʒ. i. cere albe parum et fiat unguentũ molle cũ quo ungatur stomacus cum manu calida ante prandium et cenam quoniam confortat stomachũ iuuat ad digerendũ et carminat uentositatem Recipe specierũ diamusci dulcis. ʒ. i. specierum diagalange. ℈. iiii. specierum diarodon descriptione cõmuni. ℈. ii. zucari trium coctarum quantũ sufficit ad faciendũ electuariũ cum aqua maiorane et absinthii ptibus equalibus. De isto electuario confortatiuo stomaci capitis et epatis et iuuatiuo digestionis predictorum membrorũ sumat ad quantitatẽ castanee per horas tres ante cibum et hoc facere icipiat postquã sumpserit euacuatiuũ post syrupos. Ad prohibendũ siccitatem quã solet inducere febris ethica. Recipe olei amigdolarum dulcium olei uiolati anna. ʒ. vi. butiri recentis pinguedinis galline anna. ʒ. ii. seminum cõmuniũ frigidorũ maiorũ. ʒ. i. cere albe parum et fiat unguentũ molle quo ungat a collo usq ad caudã spinam dorsi ante prandium et cenam per horam. Laus deo.

¶ Bauerius de Baueriis.

Dispositio spectabilis uiri Bartholomei Ringhiadori proprie est accidẽs cõmuniter tamen appellari potest egritudo hec a Gale. vi. de interioribus cap. ulti. uocatur gomorea nam ẽ inuoluntaria spermatis purgatio siue emissio absq uereti tensione. Istius dispositionis ab Auic. xx. tertii ca. de multitudine exuberationis spermatis et humoris qui ante urinam aut post expellit plures causa assignãtur quarum aliqua se tenet ex pte spermatis quedã ex pte uasorum nõnulla ex pte musculorum uasis adherentiũ et alia ex pte renum. alia uero ex pte principiorum. que est ex pte spermatis est triplex aut quia spma est multe quantitatis et uirtutẽ aggrauat quare insurgit ad ipsum expellendũ aut est spermatis tenuitas siue subtilitas quare a uasis resudat et egreditur aut ipsius spermatis acuitas quare irritat uirtutẽ expulsiuam et ipsum expellit. Ex pte uasorum est debilitas uirtutis contentiue ipsorum que et si potest sequi omnem maliciam complexionis quia omnis qualitas magis aucta deiicit actum ꝓprie uirtutis ut plurimũ tamen sequitur maliciam cõplexionis humide aut est propter uehementiã uirtutis expulsiue aut id contingit ꝓpter spasmum aut tetanum q facit motus extraneos. quare mouetur uirtus et expellit sperma sicut expellit nociuum aliud quẽadmodum accidit stomaco aput alterationem cibi. qualitatem ledentem per spasmum tamen intelligo uasorum contractionẽ et rigiditatem quandam siue congelationem. Nam spasmus et tetanus sunt proprie dispositiones lacertorum mẽbra spermatis contentiue. uasa etiam spermatis non sunt lacerti ideo etc. Si tamen nolueris de spasmo proprie dicto intelligere dicemus. hoc intelligi debere de eo qui accidit lacertis circũdantibus uasa spermatica qui cum contrahuntur exprimunt sperma in ipsis contentum et hoc contingit non solum in spasmo pticulari de quo est dictum sed in uniuersali sicut in epilensia aut ex pte uasorum causa est ipsorum mollificatio quare non retinetur sp

ma propter mollificationē ad quā meatuū sequitur dilatatio. Ex pte autem lacerti conseruatiui est ipsius spasmus aut mollificatio. unde per lacertū conseruatiuū intelligere debemus uasa spermatica et per spasmū contractionem eorū aut ipsorum rigiditatem que nō proprie est spasmus ꝙ si spasmum proprie dictum et intelligimus per lacertū conseruatiuū intelligere debemus lacertos circūstantes uasis ex quorū spasmus quod in uasis ipsis cōtinetur exprimitur et cū mollificātur cōmunicatiue uasis etiam mollificatio saltim utplurimum unde semen nō retinent. Ex pte renum dixit Auic. ubi supra accidit adipi ipsorum liquefactio ex uehementia desiderii coitus aut ex multitudine coitus quare egreditur coeuntibus post urinam ex ea res plurima etce. pōt etiam accidere adipis ipsorum liquefactio ex eorū uehemēti caliditate quare egredietur ēt. etc. Causa uero in principiis est uehemēs coytus cogitatio et uerba audire ad coytum excitantia. unde accidit sicut illi qui naturaliter desiderat quare mouetur uirtus ad operationem suam et mouet motu debili et emittit humorem ante urinam aut motu forti mouet et emittit sperma. Et licet istius dispositionis tot cause sint assignate nō tamē omnes concurrunt in casu istius prestantis uiri. Nam causa que est ex spermatis multitudine in casu p̄senti nō est quoniam ex exitu spermatis propter predictā causam nō cōsequitur debilitas imo potius corporis alleuiatio nisi esset corporis debilitas et uasa spermatis fortia. unde traherent materiam multam sed eo casu res q̄ egrederetur esset multa neq3 uerisimile est ꝙ cum hec dispositio tāto tempore durauerit ꝙ in eo sit sperma multū et precipue cum non fuerit usus cibis sperma multiplicantib9 neq3 in corpore apparet bonorū humorū repletio ex quibus sperma debeat adeo multiplicari ut inde pp̄ter multitudinē sequatur hic exitus neq3 causa est fortitudo uirtutis expulsiue neq3 spasmus quoniam quando spermatis effusio accidit propter istas causas fit cum tensione uirge ut uoluit Auic. c. supra allegato. ꝙ in casu supradicto non contingit non arbitror etiam accidere pricipaliter pp renes quoniam in eo non puto esse uehementiam desiderii coitus neq3 eius frequentiā pariter neq3 in principus quia certus uideor ꝙ eius cogitatio non est actui uenereo multū intenta. neq3 uerbis aut rebus uersatur aliis que uirtutē ad uenerea excitent Relinquitur ꝙ hec causa est debilitas uirtutis contentiue uasorū spermatis ab Auicē. harū duarum causarū signū ponitur cuius signū est quia sperma descēdit sine erectione cū spermatis subtilitate quod si uideatur aliquando habere uiscositatē id ē propter moram quā facit in uirga quia in ea ingrossatur. stat etiam cum uiscositate in substātia ut est notum. neq3 puto negandū quia aliquotiens concurrat semis acuitas siue mordicatio. propterea quoniā in exitu interdum sentit nonnullā mordicationē et si aliquando cōcurrat coytus desideriū cum aliqua renum caliditate non puto tamen esse cām principalem. Hec dispositio grauis ē et admodū difficilis propter sui longitudinē neq3 est negligēda cum ex sui perduratione perducat corpus ad extenuationē et coloris mutationem.

## Cura istius dispositio

nis duobus medicinalibus instrumētis perficitur dieta. s. et potione. Dieta consistit in debita sex rerum non naturalium administratione a quibus est incipiedū et primo ab aere.

## De aere.

Aerem eligat in qualitatibus actiuis temperatum aut ad calidum declinantem quoniam principalis causa sue dispositionis est ab humiditate et relaxatione uasorum spermatis. Ad siccitatem uero declinet aer multo magis quā ad caliditatē et ex his comprendi potest. que aeris constitutio sit nocens quoniam que est multū calida et que est humida. et ob hoc constitutio austrina uituperatur cum sit calida et humida. Et licet medici de aere principaliter faciant mentionem per ipsum tamen uolunt intelligere reliqua elementa et que eis annectūtur et quia aer plus minus ue corpus alterat secundū ꝙ corpori magis aut minus occurrit. diuersificatur aūt eius occursus secundum diuersitatem uestiū et locorū habitabilium ideo de eis fiet mentio. uestes uariet secundum temporū diuersitatem ita tamen ut nunquā ptes renum teneat multū calidas sed ī caliditate temperatas aut parum declinēt ad frigidum tempore uehemētis caliditatis. aliis uero temporibus ad caliditatem puam. Locus inhabitationis sit ad siccitatem decliuis. ut sunt loca a cursibus aquarum decliuia et a cloacis. sintq3 inter caliditatem et frigiditatē temperata aut ad caliditatem parū declināntia Non multum se igni appropinquet precipue secundum renes et ptes femoris. Terram humidam non habitet neq3 uentosam precipue ubi flat auster.

## De accidentibus ani.

Caueat ab accidentibus anime multam i spiritubus facietibus cómotioné et similiter i humoribus cuiusmodi sút timor ira furor et uitet aspectus ad formas pulcras mulierú et uisum auditú et tactú omniú rerú que habét ad ueneré incitare et forté et continuá imagiationé aut forté affectioné in re coytus. nam fortis imaginatio mouet humores queadmodú contingit in illo qui partus é ad fluxú sanguinis. cósideratio rerú rubearú ipsum mouet ad exitú ita in casu presenti cú sperma ad exitum sit paratú. affectio siue imaginatio ad coitú facile faceret semis effusioné.

## De motu et quiete.

Dimittat omne forte exercitiú et precipue in quo ptes spine laborét quoniá omne tale exercitiú caloré fortificádo attrahit materiá ad locú et eá dissoluédo nocet quare dimittat et precipue equitatio et breuiter cóuenit magis quies quá motus fortis et caueat a balneo aq̃ dulcis.

## De somno et uigilia.

Nocet somnus supfluus et nó minus uigilie supflue. Somnus sex aut septé horarum iuuat ad digerendú et materias maturandú qs inuenit et conuertit eas ad sanguinis naturá et cóuenienter tale facit naturali caliditate. Sed si in corpore fuerit humores acuti et colerici et somnus supfluerit calefacit calore extraneo secúda primi. Nulle caliditatis superflua additio huic casui conuenit. Vigilia nisi fuerit excedens uidetur conferre pter exsiccationem materierú et consumptioné ipsarú Dormire super sacú in quo sit ruta et agnus castus conuenit precipue tempore frigido.

## De inanitione et re

pletione. Omnis notabilis euacuatio est uitáda eo q materie p ipsam ponuntur in motu et debilitatur calor naturalis et prohibeant p cipue euacuationes per solutioné uentris quoniá attrahunt materiá ad uasa seminaria propter propinquationem et uicinitaté quam habent cú intestinis. Et euacuatio per uriná eadem ratione nocet ut uoluit Serap. v. breuiarii cap. xiii. si tamen ob aliquá causam oporteret fieri euacuationé puocetur uomitus sudor aut fiat clistere et sic quolibet eorum leue ut euitetur agitatio et fluxus materierú et debilitas et nati caloris et grauamen in mébris seminalibus inter alias euacuationes cum necesse sit eas fieri plus mihi placet clistere qd' sic fit Re. blite foliorú uiolarú solatri uirge pastoris anna. m. i. rute parú sicce. m. se. anet i et cartamomi an. se. ʒ. i. fiat decotio postea coletur de colatura accipiantur. ʒ. xiiii. quibꝫ addantur zucari rubei. ʒ. i. sem. olei uenusanis. ʒ. iii. olei de ruta. ʒ. i. se. uitel. oui. i. salis cómunis. ʒ. i. sem. et stomaco ieiuno supponatur. Caueat etiá a multa et forti retentione eorú que euacuari debent siue sint feces siue urina siue materia seminalis multiplicata ut aliquando contingit pter retentioné materie que euacuari solebat taliú materierú omissionis constrictio noceret. nam ex retentione eorum que debent euacuari pueniunt egritudines cópositióis ut opillatio lassitas spasmus que omnia presenti dispositioni nocent. Ité ex retentione euacuandorú frequenter accidit putredo et constrictio et inate caliditatis et ipsius ad igneitaté cóuersio secúda primi doctrina secúda de retentione eorú que euacuátur. sed ille sunt cause addentes in nocumento illius dispositionis.

## De cibo et potu.

Cauendú est ab omnibus que ad uenerem ducunt appetitum. Qualia sunt uentosa pinguia et unctuosa et quia legumina omnia uentosabilia sunt nó sumant. que uero multú prebét nutrimentú nisi adesset corpis debilitas nó sint in usu frequéti. ná talia spa multiplicát quod ad sui expulsioné uirtuté irritat expulsiuá. Ex rebus frigidis huic dispositiói cóuenientibus plátago portulaca solatrú latuca. Ex rebus calidis sunt ruta calamentú menta de qua Auic. xxii. tertii. menta quod é farmacú nobile ingrossando spa et cófortando uasa eius ad remedú ipsum. Ex seminibꝫ laudant coriandrú siccú prepatú secundú omné eius modú semé lactuce et portulace. Ex calidis siccibus sunt semé rute semen agni casti carui ciminú pmisceantur frigida calidis. ita ut ad quoddá ueniát tempamentú Cóueniút etiá acetú et acetositas granatorú limonum citri arantiorú cú fuerint aromatizata cú carui et cinamomo. Ex carnibus cóueniút carnes siluestriú aialiú et eorú que facte nó sunt pingues imo lacertose et caseus medius inter recenté et antiquú parú salitus. Ex piscibus cócedunt aliquádo fontales fluuiorú lacuú et ualliú nó fetentiú cú fuerint prepati cú oleo

et cōditi et aceto et mēta et cōuenit gelatina ex pedibꝫ aīaliū elixatis i aceto. et carnes condi ant᷑ cū aliquorū ex sucis suprascriptis et mē ta. intētio ē spma ingrossare cōueniūt pultris ex frumēto lētes excorticate et cū aceto cōdite et cōdiantur cū menta sicca. nā usus mēte et recētis cū aceto et sicca ē nobile farmacum in hac dispōe ut supra dictū ē auctoritate Auic. Vinū sit rubeū clarū aromaticū ꝙ si limphari oportuerit pmisceat᷑ cū aqua decoct. corian dorū et semis lactuce et portulace. uel cū aqua decoctionis gumi arabici uel aqua decoctiōis radicū nenufaris exsiccatorū puluis supasper gēdus ferculis suis. Re. mēte sicce. ℥.i. cimi ni parū torrefacti. ʒ.i. sem. seis portulace se minis lactuce an. ʒ.ii. coriandorū prepat. ℥. se. pistētur subtilissime et cribētur et fiant spe cies quibus utatur sup cibaria sua.

## Cura per potionem

Plures habet intētiones. unā ꝙ materias eua cuat cōes existētes i uiis ductuū ex quarū pre sentia hūiditas relaxās uasa spmatis contēti ua fouet᷑: scd'a intētio ē minoratiue euacuare materiā humidā flegmaticā relaxantē uasa et mēbra spmatis. tertia intētio ē materiā humi dā flegmaticā i dictis mēbris digerere. quarta ē materiā flegmaticā a dictis mēbris eradica tiue euare. v. itētio cōfortare uirtutē retentiuā uasorū spmatis. vi. intētio ē spmatis ingrossa tio ne sua nimia subtilitate labat᷑. septima in tētio ē remouere spmatis acuitatē et renū cali ditatē. octaua ē remouere coeundi appetitū si supfluus fuerit.

## Prima intentio sic

pficitur. Re. mercurialis. m. i. se. blitis. m. i. femis aneti cartami an. ℥. i. ordei excorticati. ℥. i. fiat decoctio i sufficienti aq̄ ꝗtitate postea coletur de colatura accipiatur lib. i. se. cui ad dātur cassie fistule. ℥. i. zucari ru. ℥. i. olei cō munis. ℥. iii. uitelli ouorū numero. i. salis. ʒ. ii. sem. et fiat enema. hoc enema lenitiuum et materierū cōim existētiū in uiis ductuū edu ctiuū iuxta primā intentionē sumat calidum stomaco ieiuno. Recipe sebesten numero oc to prunorū damascenorū numero. vi. passula rū enuclea. ʒ. iii. decoquātur eia in lib. ii. se. donec reddeat᷑ ad quartā ptem et cū infrigida ta fuerit malaxētur ꝗ cocta fuerint manibꝫ et coletur de colatura accipiatur quantū sufficit ad dissoluendū cassie nouiter extracte. ℥. i. et fiat potus. istū potū lenitiuū euacuatiuū etc. iuxta intentionē primā sumat calidū p horas octo post finē cene imediate precedētis super

quē nō dormiat. deinde expectet donec transe ant hore. vi. ab hora sumpt. et tūc prandeat. Minoretur materia iuxta intentionē secundā Re. ʒ. x. benedicte simplicis. ʒ. ii. seri capri ni quantū sufficit ad faciendū potū. istū potū minoratiuū materie etc. iuxta intentionem se cundā sumat calidū secundū modū dictū de lenitiuo precedēti. Reci. pillu. de benedicta. ʒ sem. agarici. ℈. i. salis geme zenze. an. gra. i. sem. agaricus incidatur subtiliter et non pi stetur et misceātur oia simul et cū electuario indo reformētur pill. vii. istas pill. secundā in tentionē adimplētes si fuerint sibi gratiores quā potus sumat mō et ordine prius dictis. Si medicus presens uiderit repletionē esse in ptibus inferioribus hoc est ab umblico infra et paucā esse in mēbris superioribus admini stretur clistere ordinatū in prima intentione. et die sequenti exhibeatur minoratiuū suū in forma potabili siue in forma pillulari. Sed si cōprehenderit repletionē esse in ptibus supe rioribus exhibeatur lenitiuū potabile et post duos dies minoratiuū. Digerant᷑ materie fle gmatice in mēbris spmatis iuxta intētionem tertiā. Reci. mellis rosati colati. ℥. i. syrupi de duabus radicibus syrupi de bisantiis an. ℥. se. aquarū mēte mellisse et endiuie anna. ℥. i. misce et aromatiza cū puluere mēte et semie agni casti. iste ē pro una uice. istū syr. materi am digerentē iuxta secundā intentionē sum mat calidū p horas octo post finē cene imedi ate precedētis. et cōtinuet ipsum sic sumere p dies. vii. et ipsum taliter sumere incipiat i die imediate seq. ad diē assūp. minoratiui supra scripti.

Eradicatiue euacuetur materia iux taintentio nem quartā. Recipe prunorū damascenorū numero. vi. sebesten numero octo passularū sine nucleis. ℥. sem. anisorū. ℥. sem. fiat deco ctio in lib. ii. aque usꝙ ad consump. duarum ptium postea coletur de colatura accipiantur. ℥. v. in quibus infundātur corticū mirabula norū chebulorū. ʒ. ii. sem. et stet in infusione p horas. x. postea buliant parū et coletur. et fiat bona expressio et in ea expressura dissol uantur agarici trocisscati. ℈. ii. mane. ℥. i. et fi at potus istū potū eradicatiuū iuxta intentio nē quartā sumat calidū in die imediate sequē ti ad diē cōplete assump. suprascripterū syru porū sup quē cū ceperit potest p horā dormi re postea uigilet donec transeāt hore. v. ab ho ra sūptionis et tunc accipiat. ℥. iiii. aque mel lis facte secundū artē et inde ad horā prādeat et nō se multo cibo aut potu repleat. Recipe pill. aurearū. ℈. ii. agarici trocisscati. ℈. i. sal

lis geme zenze. anna. gra. i. ſem. miſce et cũ electuario indo reformentur pill. vii. Iſtas pillulas ad intentioné quarte intentionis ſumat ordine et modo qui dictus eſt ſi pill. ſunt ſibi gratiores quã potus.

Quinta intentio pficitur cũ rebus uirtutem contentinã uaſorũ ſpermatis confortantibus que ſic adimpletur. Recipe mente ſicce. ʒ. ſe. ſpecierũ diacimini. ʒ. i. ſemis agni caſti. ℈. i. ſpecierũ triaſandalorũ cũ camphora. ʒ. i. ſeis portulace. ʒ. ſem. coriandorũ prepatorũ. ℈. ii. raſure eboris. ℈. ii. ſandalorũ rubeorum. ʒ. ſem. camphore gra. ii. zucari albiſſimi q̃tum ſufficit et cũ ſirupo de nenufare fiat electuarium et doſiſ ſit ad quantitaté caſtance hoc auté uti incipiat poſtquã ceperit eradicatiuũ ſupraſcriptũ de mane quando ſurgit. Recipe trociſcorum de roſis. ʒ. i. ſemis portulace. ʒ. i. ſem. ſandalorũ rubeorũ. ʒ. i. nenufaris. ℈. ii. coriandorũ. ℈. i. mente ſicce. ℈. ii. ſeminis agni caſti. ℈. i. zucari albiſſimi quantũ ſufficit et cũ ſirupo de nenufare reformétur pill. vii. pro dragma de quibus ſumat. ʒ. i. ſem. loco electuarii ſi pill. ſint ſibi gratiores. Vſus mente aut uiridis uel ſicce eſt ſibi conueniés ad perficiendũ hanc intentioné.

Sexta intentio perficitur cum rebus ſperma ingroſſantibus ne faciliter a uaſis ſpermaticis reſudando labatur. Recipe oleorum nenufaris. ℥. ſem. roſati. ℥. i. ſem. coriandorũ boliarmeni raſure eboris anna. ʒ. ſem. ſuci canne humide cere albe quantũ ſufficit pro unguento molli et fiat unguentũ cum modico aceti quantũ ſufficiat ad ſui penetrationé. cum huiuſmodi unguento ungãtur loca renum et pectinis teſtes et collũ uirge. Aut Reci. raſure ebboris. ʒ. ſem. camphore gra. ii. ſeminũ portulace endiuie coriandori papaueris albi anna. ʒ. i. roſarũ albarum. ʒ. ſem. boliarmeni. ʒ. i. ſandalorũ rubeorũ. ℈. ii. zucari albiſſimi. ℥. v. miſce et cũ ſyrupo de nenufare quãtum ſufficit fiat confectio ſolida in morſellis. quorum quilibet ſit triũ dragmarũ de hac cófectione adimplente ſextã intétioné ſummat morſellũ unum de mane cũ ſurgit. et aliũ ante cenam per horas adminus duas.

Aut Recipe mente ſicce. ʒ. i. ſemis agnicaſti ʒ. ſem. ſeminũ portulace endiuie portulace et latucarũ et plantaginis. ℥. ſem. nenufaris. ʒ. i. camphore gra. ii. corallorũ rubeorum raſure eboris anna. ʒ. ſe. zucari albiſſimi. ʒ. vi. miſce et cũ ſyrupo de nenufare quantũ ſufficit fiat confectio in morſellis. quorũ quilibet ſit póderis trium dragmarũ quorum uſus ſit ut de pma dictũ eſt ſed hec é ualidior.

Remoueatur acuitas ſpermatis et caliditas renum iuxta intentioné ſeptimam. Recipe olei roſati. ℥. i. olei nenufaris. ℥. ſem. litargiri. ʒ. ſem. ſeminũ portulace endiuie lactuce et plantaginis. ʒ. i. boliarmeni raſure eboris anna. ʒ. ſem. ciperi. ℈. ſem. mente ſicce. ℈. ii. cere quantũ ſufficit et fiat unguentũ quo ungãtur renes et pecten collũ uirge de mane cũ ſurgit et quando uadit dormitũ.

Recipe aquarũ portulace nenufaris anna. ℥. i. ſem. endiuie. ℥. i. corallorum rubeorũ. ℈. i. zucari albiſſimi. ʒ. ii. miſce iſtum potum in frigidatiuũ etc. ſumat in aurora ſuper qué poteſt ad libitum dormire ſed cum ſenſerit loca renum eſſe in caliditate remiſſa neq̃ ſperma egrediens habere acuitatem ab iſtis hanc intétionem perficientibus deſiſtat.

Octaua intentio adimpletur remittendo coeundi appetitum que ſic adimpletᷣ. Recipe mete ſicce. ʒ. i. ſeminis agni caſti. ʒ. ſem. ſeminum endiuie portulace lactuce plantaginis. ℥. ſem. nenufaris. ʒ. i. camphore gra. ii. corallorum rubeorũ raſure eboris anna. ʒ. ſe. zucari albiſſimi quantũ ſufficit et cum ſyrupo de nenufare fiat electuariũ de hoc electuario ſumat ſtomaco ieiuno ad quantitatem caſtanee. hoc autem continuet cũ coeundi appetitus infeſtaret. Recipe méte ſicce. ʒ. i. ſem. trociſcorũ de camphore. ʒ. i. zucari albiſſimi. ℈. i. ſyrupi de nenufare quantũ ſufficit et reformentur pill. Iſtas ſumat loco electuarii ſupraſcripti ſi pill. ſibi fuerint gratiores.

¶ Sed quia plura que ordinata ſunt in cura ſupraſcripte diſpoſitionis ſunt frigidã et membrum cui primo occurrunt que per os ſumũtur eſt ſtomacus ad hoc ut frigiditate predictarum rerum non ledatur ut meliorem poſſit pficere digeſtionem et bonum chilum generare non aptum in flegma cõuerti q̃ foueat malam complexioné humidam uaſorum ſpmatis. Recipe olei de maſtice olei de menta anna ʒ. vi. cimini ameos anna. ʒ. ſem. calami aromatici ciperi anna. ℈. i. galange gariofilorũ. anna. ℈. ii. laudani. ʒ. i. cere albe parum et fiat unguentum molle quo ungatur ſtomacus ante prandium et cenam per horam unã manu calida. aut Recipe macis thuris anna. ʒ. i. maſticis. ʒ. i. ſem. galange gariofilorum an. ʒ. ſem. xiloaloes calami aromatici anna. ℈. i. carui nigelle anna. ʒ. ſem. terbentine quantũ ſufficit et fiat cerotum ad formam ſcuti quod

stomaco applicetur si cerotum sibi magis fuerit gratum.

¶ Bauerius de Baueriis.

Pro Ser Antonio de chumis.

## A dispositione

istius spectabilis uiri hic ordo est seruandus. cauere debet ab aere frigido et humido et ab aere uentoso precipue flante austro aut borea. Eligat aerem calidum et siccum qui si non fuerit talis naturaliter fiat arte cum igne aut suffumigio ex thure storace sandarace aut granis iuniperi sup/aspergendo aliquod istorũ carbonibus.
Caueat à tristitia melanconia sollicitudine et furore. letetur gaudeat neq3 nocet interdũ parum irasci. coitũ uero dimittat aut eius usus sit per longa interualla.
Somnus sit de nocte non de die sitq3 sup alterum laterũ aut super uentrẽ sed nullo pacto super dorsum neq3 prius dormire incipiat q̃ due hore a fine cene transiuerint neq3 sit minoris temporis quinq3 horarũ neq3 maioris septem.
Nocet exercitiũ imediate post cibũ sactũ. sed laudatur cum fecerit ipsum tempatũ ante prãdium et cenã prandio iam digesto. euacuatis primus supfluitatibus prime et secũde digestionis. Cauere debet ab omnibus cibis mali chimi difficilis digestionis et ab omnibus in caput euaporantibus. Eligat sibi pane ex bono frumento debite cocto et conuenienter fermentato in cuius compositione sit aliquid salis dimittat cibaria que ex pasta sũt agima. Comedat carnes perdicũ fasianorum turturum pipionum ex colũbaria uolare incipientium turdorũ merularum et aliarum auiũ minutarum que degunt in nemoribus. Caprioli leporis edi castrati et interdum uituli lactãtis. dimittat horum animaliũ uiscera et lac et caseum et butirum. Conceduntur oua recentia sorbilia tremula aut in aqua fracta abiecto albu. Pisces generaliter sunt mali. Leguminã non conueniunt ut fabe cicercule et similia. Conceditur brodium cicerũ rubeorum granis dimissis. conceditur etiam milium far panicũ et rizum. Ex herbis dimittat q̃ sunt frigide et humide ut portulaca spinachia atriplex cucurbita mellones citrulli cucumeres. Ex radicibus herbarum nocent allia cepe pori bulbus et rafanus. Conueniunt herbe calide et sicce ut saluia serpillus menta maiorana rosmarinus feniculus petrosillus et similes. Nocent fungi et tubera. Dimittat fructus omnes humidos ut cerasa pruna persica armilla mora pira mala et nuces et uue. Uti potest ficubus uuis passis granis pini i aqua feruẽti prius quater infusis postea in umbra exsiccans. deinde cum zucaro confectis et pistachiis et auellanis torrefactis. in fine uero mense sumere potest grana coriandorum preparatorum habentium unicam zucari coopertura post que nihil bibatur.

Uinum sit album pauciferum medium inter dulce et ponticum siue bruscum quod si non esset satis paruum limphetur cum aqua cisterne. Caueat a multa cibi repletione neq3 comedat nisi cibum priorem senserit esse digestũ. neq3 prandere differat cum ueram incurrerit famem. neq3 comedat usq3 ad sacietatem imo a mensa surgat cum reliquiis famis curet habere omni die uentris beneficium bis aut saltem semel quem si non habuerit naturaliter habeat arte cũ suppositorio facto cum melle et sale aut cum radice blite sale superaspersa. aut cum enemate cõmuni comedat in sero minus quam de mane.

## In regimine medici

nali sic procedatur. Recipe pill. assaraiet. ℥.i. fiant pill. quinq3 Istas pillu. a capite materiam minorantes sumat per duas horas post cenam quando uadit dormitũ. Recipe mellis rosati colati syrupi desicados anna. ʒ.i. Item Recipe acori. ʒ.sem. yue salu ie palitice anna m. sem. sisileos. ʒ.sem. pisteutur modo grosso et buliant in lib. iii. aque usq3 ad consumptionem duarum ptium et coletur de colatura accipiant. ʒ.iii. et addantur suprascriptis sirupis. Iste est pro una uice fiat pro duabus. istum syrupum calidum sumat per horas octo post finem cene imediate precedentis et uti incipiat in die imediate sequenti ad diem assũptionis supradictarum pillu. et ipsum continuet omni die usq3 ad octo uel decem dies aut secundum q͡ uidebitur medico presenti ex digestione humoris per urinam.
Recipe pillularum cochiarum. ℥.i. fiant pillule quinq3 istas pillulas materiam a capite eradicantes accipiat per horas octo post finem cene imediate precedentis in die sequenti imme diate ad diem complete sumptionis suprascriptorum syruporum super quas cum sumpserit potest per horam dormire deide uigilet donec transeant hore quinq3 ab hora sumptiõis et tunc accipiat. ʒ.iiii. sem. brodii macri absq3 sale cum. ʒ.i. zucari rubei et inde ad horã

prandeat et non se multo cibo grauet. Recipe olei de costo. ℥.i. storacis sicce. ʒ.i. laudani. ℈.ii. euforbii grana.ii. castorei gra.iiii. cere parum et fiat unguentum molle cum quo calido ungatur ps posterior colli a loco ubi collum cōiungitur capiti usq; ad eam ptem ubi coniungitur spatulis et hoc fiat in sero ante cenam et de mane quando surgit, deinde supponatur modicum lane succide et superligetur hoc unguento uti incipiat per duos dies. postquam ceperit pill. ultimo scriptas et continuet. Recipe unguenti marciaton unguenti agrippe anna. ℥.i. dialtee. ℥.sem. misce et cū hoc ungatur brachium impeditum totum mane et sero ut dictum est de priore unguento. Recipe diacori. ℥.iii. de isto electuario sumat ad quantitatē unius castanee quando uadit dormitum. Recipe diamusci dulcis. ℥.iii. de isto accipiat ad quantitatē castanee quando surgit de mane tempore calido sufficit q̄ sumat alterum istorum tempore uero frigido ambobus uti potest. Recipe aloes. ʒ.ii. sem. mirabolanorum chebulorum masticis anna. ʒ.sem. agarici electi. ʒ.i. salis geme zenze. anna gra.v. specierum yere de octo rebus. ʒ.i. sem. cōficiatur pasta pro pill. cum suco acori et maiorane ex qua cum opus fuerit sumatur. ℈.ii. sem. ex quibus fiant pill. v. Istarum pillu. usualium absq; custodia sumat. ℈.ii. semis quando uadit dormitum et hoc in omni fine decem aut duodecim dierum et quando pill. usuales sumit non sumat electuariū. istis actis si curatus fuerit bene est si minus reiteret syrupos cum pill. cochiis modo suprascripto. nam iste dispositiones cronice non faciliter remouentur. Laus deo.

¶ Bauerius de Baueriis.

## Dispositio Illu.

